CHRIST. ADAMI RUPERTI MERCURIUS EPISTOLARIS, SIVE...

Christoph Adam Rupertus




BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
21.E
8

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



C.A.Ruperti
MERCURIUS
EPISTOLARIS.

CHRIST. ADAMI
RUPERTI

MERCURIUS EPISTOLARIS,

Sive

INSTITUTIO EPISTOLICA,



Varii, neque ignobilis argumenti Epistolas, Formulas, Descriptiones, Testimo[illegible] spositionesq́; exhib[illegible] juxta




Indicem quintup[illegible]

Præmittitur de occasione hujusdem, & nonnullis *Styli epistolici virtutibus ac vitiis* DIALOGISMUS,



Editio tertia emendatior.

NORIBERGÆ,
Sumptibus JOH. DANIELIS TAUBERI,
Anno M DC LXX.





HUMANE LECTOR!

POsthumum Tibi damus libellum, semper à doctis bonisq; vehementer expectatum: Hinc nos libido maxima invasit ejus imprimendi, sine mora. Sed (quæ rerum humanarum conditio est) depravatum inerti amanuentium desidia exemplum, typographi operas indies retardavit; donec ab homine doctissimo, audito e olim assectatoreque RUPERTI P. M. perfectæ scriptionis, *cumulatæq; lectionis*, codicem *facilè* nacti sumus; mirum in modum adjuvantem, quicunque in operis erant. Impium verò sit, & grato homine indignum, præclara *Ejusdem* additamenta, à variis excerpta auctoribus, silentium sipario involvisse; Cui haud sanè vulgares gratias debemus, licet ob singularem modestiam annotationes suas, admirando studio collectas sæpius recusandi, Curiales *fraudem piam* vocant: at scire eam desideras? sen-

ſenſim ſine ſenſu, & tantùm non furtim extorſimus ea, ſine quibus nudi ſæpe *Deſcriptionum* tituli exſtitiſſent. Numquid verò negligentiæ culpa in ipſo Auctore (quem omnes viritim prædicant) fortaſſe reſidebat? Bona verba, quæſumus! Auditorum enim ignavæ (vel ut molliùs dicam) laſſatæ ac remiſſæ manus omnem cauſam ſuſtinebant: Inde Vir ſummi laboris ſummæque induſtriæ ea ſæpe [illegible] omiſit, quæ ſcripturis ad calamum præire, animus erat. De cætero mirari deſine, quod ſi recentiores, nibi auctores allegatos reperias; quorum ſcripta RUPERTUS noſter nec manibus, neque oculis (dicente Comico) uſurpaverat ſuis; plurima enim (ceu diximus) enotavit, & ex abundanti adjecit, *Amicus* ille, cujus operam ac ſedulitatem laudare quidem poſſumus; ſatis verò non poſſumus.


Super hæc, qui ſuis ſtant judiciis, *Excerpta è Caſaubono* vocant; *Formulas* ſaltim arbitrio conjecturæq; ſuæ committentes; at verò Tu juraveris, iſtis non liquere, præter *Ciceronem*, *Senecam*

cam, *Plinium*, *Symmachum*, *Nazianzenum*, *Plautum*, *Virgilium*, *Tacitum*, *Vellejum*, *Ammianum*, *Lampridium*, *Mamertinum*, *Minutium*, *Felicem*, veteres; è neotericis quoque Scriptoribus *non solum Casaubonum*, (cujus epistolas juxta novam, in quantum fieri quidem potuit, editionem citatas, ne ignores, velim) sed & *Erasmum*, *Politianum*, *Scaligerum*, *Lipsium*, *Puteanum*, *Manutium*, *Douzam*, *Heinsium*, *Baudium*, *Berneggerum*, *Wovverum*, *Barclajum*; aliorumque doctissimorum virorum *manuscriptas & ineditas* adhuc, magnum huic rei incrementum dedisse. Hunc ipsum denique *omnibus fructuosissimum* scito libellum,

Atque *legi dignum* JUVENIQUE, VIROQUE, SENIQUE!

Ceu justus rerum æstimator, DILHERRUS, facilè & candidè de eo existimavit. Verum *Institutionis* hujus *epistolicæ* in privato (vox *barbara*) collegio prælectæ natales fortè ignoras? cœpit eam in *Altdorfina* Historiarum Professor *incomparabilis* Cal. Octobr. A. S. cIↄ Iↄc XLII. & absolvit a. d. 15. Cal.

Cal. Febr. anno sequente. Si quid hinc inde titubatum esset, ut fit in libris recensendis, Auctoris tamen Tu nullum delictum arbitreris; cujus αὐτόγραφον (quod in edendis Ejusdem operibus historico-politicis ferè omnibus residuum adhuc est) nos deficiebat. Interea his fruere Lector! quæ *secunda emisimus cura.*



In Epistolographiam
Viri longè Clarissimi,
DN. CHRIT. ADAMI RUPERTI Professoris quondam Altorfini celeberrimi,
Amici desideratissimi.

NOn semper nobis licet una vivere gleba:
Distrahimur; quò nos Fata superna trahunt.
Hunc tenet Ausoniæ nitor; istum Gallica Peitho
abripit; & quemvis propria vota vocant.

At

At licet abjuncti simus: tamen omnibus unà,
perscriptis animi sensibus, esse licet.
Quî verò calamis scribatur *Epistola* doctis,
RUPERTUS, secli gloria rara, docet.
Hicce legi dignus juvenique viroque senique:
Cujus ut edantur plura relicta, precor.

Scribeb. Noribergæ,
Johannes Michael Dilherrus,
SS. Theol. & Phil. P.P. Gymnasii Director, & Pastor ad S. Sebaldi.

EPIGRAMMA

In

Mercurium Epistolarem.

Q*Uolibet è ligno, vel libro, credite! non fit*
Mercurius: Curius *quolibet ex homine.*
Mercurios *simulare nequit grex nescius artis,*
Qui Curios *simulat: Quid simulator iners?*


)(4 Her-

Hermes *ut varios sensus*, interprete *lingua*,
Explicat; ut merces venditat *eloquio*:
Sic & amicorum profert ænigmata noster
Mercurius; *tacite mentis & ipse notas*
Edocet, affatu liquidò commercia tractans
Verborum; totus nil nisi Mercurius!
Nuntius hic hominum, *ceu nuntius ille* Deorum:
Dicitur hic Logius, *dicit & illo* λόγιος.
Ægyptus *didicit Cyllenes prole magistrâ*,
Litera *quì fieret?* Teutona *discit idem*
Gens quoq; Mercurio *doctore*: Promethea *plectens*
Idem sub Scythica rupe ligavit eum:
Invidiam, novus hic *constringet perpete vinclo*,
Caucaseo dignam carcere, MERCURIUS!

fec.

CHRISTPHORUS ARNOLD,
Eloq. Poës. & Græc. Ling.
P.P. & V.D.M.

DIA-



DIALOGISMUS

De occasione hujus Institutionis, virtutibus nonnullis & vitiis styli epistolici.

SUb maturitatem proximi veris, cùm molliores Favonii terris increbrescerent, & viis è solutâ hyeme minus lutulentis ad excursiones quisq; solicitaretur, etiam me voluptas incessit, antri hujus Trophoniani fastidium deambulatione aliquâ axpugnandi. Sic enim sentio, tùm oppidum istud *Altdorfium*, tùm alias *civitates* appellari posse, quæ *jurgiis discissæ*, *delationum studiosæ*, *falsimoniarum architectæ*, &, *ut alienis loculis animam intertrahere debeant, peritæ* (ne de gravioribus dicam) ridendi & jocandi libidinem haud difficulter compescunt. Dum igitur superiori portâ, quâ *Noribergam* itur, egressus, flexâ ad sinistram viâ, per agros Australi oppidi parti obversos, ad usque desinentia eorum confinia pervenio; ac dum reditum meditor, satis

 pro-

prolixam pro valetudine meâ deambulationẽ eam ratus, ecce subjectæ vallis amœnitas, & montanæ sylvulæ umbra, cum oculorum acie vicit & mentem. Itaque prolato contra Medicorum scitum voluptatis meæ termino, in vallem & sylvam, ac tandem per præcipitem abruptumque decursum, ad pedem usque montis non possum dicere descendo, sed ruo: ubi in sinistrum latus, quo ab alio monte intersecatur ad *celebrati nominis fonticulum*, frigidissimo de saxis latice ebullientem, reflecto: Tum verò animus meus hilaritate frui ad invidiam usque magnâ; ac primùm miratus tramitem æquatum, suburratum, spaciosiorem, &, ne arenâ cedente sequeretur ruina, septo munitum; qui olim angustus, pendulus, & inæqualium prominentiâ stirpium asperatus, pedem impactum cruentârat; dein elatum circa scaturigem *terreum sedile, omni Crœsorum plumâ delicatius*, ac desuper ramorum inflexorum viride tegumentum, *Dignas*, exclamo, *Orphei Amphionisve lyra* elegantis-

tis-

nissimas manus! digna corollis capita, quas horum locorum præsides Nymphæ suis manibus texant! Et cum hac acclamatione considenti, refrigerii beneficium, quod fonticulus exhalabat, priores voluptates magis magisque commendare videbatur. Parum abfuit, quin loci gratiam cum nobilissimis *Paradisis*, & illâ Byzantinis Imperatoribus æstimatâ *Propontide* conferrem; certè scaturiginem laudatis *Penei* ripis anteponerem, quas amœnas quidem, & imagine simili montibus utrinque coarctatas; sed easdem strepitu agreste quiddam resonante formidolosas ex *Livio (a)* mihi descripseram. Hæc aquula ad lapillos molliter fracta susurro longè dulcissimo animis auribusque blandiebatur. Subitò verò in mentem venit, quàm invisum mihi antehac fuerit declamatorum illorum supercilium, qui nihil suarum rerum, nisi *cum totius antiquitatis contemtu* deprædicant; quàm in recenti *Paterculi* lectione (vetus enim hic est morbus, nec nostri tantùm seculi; quamvis in-

crementum accepisse sciam) stomachum movit illud *Octaviani Cæsaris* (b)encomium: *Non ab Scipionibus, aliisq; veteribus Romanorum ducum ausum patratumq; fortius, quàm tunc à Cæsare.* Igitur ne ex oblectatione veris, quæ primum ex hybernis progredientibus nimia esse solet, & amore quantumvis nitidissimi secessus, ultra decorum provectus, ventosâ oratione deprimerem potiùs, quàm extollerem, abstinui eam comparationem: & pro tantâ jucunditate, quam per arcanum iter in omnes venas & ipsum cor transmissam sentiebam, satis habui mirari, cur ingenti beneficio devinctæ Pierides nomina sua expedire huc usque noluerint. Tot sinceræ & innoxiæ hilaritatis, imò tot eruditarum cogitationum incitamenta jam dudum utique meruerunt, ut per omnes pinus & corylos, quarum gratioso vigore hujus aquulæ margines præcinguntur, tabellæ & anathemata suspensa conspicerentur. Verùm enimverò

&



& hîc in Scyllam incidisse me videbam, dum illam Charypdim, & infestum declamaturis scopulum declinavi. Ecquis enim tàm firmæ frontis sit, ut ingratitudinis incusare Musas; aut confidentiæ, ut se omnibus qui eundem per tot annos fructum cepēre, sapientiorem putare ausit? Magis est, ut conjicias, modestissimos homines locum honore suo satis celebrem & coronatum judicâsse, etiamsi nullam hederam appenderent; & ipsâ religione silentii profideri voluisse, tàm beatum secessum supra eloquentiam esse. Hanc rationem, ne quem in posterum durior sententia illaquearet, versu eram commendaturus; cùm bonus quidam, & literas haud tralaticiè doctus, per eandem viam fonticulo approximans, mentem ad se convertit, non in tantùm quidem, ut nullum poeticæ meditationis indicium in vultu relinqueretur. Nam postquam salutatione mutuâ functi sumus, ille è residuā frondis severitate, quam aversationem vel tædium sui non poterat interprætari, suspicatus,

 spicatus,

spicatus, quod res erat, *Heu*, inquit, *diem mihi dicet Genius loci, cui Musivum aliquod parabas.* Magnum periculum! infero ego; & *jam pœnam in tabella concipit Phœbus.* Quantam? ut qui inter primos esse debebas, nunc succenturiatus nomineris mihi infelicissimo Poëtæ. Salva res est, inquit ille, sanguinem iratis Diis misi, & ultus es intempestivum hunc adventum *risu dam acido, quam æstivæ cerevisiæ succus esse potest.* Ego verò, inquam, seriò ago, & quæ mea tarditas est, nunquam jocari didici. *Te Camœnæ non quinta nectaris sui parte, sed totâ Ambrosiâ perfudisse videntur*: meorum carminum famam scis, quam premant judicia passim; nec ego aliud illis pretium pono. Tu verò quid nî assides? & hoc fonticuli frigore calorem dissipas? Adsedit ille, sed in laudes suas verecundior. *Sanè*, inquit, *permitte mihi, ut meo me pede metiar. De tuis* (ignosce libertati meæ, vel amori potiùs, qui decori nonnunquam obliviscitur) *judicare mihi videris non sine injuria judicii alieni.* Quinam

illi sint, quomodo nominentur, quos damnare tua refert, mihi quidem ignorare licet; contentus sum *Momos* vel *Sciolos* appellari. *Ita nimirum est. Ut quosdam videmus exsurgere in plantas, & in summis ambulare digitis, quo staturam adjuvent, & longiores videantur, quam sunt: ita quædam Alazonum natio neq; modo neq; mensurâ ullâ sese coërcet. Sed supra & judicium & lectionem suam sese extendit, ut aliquid scire & ipsa videatur.* Ab hâc vulgi coronâ transeundum est ad veros judices. Sic ille. Mihi non in amœna fuit animositas; sed periculis admonitus, cavere malum jubeo; verba enim per ignes incedere: & videndum ipsi, ne, si alibi proferrentur, ipse ambureretur. *Ego*, inquam, *plerumq; in optimâ causâ pessimam invenio fortunam*; & quid accidet tibi in dubiâ (ita jam loquor, nonnihil abs te erectus) præsertim ubi censorum venæ generosi Liberi flore incaluerunt? Sed da, sodes, illos Judices. Nominare tibi, inquit, possum magnam *ordinis nostri* partem; cujus *judicium* adeô *po-*

pulare

pulare dicere potes, quòd, ut ille apud *Livium (c)* omnes satis honestos generososque duxit, quibus arma sua signaque populus Romanus commisisset; sic & ipsa gravissimum Senatus Norici judicium *suffragiis suis* veneratur. Nolo tibi plura in os; neque etiam Echo sum, ut reciprocem ad me delapsas voces: saltem de voto communi dicam hactenus fuisse; ut cùm in utraque, tum prosâ tum ligatâ, dexteritatem tuam non incognitam habeat, experimentum aliquod dares eloqnentiæ tuæ. Ad hæc modo leviter capite, Video, quò tendas, inquam. Illi me implicitum vis labyrintho, unde nullo filo, nullâ face me extricem. Sed quid eloquentiam hìc vocas? An textum φρά-σεων, & scite tornatum periodorum circulum? Nunquam ego talium nundinator fui; quanquam sciam maximè fructuosam hanc negotiationem esse. Nam quod ille Cardinalis *(d)* cùm Lutetiam ingrederetur, & rotatâ *in aëre* manu *signum crucis* ederet, populus verò venarabundus passim humi corpora
pro-

proſterneret, benedicentium verborum loco ſecretò murmurabat *Quandoquidem populus iſte vult decipi, decipiatur!* Idem in Rhetorum ſcholis fieri ſolet; & auditores ſæpè nugas & impoſturas pro excelsâ & virili eloquentia venerantur. Quid eſt, quòd clariſſimis Academiæ noſtræ viris collegium declamatorium nunquam perſuaderi potuit, quàm quòd cum paſſerculis pipilare nollent? Illa, quam vetus Poëta dixit *flexanimam, atq; omnium Reginam rrrum*, eloquentia non ê verborum floſculis, non ſaltitantibus periodis, non attrocibus exclamationibus, non abruptis interrogatiunculis, nec allegoriarũ vel proverbiorum longâ ſerie: *ſed è ſenſu, & vehementiſſimis judicii ictibus, & rerum gravitate, appoſitis verè circundatarum*, æſtimari debet. Quod ſi hanc à me exigis, nec tenerioris ætatis, nec ſtudiorum meorum rationem cognitam habes. Eo quidem ſum ingenio, ut odio plusquàm Vatiniano proſequar *Tyrannos* illos *triviales*, qui ſæpè angu-

angustissimo gyro ingeniorum impetus refringunt, & indolem jam gravioribus admovendam, circa eadem hærere volunt, ne imperitiam suam in ulterioribus detegere cogantur, *temporis pessimi fures: sed nec abrupta suadere possum.* Nihil autem tam in excelso positum, quàm Oratoris virtus; & oraculi vocem credere debes, quam *Erasmum* emisisse ajunt, *Facilius esse, in tribus facultatibus Doctorem fieri, quàm unam verè Ciceronianam scribere.* Nonnunquam quod ait Statius, (e) *angustis animus robustior annis*, ut in te, mi charissime; sed vestrûm quàm oppidò pauci? & si multi sint, ego inter eloquentiæ Doctores nomen meum non profideor, familiaris inopiæ conscientia à titulo tam ambitioso depulsus. Sed & in colligendis antiquitatibus ad reformandos Fastos, reducendam Nobilium Romanorum memoriam, illustrandos Historicos, bonam studii portionem contrivi; ut jam clarè videas, eloquentiam tractationis

nis meæ non esse, atque aliud forum tibi quærendum. In hoc verbo cum sermonis pausam fecissem, tùm ille. *Nos verò nolumus*, inquit, *accedere ad præceps, sed saltem ducem volumus per planum, quamvis humile & depressum iter* Epistolam enim intellexi, cujus *tanta necessitas quanta ipsorum amicorum est, quorum* (ut loquitur Seneca *(f) vera vestigia, veras notas epistolium adfert.* Cur igitur (oppono ego) jubebas eloquentiæ experimentum dare; quæ si epistolæ congruit, *congruet vinum aceto, genuino colori fucus. Hìc enim negligentiam pro cultu, incuriam pro cura esse, viri docti semper voluerunt*; nec ignorare potes illud, quà in epistolis, quà orationibus dominantis Tullii: *(g) Alia ornatius, epistolas cotidianis verbis texere solemus.* Excipio *dedicatorias*, cum paucis aliis ad summos Principes & Magistratus, aliosque honoratos viros; qui ad se tàm illaborato & facili sermone scribi, pro *familiaritate nimis fide bonâ usurpata*, hoc est *rusticitate* interpretabuntur. Et cum dicto surgo, rediturus in oppidum; cùm

alter,

[illegible] vel ut excusationem [illegible] inquit, vel ego de petitione no- [illegible] audivi. At diei tem- [illegible] falor, quinta abit in [illegible] inquit, nec discessum [illegible] dum me comitem [illegible] inquam, Solitudi- [illegible] morosio- [illegible] erit. Ita reli- [illegible] mollius quàm ullo alio [illegible] relego, usque [illegible] finis & colliculum, per [illegible] supercilium proxi- [illegible], unde prius uterque de- [illegible] conversus ad comitem, [illegible], *in omnibus rebus, præter- [illegible] satietas oblectatio est*; [illegible] quæ per plures cur- [illegible] voluptas, quàm [illegible] convertuntur. An pla- [illegible] variari? & per val- [illegible], ad occasum (ut vides) [illegible] ad illam viam, quæ [illegible] incipit? Placet, inquit. [illegible] pulcherrima pulchritudo, [illegible] *Sturzagium* a-

mnis

mnis exhularat, & uberrimo gramine utrinque fœcundat! quàm honestis Musarum otiis hic immixtus, *Cæsaris fortunam spernerem*, ac sine nubibus magnarum solicitudinum puri mihi soles currerent! Ita progressi, pervenimus ad moletrinam, & ab illius tergo ascensum in montanum pinetum ordimur. Qui ut infirmæ valetudini meæ gravis, ita comiti longè ingratius responsionis suspendium. Quare ad superiora relapsus, quæ interpellâram surgendo, Inerrat, inquit, per cerebrum discursus tuus *de simplicitate epistolicâ. Ita est: Quæcunque magnitudine verborum intumescit, & oratorio spiritu sublimis fertur, epistolæ nomen tueri non potest, & doctis tàm abominabilis est, ut despuant.* Sed dum *eloquentiæ nomen* ita coarcto, venustatem & elegantiam ita vocavi, quam in Attico suo commendat Tullius: *Accepi tres jam epistolas, quæ fuerunt omnes Rhetorum; purè loquuntur, tùm humanitatis sparsæ sale, tũ insignes amoris notis.* Et in Giselino Lipsius: *(i) Raras à te literas accipio, sed certè charas; stillantes mero melle, & amore.*

Eam

alter, Nondum vel tu excusationem meam, inquit, vel ego de petitione nostrâ mentem tuam audivi. At diei tempus vides? & ni fallor, quinta abit in sextam. Video, inquit, nec discessum hinc moror: dum me comitem tibi velis. Quid ni? inquam, Solitudinis enim piget, & sermo tuus morosioris ascensus delinimentum erit. Ita relicto solo, in quo mollius quàm ullo alio situ quiêram, vestigia mea relego, usque ad exitum sinus & colliculum, per quem in montis supercilium proximum eniterer, unde prius uterque descenderat. Sed conversus ad comitem, *Varietatis*, ajo, *in omnibus rebus, præterquam in re matrimonii justa oblectatio est*; & longè major. *(h)* quæ per plures currit flores, oculorum voluptas, quàm cum in unicum convertuntur. An placet deambulationem variari? & per vallem sive pratum, ad occasum (ut vides) porrectum, transire ad illam viam, quæ à moletrinâ incipit? Placet, inquit. Quàm oræ pulcerrima pulchritudo, quam mediam secans *Syvarzagium* amnis

mnis exhilarat, & uberrimo gramine utrinque fœcundat! quàm honeſtis Muſarum otiis hic immixtus, *Cæſaris fortunam ſpernerem*, ac ſine nubibus magnarum ſolicitudinum puri mihi ſoles currerent! Ita progreſſi, pervenimus ad moletrinam, & ab illius tergo aſcenſum in montanum pinetum ordimur. Qui ut infirmæ valetudini meæ gravis, ita comiti longè ingratius reſponſionis ſuſpendium. Quare ad ſuperiora relapſus, quæ interpellâram ſurgendo, Inerrat, inquit, per cerebrum diſcurſus tuus *de ſimplicitate epiſtolicâ. Ita eſt: Quæcunque magnitudine verborum intumeſcit, & oratorio ſpiritu ſublimis fertur, epiſtolæ nomen tueri non poteſt, & doctis tàm abominabilis eſt, ut deſpuant.* Sed dum *eloquentiæ nomen* ita coarcto, venuſtatem & elegantiam ita vocavi, quam in Attico ſuo commendat Tullius: *Accepi tres Iam epiſtolas, quæ fuerunt omnes Rhetorum; purè loquuntur, tùm humanitatis ſparſæ ſale, tū inſignes amoris notis.* Et in Giſelino Lipſius: (i) *Raras à te literas accipio, ſed certè charas; ſtillantes mero melle, & amore.*

Eam



Eam venustatem idem Lipsius (k) elucere putavit ex *allusionibus ad dicta & facta vetera*: quæ cum *historiarum perito* maximè obvia sint, jam videre potes, quo jure compellârim. Videbar ipsi circumventus; sed evadendi rimam conspicatus non unam, Rectè, inquio, Lipsius. *Ex historiarum mari prodeunt istæ Veneres*, sed non solo. Imò longè plures dant *Plautus, Terentius*, & (quem vererer nominare, nisi apud te loquerer) *M. Tullius*. Attonitus eo verbo comes, Cur, inquit, nolles istum? Quia novi morbum seculi epidemium. *Nam, qui persuadere illi Ciceronem velit, Ciceronianâ eloquentiâ opus habet*; utut omnium superiorum præconiis ille Princeps Senatus Romanique nominis adjuvetur. Etiam hodie *Casaubonus* (l) mirari sese dicebat stultitiam eorum, qui latinam linguam & facundiam ab alio potiùs quærendam existiment. Nec excidit, quod olim eloquentissimus vir de consuetudine suâ mihi narrabat, *se juniorem ante quietem & nocturnas preces Ciceronianæ lectioni cottidiè vacare solitum*,

tum, dein cubitum ire. Nunquam somno consumtam eam lectionem, cùm & dormienti Tullianæ suavitatis species occurreret; & memoriam sincerius reddidisse, quod postremum ac recentissimum acceperat. Ad hunc modum ajebat imbibitum, & visceribus pænè immixtum Ciceronianum dicendi genus. Quod si consilium istud sequi voles, ac privatim id genus auctores evolvere, quid opus, ut exactione multiplici rogare me pergas? Opus est planè, respondit ille, quod lectione domesticâ non pauci abutuntur. Postquam enim ex auctorum viridariis, sententiarum, adagiorum, & rariorum locutionum flosculos abduxerunt, *similes* videntur *helluonibus*, quorum *numos* sanè quam facetè Comicus *(m)* dixit *lymphaticos*, quòd nunquam consistant, sed exire gestiant. Elogio simili *phrases* eorum signare possem; quas *nisi toto sacco præcipites effundant, rupturam eruditionis suæ metuunt.* Eram valdè affectus hoc judicio; sed ex ascensu lassitudinem causatus, planitiem ad respondendum commodiorem spopondi. Cæterùm ex

eâdem & ipse jam impeditior, dilationis ac moræ gratiam petenti facilè concessit; donec sylvâ extricati, in agrorum planitiem emitteremur: quod paulò post contigit. Tùm verò ego prior: *Macte clementiâ fati tui, & capitalis ingenii beatâ copiâ, & in lectionis abusum masculâ bile!* Non semel & istud animadverti, & alia, præsertim in *Lipsianis histrionibus*; qui cùm formulas ex incomparabilis viri familiaribus descripserê, ex iis quoscunque fœtus suos conflant, & nullâ vel alterius, vel sui ratione habitâ, ad superiorem loquuntur, ut ille ad amicum, vel etiam inferiorem solebat. Cujus mali vim cùm olim minùs attenderent Græci, ne nomen quidem imposuerunt; sed Latini turpitudine ad animum revocatâ, eum, qui decorum negligeret, INEPTUM (*n*) propriè dixerunt. Nec tu absurdè cum *subulcis* hosce comparares, qui *nullo discrimine habito, porcos omnes in eandem harum compellunt, pingues & macilentos.* Cætera recensere, infinitæ foret Arithme-

metices; & fateor, doctore opus esse, qui moneat, & *Hercule, qui hoc Augiæ stabulum purget.* Ego nec doctor, nec Hercules. Ita comitem rejicere volui, parùm jucundis precibus hucusque me flagellantem. Et quid? Nimis diu aures vacaverunt à calumniis; nec satis per omnia judiciorum examina jactata sunt historica mea? nunc etiam ignobiliori pugnæ Bellonâm meam implicem, & sceptrigerorum forum excandefaciam, ut frequentes adversum me coëant? At profectò, quod est in proverbio, *si pendendum est, malim de pretioso ligno.* Ridens adhæc comes, sed leviter intorto labello, & fortè *milvium* conspicatus, qui supra nos in gyros circumvolabat, *Non tu magis*, inquit, *istos curare potes, quam ego latrocinantis hujus sibilum.* Itane, inquio, securum me facies? Alii *scripta sua*, & magni nominis famam, *in supplementum* trahunt, *ut majora* postea omnia credantur, etiamsi non sint: ego nullis meritis publicè conspectus, nec externorum specie validus, omnium contumeliis facilè opportunus vivo. Dii aver-

avertant, excipit alter, ut omnium! *Melius de omnibus, quàm singulis speratur: Singuli enim decipere, & decipi possunt; nemo omnes, neminem omnes fefellerunt*; ut quondam dicebat *Plinius* Orator. *(o)* Nec tu existimes inter nos esse, quorum oculos inania perstringunt. *Ut in mercaturâ, sic in literis comparatum est. Videas ibi nonnullos, qui jam jam foro cessuri, tamen holosericis induuntur, ac magnificè se suosq; quæstus prædicant, necessitatis dissimilandæ. Cautiores fucum olfaciunt; cùm simplices adeò inducantur, ut si quid nummorum habent, non id melius usquam collocari, quàm apud istos posse, arbitrentur.* Similes & hîc videas, qui quod *subnixis alis sese inferunt*, suæ quidem eruditionis opinionem dispergunt; sed apud parùm catos. Cæteri admirationem suam habent in potestate. Quid verò? num per eandem lineam reciprocabimus serram? Audivisti jam antè bonorum propensionem; ac tandem, quoniam ad portam sumus, me absolve; aut obvagulatum ibo, & occentabo Musejum tuum. Ergo in *Popili-*

um

um incidisse video! respondeo ego. Ille (p) *Antiochum*, Romanæ petitioni moram interponentem, circulo inclusit, nec permisit excedere, donec responsum daret: tu me huic campo; nec vis egredi, donec satisfaciam. Quid si, ut hominum mores esse scribit, Seneca, (q) *& tu incipias magno impetu, deinde deficias antè tempus fatigatus?* Istud, verò, inquid ille, inimicis meis fiet! *Non ego ex iis ventis, qui à terrà surgentes, & fluminibus paludibusq; concepti; sine pertinacia vehementes sunt.* Quæso, his cogitationibus exue mentem, ac benigniore responso, quod potes, utriosque molestiam redime. Quid facerem? ut videret nihil ad extremum negare me his, quos ex animo charos habeo, everberari passus sum constantiam meã, & *collegium*, nõ ex animo futurum, datâ dexterâ *promisi*. Atq; ita ingressi discessimus, ego ad cœnã, ille ad nescio quem amicũ, humidis & lapsantibus verbis diffluentem. Altero enim die promissum meum jam in plurium aures transfusum erat,

& *in*




& in oppidum sic exiit, tanquam in tonstrinâ dixissem. Sed nihil tàm ægrum accidit, quàm cùm intervenientibus variis negotiis, privatum hunc laborem de mense in mensem distulissem, nonneminem aliquando insonuisse in aurem: *Tuum promissum per exploratores quæritur, nec reperitur.* Cui tamen ego in alteram: *Quod sole verno haud potuit, maturescet autumno.*

(a) lib. XLIV. c. 6. (b) lib. II. c. 80. §. 3. (c) lib. XXIII. c. 55. (d) Caraffa apud Thuan. lib. XVII. (e) lib. V. sylv. carm. 2. v. 13. (f) epist. XL. (g) lib. IX. epist. famil. 21. (h) Bissel. in Icariân. 102. (i) Cent. misc. I. ep. 2. (k) Inst. epist. c. 10. (l) Epist. 567. ad Schottum. (m) Plautus in Penul. Act. I. sc. 2. (n) Cicero lib. II. de Oratore, paulò post princ. (o) in Panegyr. c. 62. (p) Liv. lib. XLV. c. 12. (q) lib. I. de Irâ c. 14.

CHRI-

ſtri-
cci-
arijs
n de
ne.
m:
rti
ie
ijs



CHRISTOPH. ADAMI RUPERTI
EPISTOLICA INSTITUTIO,

CONTINENS
Epistolas cum Dispositionibus suis;
& Appendicem
Formularum, Testimoniorum, Descriptionum.

ANte omnia quædam hîc præmonendus es, Auditor: Non tantùm adolescentiæ, sed & *maturiori ætati* præludimus. Frustrà igitur es, si puerilia saltem argumenta me poscis. *Ordinem observamus nullum.* Quæ necessitas? & à dedicatoriis initium facimus, quæ fortassè ultimo loco concipi poterant. *Dedicatoriarum* varias

videbis formas, ad Principes, Respublicas, Patronos, Amicos; & quo pacto ad dedicatorias hi postremi respondere soleant. Quæ ad *Principes*, ita disponi debent, ut *primam* partem occupet *Extenuatio*, dum munusculum & personam nostram submittimus: *Secundam causæ*, quæ nos stimulârint ad offerendum ingenii fœtum; & in causis tum privata tum publica recensere possumus, tantâ cum laude præesse, ut, ad celebrandam ipsius virtutem, omnes Cives excitari debeant; privatim multa beneficia esse, quæ publicâ præfatione agnosci debeant: *Tertiam*, *votum* pro incolumitate Principis, & Principalis domus. *Plurimam* verò hic *potest occasio*, verbi gratia: Si quis offerendi muneris *causam* habere sese testetur, vel *natalem* vitæ Principis, vel etiam natalem Principatus, vel *Calendas* Januarias, vel aliam solennem *festivitatem*; qualibus quidem occasionibus circumspectiores plerumq; utuntur, ut caput unctius ferant. Sed en tibi unam & alteram formulam.

DE-

DEDICATORIÆ.

EPISTOLA I.

Ad Principem.

I*Llustrissime Princeps*, exercitium hoc Academicum, quanquam tantæ dignitatis non est, ut Illustrissimum nomen tuum, quod Exteri tuiq; non minùs ut ipsius virtutis consecrant & venerantur, illi præscribi debeat; tamen inter obsequiorum sincera certamina meæ quoque devotionis argumentum extare debuit. Neq; quicquam ob muneris mei humilitatem vel fastidii, vel saltem perfunctorii affectus subvereri possum: qui ut Principes in vicem Deorum, sic & in eorum judicium in Religione mortalium excipienda successisse reor. Cùm igitur apud istos *Cræsorum tripodas* *solâ* precum innocentiâ pauper æquare possit; tantum abest, ut donarii mei vilitas Principalis gratiæ spem extinxerit, ut tanquam observantiæ & pietatis meæ candidissimum pignus accenderit potiùs. Aliàs, quod de Alexandro M. legimus, ex toto orbe

 pas-

paſſim ad eum confluxiſſe, qvoscunq; inſignis aliqva peritia, & ad inveniendas res novas mira ſagacitas ſupra cæteros nobilitaſſet, eiqve vel ingenii præclaros fœtus, vel incognita prioribus ſeculis manuum opera conſecraſſe: Idem, *Illuſtriſſime Princeps*, ſingulari virtute Tuâ, & propenſiſſimâ in res dignas voluntate mereris, ut præſtantiſſimi qviq; ſapientiæ ac doctrinæ cum monumentis ſuis in palatium tuum certatim confluant, non tam æternitatem daturi, qvàm accepturi. Meum verò tam liberum acceſſum ſi nihil aliud perſuadere potuiſſet, ſaltem ex publico ſtatu ſatis ponderoſa cauſa mihi oblata videbatur; in cujus felicitate ſuam qvisq; privatorum habet fortunam. Tamen & peculiares cauſæ, & in cumulum, nullo numero terminandum, excurſuræ, cumprimis autem tot ingentia beneficia, promovendis ſtudiis meis per aliqvot annos in Univerſitatibus exhibita, adeò me ſtimulârunt, ut niſi ea publicè confiterer, ingratiſſimum ab orbe condito

me

me putarem. *Religionis genus est*, ait ille, *beneficia Numinum non tacere*; nisi fortè oppressum eorum magnitudine sermonem, & verba meritis imparia sentientes, hoc ipso silentio Numina venerari malumus: Qvod profectò nunc in me experior; ac simul gnarus, inferiorum esse plus facere, quàm loqui; meritò hîc desino, solùm hoc addictissimi animi votum ingeminâsse contentus, ut Deus Opt. Max. Te cum Illustrissima domo inter hos bellorum turbines incolumem florentemq; quàm diutissimè conservet; quod si maturiùs fato concesseris, *ilicet, cum salute & studiis meis actum est.*

EPISTOLA II.

SI qvod apud veteres legimus, affectus iste privatis depensus, nec nqvam improbatus fuit, ut eorum Jatalitia propinqvi, Amici, Clientes iunere qvodam honestarent; qvan- magis id genus reverentiæ debe- us Principi, qvi cum Natali suo no-

noſtrum celebrat? Nam cùm omnes illius animæ circumdati ſimus,&, teſte Romano Sapiente, *ipſe, ſpiritus vitalis ſit, quem hæc tot millia trahunt; nihil ipſa per ſe futura, niſi onus & præda, ubi mens illa Principatus ſubtrahatur*; etiam Principis natalis idem cum noſtro cenſeri debet, & tam benè ominatis gratulationibus excipi, quàm ſi hoc ipſo & nosmet primum aërem hauſiſſemus. Sed profectò impii & ingrati ſumus, & contra naturæ legem, gentiumq; conſuetudinem graviter peccamus; niſi ultra privatum hunc amorem, quem nobis impendimus, tutorem ſtatûs publici diligimus. Eſt enim ea naturæ lex, ut prohibeamur ſpectare vitæ beneficium, dum Principi præſtamus fidem; nec quenquam magni olim exercitus, magni populi ſplendidiorem titulum exiſtimârunt, quàm cum projecta, pro Imperantis ſalute, anima ſua DEVOTISSIMI ſalutarentur. Quamvis autem ſtudiis humanioribus hucusq; deditus, nullum tale obſequium jacta-

jactare possum, *nullum pro te excep*erim *ferrum*, & si *pro periculis stipendium* numeratur; nulli mortalium minus debeas, quàm mihi; tamen aliud, quod potero, & quidem illud prius devotionis genus præstabo. Occasionem namq; præbet auspicatissimo sidere exortus hodiè Natalis tuus, atque adeò hoc velut munusculo, quod in umbra Academica susceptum est, eundem nunc veneror. Fateor, deterrere me potuisse, conscientiam imbecillitatis meæ, & tenuitatem scripti; sed enim verò, dum cogito, non minùs religiosè ac piè Natalitia quondam celebrâsse, qui de parva acerra *tribus digitis* paucula *quædam grana*, quàm qui *lancem thuris in foculum in*jicere solebant; hoc quoq; ut pietatis meæ testimonium probaturum me speravi. Unde nec sollicitus sum, quibus verbis illi Clementiam Tuam exambiam; quod sæpe facere solent inептè curiosi: Sed in hoc voto finio, ut cùm tu ille ipse sis, cujus spiritu vivimus, cujus virtutibus sustinemur, ne fa-

fatum Tuum maturiùs fortunas nostras in ruinam agat,

-- *Multis redeat feliciter annis*
Isthæc candidior, candidiorq; dies!

EPISTOLA III.

DEberet *Celsissimo Nomini Tuo*, fateor, pro levidensi opera nil nisi exasciatum, & ætatem laturum consecrari: Sed cùm antiqvissimus ille mos, qvo fructuum primitiæ Regibus offerebantur, eâ ratione fulciatur, ut præstantissimæ inter homines dignitati, & ad divinam illam proximè accedenti justus & legitimus honor persolveretur; non dubitavi ex eadem, sanè quàm justissima, causa primum hunc ingenii fœtum *Celsitudini Tuæ* deferre. Accessit, qvòd auspicatissimo isto die, qvo post illatum sideribus Celsissimum Parentem, orbæ & concussæ provinciæ in sinum Tuum sese abdiderunt, ac TU omnium occupationes, curas, ac vigilias primùm in TETE recepisti; non solùm voto, sed & munere, quo possumus, *Celsitudini*

Tuæ

litandum arbitrer. Qvamvis e-
omnes Principatus Tui dies ſin-
i reverentiâ digni ſint, ut qvos
tis, juſtitiæ, prudentiæ, fortitu-
, aliarumq; heroicarum virtutum
nplis memorabiles feciſti; ſem-
tamen excellere, ac poſteriores
i genuiſſe videtur, qvi poſt lamen-
nem publicam primus oſtendit,
us nomenq; ſuperioris Principis,
virtutes deſiderari. Ut qvondam
injuria cæterorum, qvibus Augu-
optimum Principem egit, leges
acem coluit, aureum Saturni ſecu-
repræſentavit,

. EIDUS. JANUARIAS. QVA. DIE.
RIMUM. IMPERIUM. ORBIS. TER-
ARUM. AUSPICATUS. EST. THU-
E. ET. VINO. SUPPLICANDO. ET.
IOSTIAS. SINGULAS. IMMO-
ANDO.

eſt in lapidum monumentis, (a)
m venerati ſunt; ita nos præ
eris illam lucem, qvâ Te pro-
entia DEI Opt. Max. in Solio

 con-

constituit. Ea nunc opportunè iterum illuxit, cùm hæc qualia qualia commentatus essem; & licèt occasio hæc me defecisset; ut omne momentum, sed & omne temporis punctum *Celsitudinis Tuæ* (b) beneficiis aut fœcundum, aut gloriâ impletum est, ita devotionis nostræ argumentis quodlibet opportunum esse debet. Enumerarem etiam pleraq; bono communi præstita, nisi oneri succumberem, & tu omnium Seculorum tubæ virtutem tuam personandam tradidisses. Quid, quòd in me privatim, tam mediocris beneficentia tua non extitit, ut dicendo possit exæquari; sed numero infinita, & maguitudine excellens; ut deficiente verborum pari copiâ, saltẽ meminisse liceat; & admirari potiùs quàm laudare. Quod verò unũ jam ore possum, præsidem custodemq; Imperiorum ac Principatuum, Deum, supplex precor, ut cives tot bonorum sensu quàm diutissimè frui permittat; Tibique tanto Principi vitæ largiatur Nestoream longævitatem, qui virtute

meritis Nomini Tuo propitiam
n reddidisti æternitatem.

) *Inscr.* I. *Operis Gruter. p.* 229.

) Dixi *Celsitudinis Tuæ*, repugnante
asmo, qui in Epistolarum tomo præ-
tione ad Lectorem, hos loquendi
odos ait *vitiare* latini sermonis *puri-*
atem: ego verò hîc nolo sedecim secu-
orum consuetudini. Illo, quo occisus
st Cicero, *Valerius* dixit: *mea parvi-*
as, quam lectionem autoritate Velleji
asseruimus discursu Philologico ad
præf. Altero seculo post, *Apulejus lib.*
III. *Metam. Humanitas Vestra.* Poste-
rioribus, ut observat vir Clarissimus
Thom. Reines. III. *Variar.* 17. Symma-
chus: *Æternitas Vestra*, *Perennitas*
Vestra. Theodoricus Rex Gothorum
apud Cassiodorum: *Magnificentia*
mea. Quod passim & imitati Græci,
ut multis locis ostendit Idem. Addo
illud *ad Episcopos* scribi solitum, *Coro-*
na tua. Hieron. ep. 81. ad Augustin.
tom. II. *Precor coronam tuam*, hoc
est, *dignitatem tuam Episcopalem.* Al-
lusum ad illam *Coronam*, quam *tonsura*

relinqvebat in *capite*, ut hodieq; in Monachis videmus; ne quis fortè aliam ex metallo factam somniet, ut eruditè monet *Conradus Rittershusius ad Salvian. p. 592.*

EPISTOLA IV.

ADmonet me tempus illud, qvod antiqvi etiam, teste *Plinio* (a) lætis precationibus sibi invicem faustum ominati sunt, ut, cum votis illis, quæ tota patria pro salute tua suscipit, pietatem meam jungam. Admonet autem illud? qvasi tempus esse possit, quo Deum Opt. Max. pro Parente ac Tutore publico non sollicitemus? Sed ita, ut dixi, antiqvi; & *Ovidio* causam roganti, cur *Calendis Januariis* votis omnia festoque plausu impleantur, respondens *bifrons* ille *Deus, & Cœli Janitor*, in cujus tutela exitus veteris & ingressus novi anni credebatur: (b)

Omnia principiis, inquit, inesse solent.

Horum non repudiandam consvetudinem hîc secutus, sed spe melioris
even-

:ntus, qvia religione illibatâ primum
:ipientis anni diem cum seqventi-
s omnibus faustum fortunatumq;
bi domuiq; Tuæ Illustrissimæ li-
is hisce precor; qui aliàs mecum
in secessu, qvod Principi civis de-
t, pietatis officium singulis diebus
esto. Sed cùm eorundem lauda-
e institutum fuerit, ut Imperator
pe infusâ à Senatu populoq; hono-
etur, (ex ea enim Augustum La-
m & Vulcani signa dedicâsse in la-
lum (c) monumentis legimus) eo-
n vestigiis hîc qvoq; insistens, non
idem magni pretii strenam, qvam
: Fortuna Tua exigit, nec mea sup-
litat; sed qvalis à tenuitate mea
oficisci potest, supplex offero. Eru-
um hominem pudere posse fateor;
l neminem candidum. Ut enim
um meum superius non à summis
ris profluxit, sed in corde funda-
ntum habet; ita hoc ipsum in eo-
n; & *malô ineruditè gratus esse,*
ìm doctè ambitiosus. Nec etiam
bum ampliùs addo: Etenim, ut

 cau-

causam Horatianis versibus aperiam: (d)

Cùm tot sustineas, ac tanta negotia solus.
Res patriasq; armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes; in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora Princeps.

(a) *lib. XXIIX. c. 2.*
(b) *lib. I. fast. v. 170.*
(c) *Inscr. IV. Oper. Gruter. p. 106.*
(d) *lib. II. epist. 1.*

EPISTOLA I.
Ad Rempublicam.

VIri *Magnifici*, diu hæsitavi, auderemné vadum tentare, ac cum pauperculis hisce, omnique centone vilioribus chartis Amplissimum conspectum Vestrum subire; quod ne facerem, verecundia suadere videbatur. Nam qui hactenus in hunc portum abnavigârunt, vix adeò circumscripti etiam, ut non *digno libamine venerarentur Genios loci.* Meum hoc, quod offero, exiguum fateor, Gratiisque

minùs propitiis susceptum, *se-*
ræ potiùs ac tenebris plusquam
neriis, quàm tantorum virorum
lebetur: Nihilominus ex hac ipsa
citate benigniorem fortunam
spopondi; ut cùm inde *lucernu-*
:æ defectum cognosceritis, Vos
ırâ Vestrâ, ut in aliorum, sic in
hisce difficultatibus uteremini,
:nevolentiæ Vestræ affunderitis o-
, Nec enim in eo tantùm enituit
nificentia Vestra, ut viros in Re-
ıca literaria eminentissimos, ex o-
Europa magnis stipendiis alle-
Reipubl. Vestræ pignorarctis;
us illa circumfusa de splendore
·is Rebuspubl. palmam ambiguam
·et; sed etiam ut tenuioribus Be-
ılentia Vestra pateret: Deum sci-
, qui eam in terra vicariam sibi
t, æmulata, cujus beneficio *Sol*
os suos non tam *in basilicas*, quàm
alia jacit; imbres tam in pagano-
quàm lautiorum rura defluunt;
ıentum sine delectu fruentium
:it. Possum absq; veritatis inju-
ria

ria dicere, tot beneficia Veſtra me videre, qvot homines à fortuna deſtitutos. Qvamobrem nec de verbis laborabo, qvibus huic munuſculo meo favorem conciliem; nec more ineptientium Rhetorum *Apollinem fatigabo*, nec *Svadæ ſupplicando genua deteram* (qvâ curâ ii tantùm circumveniendi mihi videntur, qui, *juxta Aten Homericam, ſupra hominum capita incedentes*, humiliorum introitum tactumq; liminis ſui maximi vendunt.) Sed in hoc ſinceriſſimo voto deſinam, ut Deus Opt. Max. dum Germania feſtinat in exitum ſuum, nec ſapere incipit millies icta, Veſtram tamen Rempublicam in illo ſanctiſſimarum Legum tenore, obedientia civium, vigore tùm publicorum, tùm privatorum, *exterorum* deniq; *admiratione*, vel, ſi virtutem honorare neſciunt, *invidia*, ad usque mundi decretorium diem perennare velit; nec, qvæ aliarum urbium fortuna fuit, de faſtigio ad imum ruinâ maturiori delabi.

Epi-

EPISTOLA II.

Offero Vobis munus ſanè qvàm leve, niſi animus meus pondus impoſuiſſet: *Animum* enim ajunt (a) *formam dare rebus, parva extollere, ſordida illuſtrare.* Nec qvisqvam hanc ab animo commendationem aſpernatus eſt, vel ad chartacea frontem adduxit; niſi qui cum invidia fortunam ſuam explicavit, & humaniorum artium ſtudioſis *Tarquinius* extitit. A qva culpa tantum vos abeſtis, qvantò ſinceriùs cum *Leone* illo *Gracanico* ſuſpiratis: *Utinam noſtris temporibus eveniat ſtipendia militum in literatos abſumi!* nec ſuſpiratis tantùm; ſed Muſas inter publicas anguſtias etiam qvâ licet munificentiâ conſolamini. Eſt hoc certè inter ſeculi prodigia, extitiſſe populum, ſub cujus patrocinio (dum Germania, non ut patria, ſed ut ſepulchrum adſpicitur, circumcirca flammæ, ferrum, mille lachrymarum argumenta) tamen ita beati, ita tranquil-

qvilli fuerint literati, quàm mare est olim (b) cùm ibi alcedo pullos educit suos. Hoc enim vobis quotidianum est; ad hoc vivitis, ad hoc vigilatis, ad hoc lucubratis; *ne in fastos referri possit, vestrâ ætate Phœbum exspirâsse.* O cogitationem Magnitudini vestræ aptissimam, quæ funestissimam omnium memoriam antevertit! Supra enim & *Allienses*, & *Cremerenses*, & *Cannenses dies* ille fuerit (c)

Quæ velit expulsum Phœbum & rationis egenum,
Glandibus & puræ rursus procumbere lymphæ.

Me quod attinet, quamvis illis non accensear, quos ab eruditione vobis commendatos habetis, tamen in tantum erga me Benevolentia Vestra exundavit, ut quicquid circum me video, beneficium Vestrum sit. Quamobrem ut ingratitudinem, sine qua nullum scelus accrevit, seriò abominor; ita *facilius in ore flammam*, quàm animum vobis devotissimum silentio premam. Ex hac una causa, *Viri Nobilissimi*

lissimi, tantum fiduciæ mihi natum est, ut non solùm hoc munusculum vobis destinârim, sed etiam magnam favoris accessionem inde mihi promiserim. Deum Opt. Max. precor, ut, quæ geritis, benè verruncet, & subinde bonis auctibus vos populusq; vester augeatur.

(a) *Sen. lib. 1. benef. c. 6.*
(b) *Plaut. in Pœn. act. 1. sc. 2. v. 143.*
(c) *è Sulpitii Satyrâ.*

EPISTOLA I.

Ad Patronum quendam, sed privatum.

SExtus annus est, ex quo pater fato succubuit; cùm tu calamitatibus meis, *tanquam Sacratissimus Tribunus*, ita intercessisti, ut ferè parentis desiderium extingueres. Etenim totus in id intentus, ut melioribus studiis imbutus DEO proximoq; ritè aliquando inservirem, non modò commendationibus ad Clarissimos viros, sed & iis impensis me juvisti, ut omnibus Mecœnatibus exemplum tuum verè insultare possit; etiam iis, qui hyperbolis Poëticis crevêre. Utinam

nam verò sic eloquentia mea, ut sese amor adversùm me Tuus in beneficia effundit! *Na, Tu integrum volumen mihi esses.* Ecqvî enim fortuna statim post obitum parentis rursus serena, studiorum meorum summa tranqvillitas, vita ipsa Te solo Patrono mihi vitalis, aliaq; per ordinem expandenda, unius vel alterius philyræ esse qveat narratio? Qvamvis autem Tibi conscientia facti pro deprædicatione sit; ego tamen Deorum hominumqve reverentiam exuisse mihi videbar, nisi proximam qvamq; occasionem arriperem, Te auctorem Salutis meæ publicè honorandi. Et talis qvidem fuit isthæc. Cùm enim huic exercitio Academico Patronus qværendus esset, cujus nomen præscriberetur; nec major, nec melior occurrebat, qvàm Tu. Sed tenuitatem muneris uti dissimulare non possum; ita nec si majus suppeteret, ad spem refundendi beneficii accederem, mihiq; satisfacerem. Ea enim est meritorum Tuorum multitudo, ut si ex numero red-
ho-

hostimenti de gratitudine judicetur, & vivere ingratus debeam, & mori. Saltem igitur propensam voluntatem æstimabis, & qvod ab ea profectum est, licèt exigúum munus, pro sexcentis meritis valebit; imò DEûM honori nominis Tui cultum exæquâsse videbor. Qvid enim amplius in eos conferri solet, nisi voluntas?

Vale.

EPISTOLA II.

HActenus, velut carceribus inclusus, operiebar tempus, quo animum celebrandi Nominis Tui promptissimum effundere possem; & cùm sese jam offerat, velut signo dato, prosilio. Qvanqvam enim laudationem meam longè antecedas, tamen & pietatis & gratitudinis meæ constare debet ratio; Etenim, postqvam in clientelam Tuam receptus sum, quâ hilaritate suppetias tulisti, cùm necessitates meas exponerem, vel tu animadverteres potiùs? Ita sanè malim loqvi, qvòd petitiones meas beneficiis plerum-

rumque occupasti; sed eò majorem cultum & honorem tibi debeo, quod aut nullum, aut breve temporis intervallum studiosorum angustiis interponi solet; & cùm cæterorum subsidia non ex difficili quæruntur, soli Musarum alumni, quantumvis frugaliter vivant, multa vulnera suis & allenis loculis infligere debent. Hoc est, quod pleriq; malunt ad sellularias artes, & qualemcunque negotiationem, quàm ad Musas deflectere, quarum hospitium non nisi *benè viaticatis* iniri rectè persuasum habent. Tu nunquam ob id subduxisti supercilium, nunquam Stipendium ad calculos revocasti; sed eam mihi perseverasti benefaciendi alacritatem, ut ab ipsa liberalitate robur accepisse videaris. Cujus virtutis memoria non mirum, si me anxium habuit, donec publicè confiterer, & quantum in me esset, gratiis litarem. Id quod, ut dixi, nunc facio; & ut aliqua saltem ex parte nomen meum expediam, munus istud literarium *Amplitudini Tuæ* offero; nisi

nisi quod gratum quispiam agnoscere nolit, hominem de Tuo liberalem; quicquid enim hîc accipis, tuum est, utpote Benevolentiæ tuæ radiis accensum. Sed ita quoq; in Deum grata existit mortalitas; cùm quas hostias mactat, quæ donaria appendit, quam stipem jacit, non nisi divinæ Clementiæ acceptum ferat.

EPISTOLA I.

Ad Parentem.

NUllus dubito, quin huic exercitio Academico, quod tibi dedicavi, faturus sis *utroq; pollice*; aut, ut meliùs dicam, *toto pectore*. Non quòd dignum sit beneficiis tuis, quæ maxima nunc sentiuntur, & adhuc majora fuerunt, cùm infanti & puero non intelligerentur; sed quod observantiæ, submissionis & obedientiæ meæ sincerissimum pignus. Præterea si carum arborum fructus colonum maximè delectant, quas ipse manu suâ posuit, quarumque primum folium vidit,

vidit; non poteſt non munuſculum iſtud gratum Tibi venire, cujus beneficio illud ipſum debetur. Tantum enim abeſt, ut ſufficere putares vitam dediſſe; ut hoc ipſo naturæ ac patriæ injuria facta videretur, niſi melioribus ſtudiis adoleſcentiam meam applicares, qvò benè viverem. Nullis igitur ſumptibus, nulli labori, ne *genio* quidem *Tuo perpeciſti*, dum, ut in hac rerum omnium calamitate atq; publica inopia Muſis meis benè ſit, etiam *defraudas; qui aliàs neminem.* Adeò ex benigniſſimo Tuo affectu, & felicitate mea vim illius Plautini (a) de Hegione jam intelligere mihi videor: *Nihil pretio parſit, filio dum parceret!* ut taceam monita & conſilia, quæ, quòd ſola conſiliorum omnium fraudis atque infidelitatis ſuſpicionem excludunt, pro patrimonii optima portione habeo. Iterum dico, nullus dubito de Tua erga hoc qvalecunqve ſcriptum benevolentia; & ſi tantæ confidentiæ approbatio Tua ſucceſſerit,

ab.

abundantem obſervantiæ meæ fructum tuli.

(a) *Capt. prol. v.32.*

EPISTOLA II.

BEneficiorum tuorum recordatio, cùm negligentiam & ingratitudinem penè exprobrare mihi videretur, eò compulit, ut, qui aliàs tam ſtrenuo ſeculo pugnam detrectare velim, prodirem tamen; & quod tibi debebam, velut exſolverem: Ita enim credebam, fore, ut de impenſarum tuarum ratione, animoque meo obſequentiſſimo meliùs tibi conſtaret; ac tu ipſe ad fovendas Muſas meas alacrior alacriorq; fieres, ſiquidem Exercitium publicum in me reciperem, idque nominis tui præſcriptione conſecrarem. Quemadmodum contra ſpem coloni aliquoties fruſtrante vel agro, vel vineâ vel horto, idem vult etiam ceſſare curam ſuam; ita Parentem & ſumptuum & laborum pœniteat neceſſe eſt, cùm ſpes bonæ frugis in filio decolat (a) nullumq; animadvertitur operæ pretium,

tium. Dignus quidem es honorari ſplendidiùs; ſed enimverò, ſi rectè Proclus, Hierocles, alii, (b) *Parentes vivas quasdam & veras imagines* exiſtimarunt *communis omnium Parentis DEI*; hîc etiam illum imitaberis, & ſolam offerendi voluntatem, non rem aut ſpeciem conſiderabis. Quo impetrato, nec de majori deſperabo, cùm approbatio TUA non poſſit non animum mihi facere, & ad ulteriora calcar eſſe.

(a) *non decollati v. Gron. ad Liv. lib. XXVII. c. 17.*

(b) *eorum loca v. apud Cl. Minoem ad Alciati embl.* CXCIV.

EPISTOLA I.

Ad Praeceptorem.

IMpius ſim, niſi Te, *Clariſſime Vir*, inter piiſſimas neceſſitudines diligam; imò niſi ante illas. Quod enim Rex ille Macedonum juſto pretio æſtimavit, idem ego; & vitæ meæ auctoribus illum longè præfero, à quo accipio ſtudia liberalia, & animi cultum.

Hic

Hic verò Tu ipse es, cujus fidei, si quid hactenus profeci, vel adhuc profecturus sum, unicè transscribo: Etenim cùm magno discipulorũ grege circumfusus esses, quamvis in omnes animum eundem dirigeres, ita tamen me docuisti, ita erexisti, ut propria & peculiari curâ dignus tibi videri potuerim. Nulla hîc ex oscitantia discentium morositas, nulla ex multiplicatis laboribus lassitudo, nec ex ingenii cujusdam velocitate dispensandi malignitas, quò diutiùs necessarius esses: sed placidus, indefessus ac liberalis, ut, si posses, universa simul transfunderes, semper extitisti. Utinam vel ea tum mens, vel memoria fuisset, quæ semel recepta, maturiori etiam ætati reddere posset; quàm jucundum nunc esset sapienter monita expendere, judicium mirari, tempus lucrifacere! Sed cùm, teste *Seneca* Patre, (a) *memoria res ex omnibus partibus animi maximè delicata sit & fragilis,* omnium quidem recordari non possum, utut maximè velim, tamen nec illud (b) occini mihi potest.

tium. Dignus quidem es honorari splendidiùs; sed enimverò, si rectè Proclus, Hierocles, alii, (b) *Parentes vivas quasdam & veras imagines* existimarunt *communis omnium Parentis DEI*; hîc etiam illum imitaberis, & solam offerendi voluntatem, non rem aut speciem considerabis. Quo impetrato, nec de majori desperabo, cùm approbatio tua non possit non animum mihi facere, & ad ulteriora calcar esse.

(a) *non decollati v. Gron. ad Liv. lib. XXVII. c. 17.*

(b) *eorum loca v. apud Cl. Minoem ad Alciati embl.* CXCIV.

EPISTOLA I.

Ad Præceptorem.

IMpius sim, nisi Te, *Clarissime Vir*, inter piissimas necessitudines diligam; imò nisi ante illas. Quod enim Rex ille Macedonum justo pretio æstimavit, idem ego; & vitæ meæ auctoribus illum longè præfero, à quo accipio studia liberalia, & animi cultum.

Hic

Hic verò TU ipse es, cujus fidei, si quid hactenus profeci, vel adhuc profectus sum, unicè transscribo: Etenim cùm magno discipulorũ grege circumfusus esses, quamvis in omnes animum eundem dirigeres, ita tamen me docuisti, ita erexisti, ut propria & peculiari curâ dignus tibi videri potuerim. Nulla hîc ex oscitantia discentium morositas, nulla ex multiplicatis laboribus lassitudo, nec ex ingenii cujusdam velocitate dispensandi malignitas, quò diutiùs necessarius esses: sed placidus, indefessus ac liberalis, ut, si posses, universa simul transfunderes, semper extitisti. Utinam vel ea tum mens, vel memoria fuisset, quæ semel recepta, maturiori etiam ætati reddere posset; quàm jucundum nunc esset sapienter monita expendere, judicium mirari, tempus satisfacere! Sed cùm, teste *Seneca* Patre, (a) *memoria res ex omnibus partibus animi maximè delicata sit & fragilis*, omnium quidem recordari non possum, utut maximè velim, tamen nec illud (b) occini mihi potest.

Jam perdidisti te atq; me, atq; operam meam;
Qui tibi nequicquam sæpe monstravi benè.

Et multa adeò defixa perdurârunt, ut aurem de cognoscendis beneficiis tuis hactenus vellicarent. Agnovi hoc, quo vides modo, & nomini tuo Exercitium hoc Academicum, tanquam votum, exsolvi. Nec dubito, munus istud ab animo profectum ad animi tui sententiam futurum. Vale.

(a) *contr. 1. in procem.*
(b) *Plaut. in Bacchid. act. 1. sc. 2. v. 25.*

EPISTOLA II.

S*Ic inclinavit regale modestia culmen,* (a) ut plerunq; olim Præceptoribus submitteretur. In gratiam *Aristotelis* (b) resurgit è cineribus perduellis Stagira: *Fronto* & *Ausonius*, alter *Antonini*, alter *Gratiani* Præceptor in prætexta conspiciuntur; *Seneca*, divitiarum exemplum maximum, ter millies sestertiûm (c) sive nostra monetâ septuagies quinquies centena millia Philippico-

icorum possidet, & villarum magnifi-
entiâ hortorumq; amœnitate, benefi-
io Principis discipuli, ipsum Princi-
em supergreditur. Sed quæ magni o-
m Reges & Imperatores laudi sibi du-
erunt, hodiè privato supercilio sper-
iuntur; nec ulla frequentior, quàm
Præceptorum querela est, merita sua
am altâ oblivione sepeliri. Ad hanc to-
us semper cohorrui (& quidni cohor-
escam, cùm id genus homines *non mi-
ori flagitio* involuti sint, *quàm patris ac
atriæ desertores?*) adeoq; ne inter infa-
niæ nomina recenseretur & meum, se-
ulò mihi cavendum duxi. Quâ ratio-
e? ut tibi, cui literulas meas ex asse
ebeo, munusculi alicujus oblatione,
on quod à fortuna, sed Musis pete-
em, animum meum tot bonorum me-
iorem publicè aperirem. Illud verò
oc ipsum est; Exercitium, inquam,
cademicum, quod in nomine tuo fo-
s datum non opus habet parario,
im de benevolentia tua non modò
ertissimus sim, sed & de novo incita-
iento jamjam stimulari me sentiam.

 Quòd

Jam perdidisti te atq; me, atq; operam meam;
Qui tibi nequicquam sæpe monstravi benè.

Et multa adeò defixa perdurârunt, ut aurem de cognoscendis beneficiis tuis hactenus vellicarent. Agnovi hoc, quo vides modo, & nomini tuo Exercitium hoc Academicum, tanquam votum, exsolvi. Nec dubito, munus istud ab animo profectum ad animi tui sententiam futurum. Vale.

(a) *contr. 1. in procem.*
(b) *Plaut. in Bacchid. act. 1. sc. 2. v. 25.*

EPISTOLA II.

S*Ic inclinavit regale modestia culmen,* (a) ut plerunq; olim Præceptoribus submitteretur. In gratiam *Aristotelis* (b) resurgit è cineribus perduellis Stagira: *Fronto* & *Ausonius*, alter *Antonini*, alter *Gratiani* Præceptor in prætexta conspiciuntur; *Seneca*, divitiarum exemplum maximum, ter millies sestertiûm (c) sive nostra monetâ septuagies quinquies centena millia Philippico-

corum possidet, & villarum magnifi-
ntiâ hortorumq; amœnitate, benefi-
) Principis discipuli, ipsum Princi-
m supergreditur. Sed quæ magni o-
n Reges & Imperatores laudi sibi du-
runt, hodiè privato supercilio sper-
intur; nec ulla frequentior, quàm
ræceptorum querela est, merita sua
m altâ oblivione sepeliri. Ad hanc to-
s semper cohorrui (& quidni cohor-
scam, cùm id genus homines *non mi-*
ori flagitio involuti sint, *quàm patris ac*
atriæ desertores?) adeoq; ne inter infa-
iiæ nomina recenseretur & meum, se-
ulò mihi cavendum duxi. Quâ ratio-
e? ut tibi, cui literulas meas ex asse
ebeo, munusculi alicujus oblatione,
on quod à fortuna, sed Musis pete-
em, animum meum tot bonorum me-
norem publicè aperirem. Illud verò
oc ipsum est; Exercitium, inquam,
cademicum, quod in nomine tuo fo-
ìs datum non opus habet parario,
ùm de benevolentia tua non modò
ertissimus sim, sed & de novo incita-
nento jamjam stimulari me sentiam.

Quòd si Dei benignitas in tantum adspiraverit, ut, quod volo, possim; felicitatis meæ summa erit, majus aliquod lumen refundere huic, à quo studia mea primùm accensa sunt, Soli. Vale.

(a) *Claud. de VI. Cons. Honorii v. 64.*
(b) *Plutar. advers. Colotem.*
(c) *Tac. l.* XIII. *Ann. c. 42. & l.* XIV. *c. 52.*

EPISTOLA
Ad Tutorem.

POstquam ita Deo visum, ut dilectissimus Pater meus charitatibus suis & mundo valediceret, *in paternos affectus ita successisti*; ut si functo reditus ad superos daretur, nec sub Fidei tutela suos feliciores diceret. Mereris certè, juxta *Lycurgum Justini*, (a) *Satyrum Memnonis*, (b) aliosq; candidissimos Tutores collocatus, hac acclamatione (b) jure honorari: *Tu abstinentia, tu pietas, tu honestas, è cœlo paulisper descendite, & hunc alumnum vestrùm lætis oculis videte; apud quem plus valetis, quàm omnes opes!* Hoc minimum est. Nec enim tibi satisfactum putasti, commissa fide-

fideliter tueri; sed quantum per temporum iniquitates licet, auges etiamnum consilio, assiduitate, facultatibus Tuis. Hinc est, quòd tantillum mihi relictum tamen multorum annorum necessitatibus & Musis sufficit; nec in honestis conatibus fortunæ novercantis quicquam experior. Quam eximiam virtutem tuã utinam remunerare aliquando possim! Sed cùm cœlum id sibi reservârit, & spé redhostimenti præscindat beneficiorũ tuorum magnitudo; saltem honore illo quem superstiti Parenti habuissem, in me collata agnosco, & Exercitium hoc Academicum ex antiqua formula, do, dico, dedico. Sed ad vota & preces, ut hoc tenue boni consulas, hîc converti nolo, cùm gratiam jam conciliârit offerendi causa. Vale.

(a) *lib. III. c. 2. §. 5.*
(b) *in Exc. c. 3. apud Phot. p. 263.*
(c) *imitatio Lipsii lib. 2. Monit. Polit. c. 4. sub fin.*

EPISTOLA I.
Ad Amicum.

QUas sanctissimæ necessitudinis cau-

causas Sapientes agnoscunt validissimas, earum ferè nulla est, quæ animos nostros haut colligârit: Sive enim *cum Aristotele* (a) educationis communitatem & æqualitatem ætatis, sive *cum Theocrito* (b) communem mensam & contubernium, sive *cum Plutarcho* (c) similitudinem studiorum, constantis amicitiæ causam allegare volumus, earum omnium glutino hæc nostra coaluit: Unà educati sumus, eadem quadrâ viximus, idem studiorum genus coluimus. Sed hæc omnia adhuc invalida, nisi me cœpisset illud amabile, ac ipsis Gratiis ambiendum pectus; Te verò candor & fides mea, cui sermones tuos sine periculo semper commiseras. Quamvis autem nemo sinceræ amicitiæ tenacior reperiri queat nobis, ut ineptum sit de alio vinculo cogitare; tamen nec intra me gaudere, nec privatim tantùm amicus esse potui. Ut igitur extaret amicitiæ nostræ publicum argumentum, frontem hujus opellæ nominis tui præscriptione honestavi eandemq; velut munus in sinum

tuum

tuum effudi, quod ut eo accipias, quo ego dedi, animo, rogare hîc nolo. Puto enim *amicorum apud amicos omnia vendibilia non opus habere suspensâ hederâ*. Vale.

(a) *lib.* IIX. *Ethic. c.* 14.
(b) *in Hyla Eidyll.* XIII. *v.* 38.
(c) *de discrimine adulatoris & amici.*

EPISTOLA II.

Occasionem mihi oblatam valdè gavisus sum, quâ suavissimæ familiaritatis nostræ memoriam refricarem. Hæc in Academia quondam, quasi conciliatrice, utriusq; naturâ, sanctè inchoata, & subinde multis fidei & candoris experimentis corroborata, in tantum invaluit, ut veterum Theseo & Pirithoo, nec tu quicquam concederes, nec ego. Posteà cùm fortuna & rerum mearum conditio utrumq; separasset, animos tamen non potuit, quod de meo bonâ fide dixerim:

- - - - *nulla*
Namq; dies sine te, nox mihi nulla fuit.

Deambulabam? comitem te dabas.

Colloquebar cum aliis? animum ad Te vocabas. Prandebam, cœnabam? accumbebas. Dolorem cœperam? excutiebas. Dormiebam? somnium eras. Ita disjunctum semper copulabat animus; & dolori, quem discessus TUUS intolerabilem facere potuit, obluctabatur. Sed novi temporis ingenium, quod ut in cæteras res humanas, sic in amorem, tyrannidem exercet; & delectabilem illum animorum florem dentibus suis depascit, præsertim, ubi per locorum spacia violentiæ intercedere non licet. Ego quidem TUAM in amore constantiam nunquam in dubium vocavi, & cùm aliàs amoris proprium sit, ut canit (a) Poëta, *omnia tuta timere*, ab suspicionibus facilè abstineo, tamen meum esse judicavi, providere, ne temporis injuriam admisisse videar. Esto igitur hoc, quod inscripsi nomini tuo, velut amuletum contra temporis fascinum: esto durantis adhuc amicitiæ luculentum argumentum, *absentia nostra præsentia, remotissimorum* corporum fidissima

ma *conjunctio*. Neq; gravaberis muneris simplicitatem, quod ab amico ad amicum venit; & profectò, si ea ipsâ destitueretur, dignum putarem amorem meum, qui animadversione ultra Catonianam severâ notaretur. Vale, atq; adeò TUUM illum veterem me puta, *quem non tota ætas sit mutatura Sibyllæ.*

(a) *Virg. lib. IV. Æn. v. 298.*

EPISTOLA III.

Singulari DEI beneficio accidit, ut cujus virtutem, doctrinam, merita, semper maximi feceram, ejus benevolentiam & humanitatem multis modis experirer. Et quis ego? nunquam publicè conspectus, & bonis literis deditus magis quàm imbutus; TU verò ille, quem non perfunctoriè colerent & ipsi devotione digni. Ut si eruditionis ac meritorum præconcepta opinio tanti amoris fundamentum jecit, ingenuè fatear, nullum opus esse, quod superstruere illi debeam. Sed enimverò propior sum

existimanti, candorem & fidem, & observantiam virtutis tuæ ante omnia ista te collocasse; quibus etiam, cætera minimè jactabundus, ita glorior, ut neminem amicorum tuorum superiorem agnoscam. Offero nunc ejusdem prædem & vadem, libellum istum, quem per otium conscripsi; & quanquam potiora debeo, tamen nec ea tu spectanda censes, nec ego jam exsolvenda. Sufficit affectum observantiæ plenum ad te transtulisse, & peculiaribus virtutibus tuis (quibus toti patriæ venerationem concilias) munusculum aliquod, velut donarium, apposuisse. Sed & de melioribus spem adeò non abjeci, ut conceperim potiùs, & libellum istum, ceu *metatorem*, præmiserim; qui hospitium illis ipsis designaret apparituris, cùm, ut hactenus, sic in posterum Benevolentiæ tuæ aura me afflaverit.

Respondendi ad hanc postremam, Formula.

Vidi & legi scriptum tuum, nec quicquam in eo displicere potuit, nisi

exi-

eximiæ laudes illæ; quibus me honorare cogitasti: Dicam liberè, ut apud amicum decet, *colorem morsumq; verecundiæ mihi expressisti*; qui quotidiè tam multa video, quæ tenuitatis admonere me possunt. Nosti illud Euripidis in Oreste:

Βάρος τι κἀν τῷδ' ἐστιν, αἰνεῖσθαι λίαν.

Est illud etiam insuave, laudari nimis.

Hic unus abs te dissensus meus est; cui velim ignoscas. In cæteris incredibile dictu est, quàm me affecerit profusissimus affectus tuus, quo me prosequeris; unde nec verba invenio, quibus pro dedicationis honore dignas gratias agam. Erit huic muneri honestissimus in Bibliotheca mea locus; & quando aliud non possum, pro gratiarum actione, & redhostimento, en tibi, quale Socrati (a) Æschines offerebat. Nihil, inquiens, *dignum, quod dare tibi possim, habeo; Itaque dono tibi, quod unum possideo, meipsum. Hoc munus rogo, qualecunque est, boni consulas, cogitesque alios*

cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Non aliter ego, & in præsentiarum carissimum ac pretiosissimum puto me TIBI devotum.

(a) *Senec. l. 1. de Benef. c. 8.*

PETITORIÆ.

EPISTOLA I.

Qua rogat pecuniam, qui nuper in Academiam venit.

I.

VEni in Academiam, &, ut puto, secundis avibus. Magna studiorum opportunitas, & cum amœnitate terræ certantis salubritas cœli. Quod caput est, Viri non tam Venerabiles doctrinâ, quàm amabiles humanitate; quos audisse loquentes de pulcherrimis rebus, moriar, nisi pluris mihi fuerit, quàm quod ille optavit, *Romam in flore vidisse.* Unum est, quod nonnulli dirâ imprecatione defigunt, invalescens rerum venalium caritas, & convictus hebdomadarii pretium, aureus Rhenanus. Sed communis

hæc

hæc est Germaniæ calamitas, & quod olim crimen fuit, nunc ex necessitate defenditur; id scilicet contributiones, tributa, exactiones tandem suasisse, ut statuto convictui majore pretio, artes publicas artibus privatis retundant. Illud adhuc durius, quòd debitorum exactores tam sunt inamœni, ut nisi stato tempore exsolvas, fides & honor periclitetur; vel, cùm mitissimè agitur, *truculentia vultus epularum sapor corrumpatur.* Habent indubiè justas severitatis hujus causas, vel quòd alii cumulato indies ære alieno sese tandem subduxerunt; vel quòd res familiaris concidat necesse est, nisi certo tempore convictores fidem suam liberent; vel quòd ad miseram illam necessitatem devolvi nolint, ut unius vel alterius subleстâ fide decepti, facilitatem suam deinceps *in alieno tergo puniant.* Quicquid sit, justas meas apud Te preces fore confido, quibus de quadraginta thaleris, quamprimùm mittendis, Te compello. DEUM immortalem, inquies, quos

quos ſumtus facis? iſtudne vitæ Academicæ procœmium? Videris jam, poſthabitis monitis meis, in ſocietatem eorum tranſiiſſe, quorum luxus omnem culpam ſuam in neceſſitatem confert. Abſit hoc à me, mi Parens, abſit infame ſtudium, ut *nummos in cella cereviſiaria ſepeliam*, feriatos dies agam, meque, meosque properem perdere! Quin honeſtatis & filialis obſequii memor, tanquam coram DEO, impenſas ad calculum revocem. *Penè omnes, ut noſti, munere aditiali honorandi, hoſpita, compranſores, Dominus Muſæi lectiq;, famula, lotrix, alii, modò benevolentiam & fidem velim.* Accedit nunc aſperitas hyemis, & brevitas dierum, cùm coëmenda ligna & candelæ. Ut taceam, quàm impoſſibile ſit, cæteris conſalinis lætitiam ſtudiis ſuis nonnunquam interponentibus, eam diſceſſus cauſam fingere poſſe, ne *adverſo Genio, iratisq; adeò Lubentiis & Gratiis prognatus*, imò ne ipſorum hilaritatem odiſſe videaris; quæ licèt intra modum conſiſtat,

fiſtat, tamen ſex vel octo florenis ſymbolam meam vix redimo. Alia omnia conquirere animi anxii eſt, & nimiùm pro fide ſua laborantis. Ego ſatis officio meo defunctus, ut ſumtuum neceſſitatem tibi probarem, ne de his precibus meis dubito, animum tuum victuras; quibus eâ, quâ par eſt, obſervantiâ te veneror, ut dictos quadraginta thaleros expediendis nominibus meis, & avertendis incommodis, è diuturniore mora oriri ſolitis, occaſione primâ transmittas.

EPISTOLA II.

Qua rogat pecuniam, qui aliquandiu in Academia vixit.

VIm facturum me crederem verecundiæ, ſi nunc iterum de pecu-is mittendis te ſollicitarem, niſi a-nus liberandæ fidei cupidus, in-mis tibi probaretur. Quamvis cre-

creditores hujus loci eo quoque sint ingenio, ut post elapsum trimestre nullas inducias debitoribus indulgeant; sed exactione sua eos ad exigendas pecunias rursus compellant. Tamen hoc non ita accipi velim, tanquam literis excitandus mihi sis ad succurrendum; cùm justas necessitates nemo promptiùs vel citiùs sublevet Teipso, & præterea, ut dixi, amabilis apud te virtus sit, quæ de satisfactione cogitat. Sed saltem observantiæ meæ judicavi esse, ne insignis Beneficentia tua precum reverentiâ indigna videretur. Hac unica causâ fretus, oro, ut trimestris hujus τροφεῖον, cum reliquis pecuniis, mihi transmittas: Hospitæ quidem viginti quinque, cæteris quindecim thaleros debeo; ut ex ratione hîc inclusâ cognosces. Sed jam *instant enim Calendæ Januariæ, quibus officia sibi præstita luculentioribus strenis nemo remuneratur, quàm Studiosus*; ut huic nomini delendo (*nam & strenæ in debitis numerantur*) duos Ducatos abs te petam. De cæteris ita Tibi persuade, & sum-

& ſumptuum & temporis rationem ita me habiturum ; ne in calamitatibus iſtis publicis pecuniæ illuſiſſe, aut luxui, qui velut imber ætatem tenellam adobruit ac proſternit, bonas horas, ac Muſis debitas, impendiſſe videar.

EPISTOLA III.

Qua rogat pecuniam ex Academia diſceſſurus.

QUandoquidem ita Tibi viſum, ut hoſpitali Academiâ digrediendum ſit, fiat id propitiis Vialibus. Sed cùm nondum pecuniam acceperim, qua creditoribus ſatisfaciendum eſt, ne convaſationem quidem facere licet. Fruſtrà es, ſi patientiam creditorum hîc expectas; quibus (a) *Tros Rutulusve fuat, nullo diſcrimine habetur.* Adeò periculis admoniti, bonos infidosque perindè habent! Oro igitur pro ea, qua me proſequeris, benevolentia, mihi proſpicias; ut centum tha-

thaleros, quibus & vetus nomen & nova debita unâ pensione expungam, occasione accipiam primâ. Nec frontem tuam contrahat summæ immanitas, & petitum cæteris impar; *cùm nemo compenuariis sine cœna, aut hospita, cæterisque, qui officium præstiterunt, sine honorario valedicat, gratitudo, humanitas & amicitia ex muneribus æstimatur, & ut Jovem Hospitalem Studiosi, sic hospita & cæteri Datorem, vel illius imbrem venerantur, qui defluxit in gremium* Danaës: *Nuda professio, memoriam beneficiorum ac favoris immortalem fore, sine argento famam & honorem vix tuetur.*

(a) *Virgil. lib. X. Æn. v. 108.*

EPISTOLA IV.

Qua de profectione in alienam Provinciam Parentem sollicitat Illustris ac Nobilis persona.

NUnquam tam invenustus ego sim, ut

ut ſententiam meam ſententiæ Parentis interponam, aut quicquam abs me animadverti poſſe ſperem, quod cogitationibus tuis non ſit præſentiſſimum. Unde quòd Illuſtri providentiâ tua commodis meis ante conſultum ſciam, quàm ex me illa cognoſcas, malim expectare imperia tua, quàm ullum deſideriorum exponere. Nihilominus quòd ipſe ſtudiorum meorum progreſſus tam remotus ignorare potes, fortaſſis inoffenſis auribus petitum meum inſeram: *Univerſitas*, in qua vivo, virtutis ac bonarum *artium ferax*; *ſed quas in pulpitis ſcholarum potius, quàm in aulis & ſcena hujus orbis crepemus.* Linguarum peregrinarum exercitium nullum; architecturæ militaris & πυροτεχνίας vix umbra, quòd ſtrepitu circumſonantis belli pauciores hîc Studioſi, quàm ut eorum causâ operæ pretium ſit, doctorem iis tempus impendere. Ut taceam, *Gymnaſticam* ne famâ quidem cognitam, *cujus* tamen *tanta neceſſitas, quanta valetudinis, & apud Prin-*

Principes viros benevolentiæ. Quoad Collegia Politica & Juridica nihil adeò desiderarim; sed profectò nimis magno nobis constant, si tantæ annonæ caritati, quæ hîc dominatur, propterea nos velimus comburendos dare. *Alibi,* ut fama est, *victus, & discendi,* quæ nos scire decet, *occasio facilior;* & è frequentia Studiosorum utilior conversatio. Quòd si nihilominus decretum fuerit, hîc me retinere, voluntati Tuæ, ut par est, libenter me permittam. Sin rationibus meis pondus inesse videbitur, ut hactenus in istis locis, sic alibi me geram, ut familiâ nostra dignum est; & adversus delitiarum blanditias, ferociam, licentiam, vitiosorum hominum consortia, cæterasq; adolescentiæ corruptelas animum meum obfirmabo.

EPISTOLA V.

Qua de profectione in novam Universitatem Parentem sollicitat Jurisprudentiæ Studiosus.

TErtius annus agitur, ex quo in hanc Universitatem à Te missus sum: Quàm diligenter hoc temporis à me fuerit custoditum, quàm nihil in vanum missum, conscientiæ potiùs, quàm calamo commiserim. Ut enim curas aliorum de me levem, verecundiam meam non onerabo. Quanquam si opus sit, sumptuum & temporis ratione redditâ omnem sinistram de studiis meis suspicionem eximere, *alienum os*, hoc est, Clarissimorum Virorum testimonium facilè acclamare potest. Quorsum hæc, inquies, de te? Ita mi charissime Parens, petitioni meæ via munienda videbatur, & qui alii aliàs opponi solet, amoliendus obex. Quod verò abs Te eâ, qua par est, observantiâ, peto, hoc est, ut tandem ex hac Universitate re-

vocato, ad alias Musas proficisci mihi liceat, & doctissimorum JCtorum judiciis hactenus audita conferre. Nunquam enim (quod ipse nosti,) doctrinam suam perfecerit, qui secum habitans alienæ renunciat; cùm non uno loco strangulatum, sed per universum Christianum orbem diffusum sit, quod solidam doctrinam appellamus. Et quomodo nomen Prudentum, quod in Legibus & Constitutionibus antiquis, JCtis proprium est, satis tueri poterint, qui, ut veteres illi, (a) vel Ateii Capitonis, vel Antistii Labeonis placita mordicitus retinuerunt; sic ipsi unius alicujus loci Doctoribus sese addicunt? siquidem attentionem meretur illud (b) Cassiodori: *Prudentiores semper habitos, qui multorum hominum conversationibus probantur eruditi.* Præterea cùm mihi decretum sit, non tam causis privatorum, quàm Reipublicæ studere; nec verò quisquam satis illi possit vigilare, sapere, consulere, nisi

va-

ırum Gentium, inſtitutorum, Re-
publicarum notitiam habeat, fa-
agnoſcis petitionis meæ æquita-

Noſtro quidem ſeculo magna
i in Gallia docet (qui ut cæteri
en accipiunt ex Patribus, ſic ipſe
i, quamvis ex ingenii monumen-
uper æthera noto, affundere pot-
lariſſimum) *Jacobus Gothofredus:*
; ſublime judicium, & alias animi
orisq; dotes ſine exemplo maxi-
propiùs propiùsq; noſſe ac vene-
tam ſuave mihi fuerit, quàm Ro-
umConſulem videre triumphantem.
alii, quos apud te commemora-
elle inepti ſit, & ingentem illam
m hominumq; peritiam non in-
gentis. Neq; verò ſumptuum im-
itatem ad tantum iter neceſſario-
formidabis, quos minores fru-
as mea faciet, ac ſtudiorum meo-
ſucceſſus aliquando largiter re-
let. Pericles ille quondam à ci-
s ad concionem vocatus, quòd
pera & ornatum urbis magnam
pecuniæ contuliſſet; *An ergò*, in-

 quit,

quit, *O cives, pœnitet? Permittite, ut nomen meum iis inscribatur, & privatim mihi feram expensa!* Cui rationi tota concio succubuit, & acclamatum ab universis, ne impendiis tali fine abstineret. Minorem pœnitentiæ caussam Tu habes, qui non ædificium excitas, fortunæ ac tempestatum injuriis obnoxium; sed quò major ex studiis utilitas ac perpetuitas famæ, eò sanctior erga me liberalitas Tua, quàm in Athenas suas Periclis.

(a) *lib. II. ff. de O. J. §. 47.*
(b) *lib. I. epist. 39.*

EPISTOLA VI.

Qua de profectione in Italiam Patrem sollicitat Medicinæ Studiosus.

NE libidinantis animi pruritum interpreteris, cùm de itinere Italico exploratorias hasce ad Te mitto: Si quis enim perversam illam consuetudinem prospiciendi tantùm, & à limine salutandi Academias odio habet, i ego sum. Et meritò: cùm nullus unquam Doctorum, ac ne *ipse quidem Apollo*

nollo , tam citò transeuntibus prod-
: possit. Nam (a) ut *planta, quæ*
iè transfertur , minimè convale-
t: Ita ex Universitate in Universita-
m festinans multos Doctores videt,
uuca discit. Nunc verò ab hac mea
er biennium Magistra discedere ve-
m, quòd jactis fundamentis, & quæ
rtis hîc traduntur, in animum seriò
emissis, tamen perficere me neque-
m, nisi jam in theatrum Anatomi-
:um, & in officinas Chirurgicas, &
oram illam, quæ naturæ genio feli-
:issima omni plantarum genere super-
oit, me conferam. Novimus sectio-
num hîc locorum raritatem; quas
ut Itali magna felicitate admittunt,
ita Germanorum vulgus exsecratio-
ne persequitur. Nec latere potest,
quanta Chirurgorum Italicorum pe-
ritia; quanta nostra ætate *M. Aure-*
lii Severini fama; quæ non minùs
Germanos nostros hactenus excivit,
quàm *Livii nomen* (b) *Gaditanum*
illum. Sic in viridariis succumbimus,
& *Italiæ* bis floribus (c) vernanti a-

 spe-

ſperum noſtrum cœlum libenter *her-bam porrigit*. Jam quot rara, quot pre-tioſa portibus illius invehuntur è Græ-cia, Syria, Ægypto? quæ plerunq; no-bis mediterraneis cum ignariſſimis ſci-re licet; quantum ferarum, aromatum, ſuccorum nobiliſſimorum? Ideò verò hæc refero, ne fortè anhelare me putes alias delitias, amœnitates & oblecta-tiones, quas in eam Provinciam Fortu-na prodegiſſe videtur largiſſimo ſinu. Abſit, abſit, ut Italia otii potiùs, quàm Muſarum diverſorium mihi ſit; ut cu-pedias, ſtatuas, ædificia, præ bonarum artium Doctoribus venerer; ut ex con-verſatione infimæ Italorum fæcis, im-pietatis, perfidiæ, falſimoniarum, la-ſciviæ deniq; deterrimum odorem tra-ham. Quod præfiſcini dixerim; & af-fectibus imperare novi, & loca illa in-ſidioſâ vitiorum modulatione ſuſpe-cta, tanquam Ulyſſes, prætervehi. Nec eſt, quòd ſumptuum immanitas deter-rere Te debeat, qui cum tanta diſcendi occaſione, & ſtudiorum meorum ſuc-ceſſu, nunquam in comparationem ve-

(a) *Sen.*

Sen. epist. 2.
Plin. lib. 2. epist. 3.
Flor. lib. 1. c. 16. §. 3.

EPISTOLA VII.

a de profectione in novam Universitatem vel Patrem, vel Patronum solicitat Theologiæ Studiosus.

Andem ſepoſito metu, qui me hactenus continuit, deſiderium men exponam: Id verò flagrantiſſimum it, ut beneficio tuo etiam in Univertate N. frui mihi liceat. Non tantùm nim illorum, qui in ſeculo vivunt, uàm qui ſacris ſtudiis animum addierunt, intereſſe puto, ne unius Scholæ includantur caveæ, ſed in liberiorem emiſſi aërem è plurimorum converſatione ac doctrina plurimum etiam utilitatis trahant. *Communis*, ut noſti, *hodiè querela eſt de moroſitate ac faſtu Sacerdotali*, nec hodiè tantùm, ſed jam ante natum Alexandrum Magnum, à Græco quodam Poëta (*Euripide*) ſcri-

ſcriptum eſt: πᾶν ἱερὸν φιλότιμον, hoc eſt, *Omne ſacrum ambitioſum.* Sed & in Chriſtianis (a) legi, qui ſcriberet, *multos, cùm ſe Magiſtros Eccleſiarum profitentur, credere, ſibi jus eſſe in homines vitæ & necis; ſic intemperanter poteſtate abuti, ut nunquam ſupercilium, nunquam Pædagogicum vultum, & verba illa tetrica deponant.* Alius (b) ſi privato nomine ſcriptum edidiſſet, quod edidit Regis nomine, à zelotis ſuis in plura fruſtra diſcerptum ſeſe fuiſſe putat, quàm olim vel Actæon, vel Pentheus à ſuis canibus & Thiaſotis. Quàm juſtum, quàmq; injuſtum hoc ſit, minimè diſputo, qui ſuam cuiq; famam, ut bonum hominem decet, libenter integram relinquo. Hoc ſaltem indicare volui, poſſe hujusmodi peregrinatione morum auſteritatem facilè corrigi, & artem humanitatis perbibi, qua docentes ad everberandos auditorum animos ſæpè validiòres ſunt, quàm veritate. Quòd verò præcipuum fuit, ut de aſſenſu & ſubſidiis tuis ad hoc iter neceſſariis te compellarem,

vivunt

vivunt in dicta Universitate Viri benignissimâ salutarium siderum conspiratione nati, quos in tantum deprædicarunt, qui docentes magno numero obsederunt; ut illos Veteris Ecclesiæ Atlantes in hoc seculum redivivos venisse putes. *Nec eorum sermones ad animum revoces, qui eam Universitatem differunt, ut tempestuosum mare, in quo facilè sinceræ Religionis naufragium faciam; cùm non ambitio, non studium novitatis, non aliud dedecus, sed sola eruditio tantos viros obscurissimorum hominum invidiæ objecerit.* Cedant beatissimæ animæ naturæ, & oculis tanta virtus subtrahatur; magis magisque sese extollent. Sed de Studiosorum moribus & sinistra fama, inquis. *Ubi* verò jam *in hac mundi senecta saniores?* Aut quid hoc ad Academiam?

---- Sæpè exiguus mus
Sub terris posuitq; domos, atq; horrea fecit.

An propterea fundus pro derelicto habendus, aut quasi ob crimen domini pu-

blicandus erit? non ineptè quærere videor cum maximo (c) Juris Antecessore. De me ne dubita, contra vitia tam firmo spissamento muniisse aures, ut etiam surdum me præstem amicissimis. Tandem etiam de nimiis sumptibus securum esse Te velim, qui conscientiæ meæ ita consulam, beneficiis Tuis ita utar, tanquam (d) ephemeridem sive diarium Tibi approbaturus.

(a) *Ang. Polit. lib. 4. epist. ad Tristanum Chalcum.*

(b) *Casaub. epist. 690.*

(c) *And. Dinnero in fama Altdorph.*

(d) *Senec. epist. 123.*

EPISTOLA IIX.

Qua, ut hujusmodi causam Patri vel Patrono commendet, à Fautore petit Studiosus.

TAntum de Tua erga me Benevolentia mihi persuadeo, ut in omni honesta petitione adjutorem Te mihi non dubitem adsciscere. Quòd si res, ut spero & opto, pro voto meo successerit, non minimam felicitatis meæ

partem,

tem, imò, quòd Musas meas ita fo-
i lauream debebo. Scripsi ad Paren-
ı, & rogavi, ut ex hoc Musarum do-
:ilio, in quo hactenus vixi, domum
ocatum in aliud postea mitteret: Sti-
ılabat ardor salutandi eos Viros, quos
ta Germania veneratur, ut maximos;
:c salutandi tantùm, sed discendi, &
b tantis Magistris annos juventutis
ıeæ impendendi. Ut enim scripta eo-
ım legam, semper dum vita superat,
abebo facultatem; at vivâ voce frui, &
n vultu habitantes virtutes agnoscere,
ıer rerum humanarum frugalitatem,
ıon semper licet. Inprimis autem vide-
nus, quantum illi literarum Antistites
deficiant, & nescio quâ iniquitate for-
tunæ doctrina sese retrò ferat; ut oc-
casionis præsentis neglectus magno lu-
ctu ac pœnitentiâ tandem luendus sit.
Quam ob rem observanter Te rogo,
ut justissimam petitionem meam Patri
commendare velis, quo non alium in
hac causa plus posse prodesse credo.
Sin existimas ægrè laturum, tot machi-
nas in se converti; saltem opportunita-
 tem

tem illam expectabis, cùm pro fiducia erga Te sua (qua omnes actiones consiliis tuis permittit) etiam de hac ipsa re sententiam tuam explorabit. Tum verò Benevolentiâ tua, quam, etsi nullis meis officiis provocatam, singularem semper expertus sum, me juvabis. Quod, quamvis etiam non rogatus, facturus mihi videaris; tamen illud Comici cogitabam: *Nimium quantum interesse, num adhibeas hominem amicum, ubi quid geras.*

EPISTOLA IX.

Qua petit à Patre filius, ut in Universitate Viro cuidam magno commendetur.

SEmper ita judicasti cum eloquentissimo illo Romano Consulari (a) Ciceronis æmulo: *Nulli tam clarum ingenium statim esse, ut possit emergere; nisi illi materia, occasio, fautor etiam commendatorq; contingat.* Ut hederæ adminiculo arborum, quas circumplectuntur, in altum surgunt: Ita juventus, innixa magnis Viris. Quam ob

rem

n etiam atq; etiam Te rogo, ut, cùm teris utiliter, Amplissimo Universita- Antecessori privatim in gratiam me ɔnas, & tum ad liberiores quæstio- s, tum per eundem ad honestam ali- ıando functionem viam mihi sternas. st quidem, uti Vir magnus, ita etiam umanissimus, & quàm suprà cætero- um doctrinam positus, tam à fastu: norositate, infidelitate alienus, ut, qui ıutoritatem Viri veneratur, suavitatem ıc placiditatem amet. Tamen nescio quomodo fortunæ meæ diffido, & ali- quoties sinistram expertus, quo pos- sum munimento adversus illam metue- or; sed & in Universitatibus pars reve- rentiæ videtur non sine commendatitiis Clarissimis Viris occurrere. Quod mearum erit partium, fidem pro me interpositam tam reverenter habebo, ne quod aliis accidit, ut ex facilitate sua ægritudinem animi contraxerint, idem eveniat Tibi.

(a) *Plin, lib. VI. epist. 33.*

EPISTOLA X.

Ejusdem ferè argumenti.

NOn acetum, quo Alpes perfregit Hannibal; neque aurum, quo inaccessas arces, & firmissima munimenta superari posse credebat Philippus, tam fortè censeo, quàm magnorum Virorum commendationes, cùm ambiendum officium, suscipiendum iter, & maxima quæque penetranda. Quis enim liberalitates suas conferre, aut humanitatis gloriam amplecti nolit, cùm tanta desideria in promptitudine sua collocata videt? Eapropter studiis meis ac promotioni maturandæ nihil tam necessarium, tam salutare duxi, quàm si de intercessoriis ad Virum Clarissimum pro me dirigendis supplex Tibi fierem. Esse quidem dicitur eâ humanitate, ut in Gratiarum cortina incoctus videri queat; tamen ut militem sine commeatu, ita Studiosum sine commendatitiis venientem, nemo inter probatos statim habet.

Da-

Dabis igitur hoc ſubmiſſæ petitioni meæ, & pro ea comitate, propenſione ac benefaciendi alacritate, quam ſemper talem expertus ſum, ut præ pudore neque oculos attollam, neque vocem, alienæ benevolentiæ Candidatus, ac Proxeneta fies. De ſucceſſu nullus dubito; & quî dubitarem, homines Tibi gratificaturos, cui nec Dii propter eximias illas virtutes quicquam denegare poſſunt? Sed nec verendum, ne peccata mea ruborem Tibi mox incutiant, & dolorem; cùm comendatitiæ Tuæ in majori auctoritate mihi ſint, quàm ſtatua, SCto poſita, Romanis.

EPISTOLA XI.

Qua Studioſus ipſe Benevolentiam petit Viri Clariſſimi.

DIu hæſi, *Vir Clariſſime*, num incomtis iſtis compellare Te deberem, ultra cujus gloriam literatus orbis non extenditur; ſed poſtea verecundiam iſtam aliâ verecundiâ excuſſi.

si. Quid enim magis abominarer, quàm me *vivum sepeliri*, hoc est, nullo favore, nullo consilio, doctrinâ nulla frui; ac tandem spes promotionis meæ universas à me ipso interverti? Cepi igitur impetum, & cujus nomen haud absq; veneratione hactenus usurpavi, ejus fores pulsandas censui: nec tantùm, ut consilium desideranti paterent, quàm ut salutationem istam, seu thuris aliquot grana, si non in flammam, at fumum qualemcunq; devotionis meæ resolvenda, foco flagrantissimi erga Studiosos amoris TUI injicerem. Ita enim est; non tam literarum censu, etiamsi plurimo, quàm humanitate ac juvandi facilitate omnibus venerabilem TE reddidisti. Ne verò existimes, me nominis TUI deprædicatione, tanquam clavi, ad illas, quas dixi, Benevolentiæ TUÆ fores, utendum judicasse, cùm maximum præconem, omnium scil. Doctorum consensum, sortitus sis; sed hoc saltem volui, me tantis Virtutibus tuis fretum, alloquendi libertatem arripuisse. Tu, *Vir Clarissime*,

ime, probatâ fiduciæ illius causâ, ot-
ı ſtudia mea, ſolius nominis tui fa-
. in hanc Univerſitatem translata,
amplexum, in patrocinium tuum,
cipies, atq; ita cogitabis, plures qui-
m eſſe, qui eruditione ac dexteritate
genii favorem tuum promeruerint;
d qui obſervantiâ, fide, officiorum
romptitudine me antecedat, invenire
: neminem. Vale.

EPISTOLA XII.

Qua Præceptoris officium ambit Studioſus, & in ea re Nobiliſſimi cujusdam Viri auxilium.

URget tum atrociſſima neceſſitas, tum eximia in me Benevolentia tua, ut ad hanc porrò, tanquam aſylum, confugere non dubitem. Auſpicatus ſum ſtudium, quod multorum camelorum onus eſſe haut injuriâ quispiam dixerit; & auſpicatus ſum infelici omine: Nam licèt uberioris fru-

fructus ſpem fortaſſe non abjicerem; tamen cùm immani furore hactenus dsbacchatus ſit

-- Mars, implacabile monſtrum;
Dira lues hominum, Mortisq; Erebiq; miniſter;

ſtudiorum meorum ſtamen non ſemel interruptum eſt. Nihilominus levius patientiâ fieri ratus, quicquid corrigere eſt nefas, ſortem meam tuli, & in ipſis procellis molliores Zephyros ſemper expectavi, donec tandem ſumptuum neceſſariorum defectus & hunc animum meum planè dejiceret. Equidem non inficior, multis beneficiis ſtudia mea foviſſe Ampliſſimos Viros, pro quibus arctisſimè quoque obligatum me ſentio; ſed ne ſubinde easdem fores tentando, denique ab aliis audiam: *Quod des, devorat, nec unquam abundat.* Imò, quòd beneficentia legibus circumſcripta eſt, & hoc tempore finitur, aliorum auxiliares manus experiri, & *proficuam* conditio-

ditionem circumſpicere volui : Sed cumprimis talem fore credidi, ſi Generoſorum quorundam, aut Nobilium filii in curam & inſtitutionem meam darentur; quòd hac viâ multos ſcirem ad ulteriora promotos. Ad quæ ſi ego quoque adſpirem, tantum abeſt, ut in aliorum ſuſurros ac reprehenſionem incurram; ut potiùs Viris bonis hunc animum me probaturum confidam. *Optimum, cujusq; animum,* ut ait ille, *ad altiora niti, virtutis eſt; pervenire, felicitatis.* Hac in re cùm defixæ eſſent cogitationes meæ, dici non poteſt, quantum in ſumma auctoritate Tua, quâ apud ſummos polles, collocârim. Tantæ certè fiduciæ inniſus, *Amplitudini Tuæ* me omnibus ſubſidiis jam deſtitutum ſubmiſsè commendo, atq; obſecro, ut benevolentiæ ſuæ libra inpoſterum quoque in me devergat, & cùm de tali conditione quicquam cognoverit, ſuffragio ſuo graviſſimo eandem mihi conciliet. Abſit autem ille ingenii faſtus, ea ſcientiæ falſa per-

persuasio, ut informandos suscipere audeam, quibus tum propter ætatem meam, tum rerum sublimiorum nondum acquisitam copiam impar sim. Ipse enim in ea disciplinarum palæstra quotidiè cum tyronibus exerceor; sed qui liberalibus artibus initiari jamjam cupiunt, iis fortassè ductor non ero pœnitendus; fidem certè & industriam promitto sanctissimè. Quod si obtinuero,

Ipse ego, quicquid ero, cineres interq; favillas,
Tunc quoque non potero non memor esse Tui.

EPISTOLA XIII.

Ad Magistratum, qua stipendium petit Studiosus, sed indigena.

V*Iri Nobilissimi*, ita quidem est; tanta Vobis debeo, ut quid in iis primùm,

m, quid ſecundùm celebrem, difſ-
lis æſtimatio ſit; tamen nec ab in-
ua virtute alienum, ut ille ait: *Cui*
:lium debeas, eidem debere velle quàm
rimum. Unde nec recurrere pudet
idem novale, in quo uberem meſ-
m meſſui, nec *Hortali* alicujus for-
nam ſubvereor, cui ſubſidium ſibi
æque familiæ (a) adverſus ino-
iam petenti, adducta fronte Tibe-
ius: *Data tibi pecunia*, inquit, *non*
à lege, ut ſemper daretur. Langue-
ſcet alioqui induſtria, intendetur ſocor-
dia, ſi nullus ex ſe metus aut ſpes; &
ſecuri omnes aliena ſubſidia exſpecta-
bunt, ſibi ignavi, nobis graves. Nam
adeò nullo paupertatis publicæ metu
deficitis, ut Muſarum providere cul-
toribus, intercedere neceſſitatibus,
occurſare fortunæ, atque omni ope
adniti, ne quis honeſtè cœpta relin-
quere cogatur, inter Reipublicæ lo-
cupletandæ modos habere videamini.
Neminem certè videre nobis con-
tigit, qui cupiditatem ſuam frontis
Veſtræ triſtitiâ exſtinctam, imò, qui
ardo-

ardorem ſuum bonæ ſpei flatibus non excitatum, ac poſtea multiplicata beneficentiâ reſtinctum diceret. Quod ſi etiam homines ſilere decreviſſent, annon ipſi parietes, ipſa ſubſellia, tot cultoribus inſeſſa, tot menſæ beneficiariis Veſtris ſtratæ, deniq; tanta illa huc advolantium Studioſorum multitudo animi Veſtri magnitudinem argueret? Hæc enim omnia, tacentibus etiam ad quos pertinent benefici Magiſtratus argumenta, quilibet ſtatim agnoſcit; nec ego ſupplicum mearum incitamenta eſſe diffiteri poſſum. Igitur ſine metu, quem in aliis adoleſcentiam meam decere arbitror, Vobis, *O Patriæ Patres*, (hic namq; titulus peculiaris Veſter ac proprius videtur, niſi quòd paternos affectos ſuperando ſplendidiore etiam digni eſtis,) neceſſitatem meam advolvo, ac precor, ut vel ex ærario, vel è beatiſſimi mercatoris N. Teſtamento (quo meliorum literarum *conſecraneos* ex parte hæredes ſcripſit, & cujus Executores Vos eſtis) ſtipendium aliquod benevolè mihi de-

cernatis. Tam eximiæ beneficentiæ redhoſtiendæ cùm cæteros modos fortuna mihi denegârit, tamen & preces ad DEUM Opt. Max. pro incolumitate Reipublicæ Patriæ, ejusque Antiſtitum, & obſervantiam Nobiliſſimi & Ampliſſimi nominis Veſtri auferre non potuit, quæ imis animi ſedibus alligata, & vitæ immixta & unita, reſoluto etiam morte corpore, cum immortali mente ſempiternùm vivet.

(a) *Tacit. lib. 2. Annal. c. 37.*

EPISTOLA XIV.

Ejusdem argumenti.

NUllo ſeculo tam triſtia paſſi ſunt mortales, quàm iſto. Sed quos meliora ſtudia mancipatos tenent, publicæ calamitatis flamma cum primis amburi, facilè ipſa ratio dictat. Cùm enim jam olim Satyricus oratorem inter mendicabula retulerit, ŭtpote quæ in cœnaculis habitabant, ut

ut ædes ipſorum niſi ſcalis introire nemo poſſet: (a)

Rumpe miſer, inquiens, *tenſum jecur, ut tibi laſſo*
Figantur virides, ſcalarum gloria, palmæ;

quam literatorum conditionem nunc exiſtimamus, cùm terris longè malignior eſt fortuna? Alii enim cujusq; modi ſint, anguſtias publicas haut difficulter eludunt, dum elatis pro arbitrio rerum venalium pretiis, damna ſua reſarciunt; at quibus ſolum humanitatis animiq; ſtudium eſt, eo ipſo temporis injuriis opportuniores fiunt. Ut de me ſaltem dicam, etiamſi frugaliter vivente, ita omne patritum meum intra breve tempus abſumtum eſt, ut de ſtudiis deſerendis non rarò cogitare debeam, & quod acerbiſſimum, ultimam, hoc eſt, ſanctiſſimam Patris voluntatem (cui hoc vitæ genus velut juravi) ſusq; deq; habere. Quanquam, ſi per Manes hoc mihi liceat, ipſa experientia nos docet, quàm hujusmodi deſultores omnis dexteritas rerum agendarum

rum deficiat, prorsus ut de pœna transfugarum Musæ cum Fortuna transegisse videantur. Idcircò tanta necessitate compulsus, &, quibus labantia studia mea fulciam, subsidiis omnibus destitutus, pedibus Vestris supplex advolvor; & quàm enixissimè etiam atque etiam rogo, ut stipendio aliquo tam indignam sortem meam sublevetis. De vestra erga hanc petitionem meam benevolentia dubitare non sinit insignis illa virtus, qua olim cum aliis Mugafetis exulantes relegatasq; literas in patriam postliminio reduxistis, extinctas flammâstis, spoliatas honoribus, ac barbarorum sævitiâ tanùm non reas, à sordibus vindicastis; nunc etiam cùm cæteri Magistratui, hîc vice versa Magistratus literatis pendit tributum. Quod meum erit, ita fruar beneficio Vestro, ut vos aliquando uti possitis officiis, ac fide mea. (b)

(a) *Juven. Sat. VII. v. 117.*

(b) *vel*: ut digno illud datum, ac munus vestrum benè positum sciatis, *è Livii lib. XXXIV. c. 48.*

EPISTOLA XV.

Ejusdem argumenti, sed qua petit extraneus.

LAbentis Romæ consuetudo fuit, ut scribit Am. Marcellinus, *negligere, quicquid extra pomœria Urbis nasceretur*. Sed vos, *Nobilissimi Viri*, florentem imitamini, de qua Canulejus apud Livium: *nullum fastidiisse genus, in quo virtus emineret.* Hinc enim videbam multos advenas non solùm in beneficia civium adoptatos, sed & ipsi tandem pignoratos Reipublicæ. Ex qua virtute tantam spem concepi, fore, ut, quanquam incluta urbe Vestra non genitus, fide tamen & observantiâ nulli civium inferior, *Janos Patulcios* potiùs, quàm *Clusios* experirer. Urget summa patriæ calamitas, cui omnis juvandi facultas ademta est; & quamvis in communi belli civilis incendio necesse fuerit Vestras quoque opes aduri; tamen immensâ DEI Opt. Max. erga Rempubl. Vestram gratiâ

gratiâ tam adhuc opulenti eſtis, ut in ipſa *ſiniſteritate temporum* Veſtris laudibus Veſtrisq; virtutibus ingens materies campusque proſternatur. Inter eas non poteſt major, quàm cùm propriis rebus evoluti, & ab hoſtibus exturbati in clientelam & beneficia recipiuntur; imò tam ipſis paganis favorabilis ea fuit, ut apud Principem Poëtarum *Dido*, Carthaginenſium Regina, de ſeſe hoc inſigne prædicet, *quod miſeris ſuccurrere didicerit*. Quam ob rem dum omnia circumſpicio, nec quicquam niſi ſpes munificentiæ Veſtræ uſpiam mihi occurrit, ad eam, tanquam ſacram anchoram, confugio; & Vos, qua par eſt obſervantiâ, rogo, ut meæ quoque utilitati beneficentiâ Veſtra exuberet, & ſubſidio aliquo ex ærumnoſiſſimis difficultatibus Muſas meas eripiat. Oſtendam (quod de me ſuprà dixi) re ipsâ, quàm in extraneum quoque pectus, fidelitas & obſequium cadat; & civibus Veſtris par, favorem conciliabo aliis, ut non ex natali ſolo, ſed eo,

quem afferunt, animo ad beneficia citandi videantur.

EPISTOLA XVI.

Ejusdem argumenti ad Executorem Testamenti.

V*Ir Amplissime*, qui vivus olim in Studiosos multas pecunias sparserat, testes pietatis suæ, *Vir Integerrimus & Spectatissimus, Dominus N. N.* Idem mundo valedicere nefas duxit, Musis indonatis. Testamentum enim suum, quod accepimus; nobilitavit luculentissimis legatis; & cùm sciret, nihil gloriosius esse diviti, quàm debitores parâsse, qui soli creditorem odisse, vel malum precari nequeant; bonarum literarum cultores in bonorum suorum partem succedere voluit; ut jure merito ex propensissimo hoc affectu PATRIS ac MUSAGETÆ titulo consecrari mereatur. Tantæ verò pietati adjecit etiam prudentiam, & ne morte suâ omnia mutata viderentur, exclusiq; communi asylo Studiosi sese placidissimæ jam quieti datum refo-

refoderent, Te, *Vir Amplissime*, pietate istâ sibi per omnia simillimum elegit, cujus fidei ultimum voluntatis Sacrum committeret. Simillimum, inquam: Nam eâ in Studiosos semper fuisti benevolentiâ, ut ex Tete genitos quispiam existimare possit. O raram, in hac temporum fæce, atque ingruentibus barbariei tenebris, animi magnitudinem! ac tantùm non periculosam, ut quæ convitium facit tot millibus, literatos pænè impulsos in lutum magno supercilio despicientibus, vel, cùm subtiliter sæviunt, exquisitis & quantivis pretii verbis à sese amolientibus! At ego virtutem tuam ut submissè veneror, ita ab eadem aliquid petere fas esse puto; certè non tam necessitate, quæ tamen maxima & extrema est; quàm illâ ipsa incitatus te rogo, ut stipendiorum à *beatissimo N.N.* legatorum, cohæredem me esse velis; & uno ex iis mihi benevolè indulto literulas meas ad maturitatem perducere. Non est in me quidem, ut tam eximiis parem

D 2 gra-

gratiam reponam; ſed quoniam in beneficiis dandis Numen reſpicis, cujus majeſtatem ſub paupertate noſtra latere credis; etiam Numen benedictione ſuâ debitum noſtrum reſolvet.

EPISTOLA XVII.

Ejusdem argumenti.

VIr *Ampliſſime*, non ſolùm Fortunæ reverenter habitæ præclara ſpecimina edidiſſe vidimus *Spectatiſſimum Virum N. N.* cùm adhuc in vivis eſſet; ſed etiam id effeciſſe nunc audimus, ut cùm divitias mortuus deſeruiſſet, iis tum optimè uteretur. Etenim ad laudem minimè ſufficere putabat, per vitam liberalem dici, niſi etiam poſt mortem ita vocaretur; tanquam *manes* hujus tituli pulchritudo *delectaret*, ut aliàs infamia *gravare* dicitur. Igitur in Teſtamenti tabulis opum ſuarum cohæredes etiam Studioſos inſtituit; ut cùm multâ radiantem luce animum in cognata ſidera

dera emisisset, nihilominus teneret solenne suum; & meliores literas ab infami paupertate, & horrendo interitu, vindicaret. Quam supremam voluntatem suam cùm abs Te, *Vir Amplissime*, impleri voluerit, ita succepisti pientissimam istam curam, ut electionem veneremur, qua fidelissimum existimavit, qui scivit optimum. Et quantum hoc ipso laudi, quam in vivis habuit, prospexit! Eo enim nomine cumprimis Studiosorum Parens nunc audit, quòd executorem te nominavit; & maximè desiderandus est, quòd providit, ne desiderari possit. Hæc eximia tua in in literatos pietas audaciorem, fateor, me fecit, ut inter gravissimas occupationes tuas literis istis tibi occurrerem: Quibus eâ, qua eolendus es, submissione studia mea commendo, atque obsecro, ut in hac temporum diritate, ac Patronorum inopia, tanquam benignum sidus affulgere, & stipendium aliquod in eorum conservationem è laudato Testamento in me conferre velis. Pro qua benevolentia

licet parem à me gratiam expectare non possis; tamen *Reverentiæ Tuæ* in tantum inserviam, in quantum feritatem, barbariem, & literarum ruinam abominor.

EPISTOLA XIIX.

Qua honorem Academicum ambit Studiosus.

Vir Spectabilis, cùm jam tempus illuxerit, quo ex consuetudine Universitatis honores Academici prensari solent; simul in mentem venit illud (a) Comici: *Virtus est, ubi occasio admonet, dispicere.* Volui nimirum & ipse desideriis meis indulgere, & in hunc campum descendere, non quòd eruditioni meæ adeò confidam, sed quòd opinionem desidiæ refugiendam existimem. Ut enim olim (quod ex Tacito didicimus, *neglectum honorum* non semel *inertiam* appellante, cumprimis in Agricolæ (b) vita) Temporibus Neronis *inertia pro sapientia*

tia fuit: ſic etiam hodiè turpisſimæ ignaviæ genus habetur, nullos honores ambiiſſe. Neque etiam ille in me animi pruritus, ut titulorum ſplendore captus, circumſpicere me velim; ſed ut modeſtum ex induſtriæ præmio delectamentum meritò ſentio; ita qui titulorum pompis multum tribuunt, eos ne *trivilitio* honeſtiores fieri, lubenter credo. Tandem nec Candidatos illos in Campo Martio imitari placet, quos Marius apud Salluſtium (c) deſcribit, *non iisdem artibus imperia petiiſſe, & poſtquam adepti ſunt, geſſiſſe; primò induſtrios, ſupplices, modicos fuiſſe, dein per ignaviam & ſuperbiam ætatem egiſſe*: ſed in id ſummis opibus incumbam, ut honores meruiſſe videar, cùm jam voti compotem feciſtis. Prorſus quod ille (d) de ſe dicebat, *ſibi, cùm honorem adeptus ſit, tunc demùm ut mereatur, laborandum eſſe; ac versâ ratione temporum, permutatâ munerum vice, modò niti, ut præmio dignus exiſtimetur, cùm jam præmium ceperit*. Id enitar, elaborabo,

licet parem à me gratiam expectare non possis; tamen *Reverentiæ Tuæ* in tantum inserviam, in quantum ferita-tem, barbariem, & literarum ruinam abominor.

EPISTOLA XIIX.

Qua honorem Academicum ambit Studiosus.

VIr *Spectabilis*, cùm jam tempus illuxerit, quo ex consuetudine Universitatis honores Academici prensari solent; simul in mentem venit illud (a) Comici: *Virtus est, ubi occasio admonet, dispicere.* Volui nimirum & ipse desideriis meis indulgere, & in hunc campum descendere; non quòd eruditioni meæ adeò confidam, sed quòd opinionem desidiæ refugiendam existimem. Ut enim olim (quod ex Tacito didicimus, *neglectum honorum* non semel *inertiam* appellante, cumprimis in Agricolæ (b) vita) Temporibus Neronis *inertia pro sapientia*

tia fuit: sic etiam hodiè turpissimæ ignaviæ genus habetur, nullos honores ambiisse. Neque etiam ille in me animi pruritus, ut titulorum splendore captus, circumspicere me velim; sed ut modestum ex industriæ præmio delectamentum meritò sentio; ita qui titulorum pompis multum tribuunt, eos ne *trivilitio* honestiores fieri, lubenter credo. Tandem nec Candidatos illos in Campo Martio imitari placet, quos Marius apud Sallustium (c) describit, *non iisdem artibus imperia petiisse, & postquam adepti sunt, gessisse; primò industrios, supplices, modicos fuisse, dein per ignaviam & superbiam ætatem egisse:* sed in id summis opibus incumbam, ut honores meruisse videar, cùm jam voti compotem fecistis. Prorsus quod ille (d) de se dicebat, *sibi, cùm honorem adeptus sit, nunc demum ut mereatur, laborandum esse; ac versâ ratione temporum, permutatâ munerum vice, modò niti, ut præmio dignus existimetur, cùm jam præmium ceperit.* Id enitar, elaborabo,

 effi-

efficiam, ut in me verum esse experiamini. Præterea inter tot insanos Rerumpubl. æstus fluctusq; decumanis majores, saluberrimum Patronis meis visum est, ut ad hujusmodi occasiones etiam summo mane expergiscerer, sive ad officium quoddam honestum maturè mihi viam sternerem. Quæ cùm ita sint, apud te, *Vir Excellentissime*, Amplissimi Collegii tui hoc tempore (e) *Præses & Interpres Spectabilis*, meum quoq; nomen profiteor; & reverenter rogo, ut post explorata studia, vitamq; meam, ac collecta laudatissimi ordinis suffragia, in proximis Musarum comitiis (quibus Juvenibus à vobis admissis præmia sua decerni, ac distribui solent) unà mei rationem habere velis. Qua benevolentiâ licèt omnia studia mea inferiora sint, tamen id maximè cavebo, ne quis acclamare mihi possit, quod Juliano adversus Constantium (f) ingratissimo acclamatum legimus: *Auctori Tuo reverentiam!* Qui de me secùs nunc suspicatur, ipso tempore refutabitur.

(a) *Plaut.*

(a) *Plaut. in Perſ. Act. II, ſc. 3. v. 16.*
(b) *c. 6. §. 5.*
(c) *in Jugur. c. 85.*
(d) *Mamert. Paneg. XI. c. 31.*
(e) Dixi: *hoc tempore Praſes.* Sed pleriq; *etiam docti* hodiè *pro tempore*; quod tamen longè aliter omnes veteres uſurpabant. Formulã iſtam *pro tempore*, rectè ait Giphan. Indic. Lucret. in, *pro re*, prorſus auream, non ſatis notam. *Optatus* Afer: *Sic ſpeluncam quandam gradibus ſepſerunt, ubi* pro tempore *conventiculum habere potuiſſent.* De quo loco vid. *Bart. l. Ab. Critic. 7. Apul l. I. metam. Ubi defletum* pro tempore *comitem miſellum arenoſa humo contexi,* hoc eſt, *pro conditione temporis. Et l. IX. metam. Receptusq; comiter* pro tempore, *licèt non delicato, neceſſario tamen quietis ſubſidio.* Ubi vid. *Beroald.* Plura *Bernegg. ad Juſtin. l. XI. c. 1. §. 8. lit. C.* Igitur *pro tempore Rector, pro tempore Decanus eſt*, Romanè loquendo, *ad quem* (verbis Mamertini in Panegyr. XI. c. 15.) *honor penuriâ meliorum delatus eſt.*
(f) *Amm. Marcel. l. XXI.*

EPISTOLA XIX.

Formula rogandi Professorem de commendatione ad Decanum, è Romanis ritibus.

QUæ toti mundo clarissima quæq; exempla dedit, eadem Universitati Vestræ gravissimum illum morem, quo Candidati primæ laureæ Philosophicæ ante omnia commendatorem circumspiciunt. Nam in (a) Republ. Rom. neminem in Campum Martium descendisse legimus, ubi anniversarii honores petebantur , nisi qui *Virum Clarissimum*, *Consularem*, *vel Censorium* suffragatorem habuisset. Tum enim demùm favorem tribuum , & solennem illam præconis vocem (b) expectabat: VIRUM BONUM , EGREGIUMQUE CIVEM SESE ESSE. Nimirum Amplissimi Viri testimonium omnibus blanditiis & osculis , quibus populum venerabantur, efficacius judicabant; & meritò. Quòd si enim (c) quocunque *digito monstrari* delectat, & duo minutula

verba

verba, HIC EST! Demosthenis pectus tam grato palpo destrinxerunt; multò magis eos adjuvari necesse est, quibus ad commendationem Vir Clarissimus linguam suam commodat. Cùm igitur in hoc Apollinis campo similis obtineat consuetudo, Te, *Vir Clarissime*, quo par est honore, compello ac rogo, ut mihi in dictæ laureæ petitione apud Spectabilem Dominum Decanum Suffragator, ac vitæ studiorumq; meorum testis esse velis. Quam singularem benevolentiam tot eximiis in me beneficiis adjectam, si non dignis, saltem promtissimis atque devotissimis studiis contrà testabor.

(a) Sic apud Livium legere est: Appium Claris. Consularem populum *rogasse pro* P. Claudio fratre, Lucium Flamininum pro Tito, P. Nasicam pro Africano. Sic Cic. *suffragator* extitit Ædilitatem petenti Plantio; Plinius Junior Corennio Rufo, alii aliis.

(b) Extat apud *Cic. lib. II. de Orat.*

alludit Plin. *in Paneg. c. 70.* & apertiùs Seneca *ep. 3.*

(c) Brunnerus in præfat. tom. 1. Annal. Bos. ad Electorem Palatinum.

EPISTOLA XX.

Quæ de officio Magistratum solicitat.

V*Iri Nobilissimi*, cùm Clarissimum Virum Reipubl. Vestræ mors inviderit, nihil quidem difficilius, quàm illi successorem dari. Quod enim ad Trajanum majoris dignitatis heroëm (a) quondam dixit Orator: *Neminem fore tam illius, tam ignarum sui, ut locum ejus jam defuncti concupiscat; faciliùs aliquem successorem fieri posse, quàm velle. Quis enim tantæ curæ molem spontè subeat? quis ei comparari non reformidet?* Idem (quòd interdum parva licet componere magnis) de minoribus officiis dixerim. *Onerosum est succedere bono Doctori.* Quis enim tam χαλκοσπρόσωπος (b) tam firmæ frontis, ut Excellentissimo sese exæquari velit; nec formidet potiùs, ne, cùm lachrymas abster-

ſtergere, ac tanti Viri deſiderium lenire debeat, ipſe longè infra famam & dexteritatem ingenii poſitus accendat magis? Tamen ſi quem commendant fides & induſtria, (ut ab aliis virtutibus multos Vobis commendatos ſcio) in tantum erigor, ut quòd aliàs auderem nunquam, audeam tamen, & ut in locum Clariſſimi Viri ſuccedere me velitis, jubeatis, Vobis nunc ſupplex fiam. Nam has ſolas absq; ſiniſtræ interpretationis metu allegare me poſſe confido; & eventus ipſe docebit, me, ſi officii illius partes quas ambio, in humeros meos devolveritis, id unicè curaturum, ut pulcherrimam famam exiſtimaſſe videar, quæ à pietate & fide tribuitur, & exemplo ab Anteceſſore meo ſumto, tam induſtrius reperiar, ne quid de ſocordia mea rumor murmurare poſſit. Quamvis *nunquam judicium Famæ tam ſeverum & atrox mihi videtur, quàm Conſcientiæ tribunal.*

(a) *Plin. in Paneg. c. 44.*
(b) de hoc vocabulo *Caſaub. ad Suet. Neron. c. 2.*

EPISTOLA XXII.

Ejusdem argumenti.

Cùm nullum sanctius votum esse possit, quàm Benefactoribus Scholæ ac Reipublicæ prodesse velle; ne in totam vertentur pudoremque istæ supplices meæ, quibus non tam contra temporum sinisteritatem remedium quæro, quàm ut illi voto satisfiat. Sed proxima voluntatis meæ explicandæ occasio visa est, quâ constituto, post obitum *Clariss. Viri N.* quod vacabat, officio, cæteris autem eorundem ministeriorum consortibus sibi invicem suffectis, adhuc una cathedra (quod scimus) nemini decreta est, certè nondum obtinetur. Idcircò ut eam mihi destinare velitis, & filum, in quo hactenus virtutem & industriam suam probavit Vir præstantissimus, porrò texendum mihi tradere, per egregias virtutes vestras, & illas ipsas tabulas, in quibus nomen meum frequentissimum reperitur,

quàm

quàm ſubmiſſiſimè rogo, atq; obſecro. Nolo ego aliorum Candidatorum more, ut cupitis potiar, multa magnifica hic promittere; quòd verba poſt facta habere videamini, & præſtigias iſtas ſeſquipedalium pollicitationum, quibus magiſtratum faſcinari poſſe confidunt, abominari. Sed ipſis rerum argumentis oſtendam, me officium iſtud Eccleſiaſticum non tam ingenuè petiiſſe, quàm impetrato rectè conſulere.

EPISTOLA XXIII.

Formula petendi generalis.

QUi tuus in me ſemper eximius fuit, & verè Pyladeus amor, non tantùm ad mutua charitatis officia me provocat, ſed & ad petitionum libertatem. Lego apud Comicum: (a) *Amicum non tam decet eſſe conſiliarium, quàm auxiliarium.* Quod cur ego Tibi? qui facilitate Tuâ, quos amaſti, in tantum proſecutus es, ut expectationem non ra-

rè

to adverteris. Itaq; sine ambage abs te peto, ut in hac necessitate auxilio tuo expedire me velis; & gratiam tuam (qua polles apud alios) interponere. Quam humanitatem singulari memoriâ recolam, & omnem contra occasionem captabo, qua par pari referam: Sin per facultatem mearum infirmitatem id non licuerit, votis & precationibus, quod facio, Superis operam tuam commendabo.

(a) *Trucul. Act. II. sc. I. v. 6.*

EPISTOLA XXIII.

Ejusdem argumenti.

MUltis jam beneficiis meum implevisti sinum, fortasse non sine multorum querela, qui, utilitatibus meis adversi, in alios te velint tam liberalem. Et audeo cupiditatem meam porrigere, ac rursum de auxilio te compellare? Prorsus, ut injectis stipulis majus surgit incendium; ita è collocatis in me beneficiis videbor tibi concitatior fieri. Sed ignosces, si ne-

essitatem meam considerabis, quæ rumq; imbecillioris frontis homi- reddere solet audaculos, & ad fre- ratiores petitiones non ducere, sed here. Præcipuum autem nunc est, od rogo, ut in tanta Patronorum opia defectum istum explere, & am notam habes causam, auctori- e tua juvare velis. Feceris mihi su- a eloquium meum rem gratam, & et tuorum nihil quicquam excidat; men de redhostimento cum primis nc cogitabo.

GRATULATORIÆ.

I.

Qua de recuperata valetudine alter alteri gratulatur.

UT mihi pilum injecerat adversæ valetudinis Tuæ nuncius; nec mi- hi tantùm, sed omnibus, qui virtu- tes Tuas æstimant, amant, veneran- tur: Ita jucundum nunc est audire, DEI Opt. Max. singulari auxilio pri- stinas

stinas vires Tete recepisse. Ut verò lætitia ista diuturna mihi sit, eundem sospitatorem Tuum supplex, & ex animi sententia veneror, & voti (a) compos gratiarum actionem, quam debeo, lubens meritoq; solvo. Expertus sum reipsâ, quàm animæ Tuæ vita, salus, studia mea circumdata sint; nec fieri potest, quin fato Tuo simul celebrentur exequiæ meæ. Unicum est, quod abs te peto, ne tam indefessis studiis, tantâq; negotiorum multitudine in ipsos morbos Te trahas, & dum publico prodesse vis, publicæ salutis, quæ à tua dependet, oblivi-scaris. Notum est etiam illud Plinii: (b) *Corpori vacandum esse, cujus fulturis animus sustinetur.* Quanquam autem deliciarum, quas mundus iste propinat *amystide plenâ*, hoc est, curarum satur, vitam meritò flocci facis, vel ut omnes generosi solent, non ætatis spatio, sed gloriæ, Tete metiaris; tamen nobis haud dum satis vixisti, quibus sine te vitam acerbam atque ingratam reddis. Quam adhor-

ionem non ab audaci familiaritate, obſervantiæ meæ oblivione, ſed po-is ipsâ nominis Tui reverentiâ pro-ctam interpretaberis, & ob id boni onſules.

(a) Formula uſitata. Inſcriptio VI. ruteriana pag. 34. SOLI. INVICTO. MITHRÆ. TIBERIUS. CLAUDIUS. TI. . THERMODORUS. VOTI. COMPOS. DEDIT. Et inſcript. III. p. 46. DEO. HERCULI. JULIA. MAXIMINA. VO-TI. SUI. COMPOS. Denique Inſcript. VII. p. 17. DEO. MAGNO. ÆTER-NUM. L. STATIUS. DIODORUS. QUOD. SE. PRECIBUS. COM-POTEM. FECISSET. V. S. L. M.

(b) *lib. I. epiſt. 9.*

EPISTOLA II.

Ejusdem argumenti.

QUaſi fulminatus obſtupui, cùm de adverſa valetudine Tua nunciatum mihi eſſet, ut quam devotâ etiam vitâ mea, ſi fieri poſſet, averterem,

ſtinas vires Tete recepiſſe. Ut verò lætitia iſta diuturna mihi ſit, eundem ſoſpitatorem Tuum ſupplex, & ex animi ſententia veneror, & voti (a) compos gratiarum actionem, quam debeo, lubens meritoq; ſolvo. Expertus ſum reipsâ, quàm animæ Tuæ vita, ſalus, ſtudia mea circumdata ſint; nec fieri poteſt, quin fato Tuo ſimul celebrentur exequiæ meæ. Unicum eſt, quod abs te peto, ne tam indefeſſis ſtudiis, tantâq; negotiorum multitudine in ipſos morbos Te trahas, & dum publico prodeſſe vis, publicæ ſalutis, quæ à tua dependet, obliviſcaris. Notum eſt etiam illud Plinii: (b) *Corpori vacandum eſſe, cujus fulturis animus ſuſtinetur.* Quanquam autem deliciarum, quas mundus iſte própinat *amyſtide plenâ*, hoc eſt, curarum ſatur, vitam meritò flocci facis, vel ut omnes generoſi ſolent, non ætatis ſpatio, ſed gloriæ, Tete metiaris; tamen nobis haud dum ſatis vixiſti, quibus ſine te vitam acerbam atque ingratam reddis. Quam adhorta-

tationem non ab audaci familiaritate, vel observantiæ meæ oblivione, sed potiùs ipsâ nominis Tui reverentiâ profectam interpretaberis, & ob id boni consules.

(a) Formula usitata. Inscriptio VI. Gruteriana pag. 34. SOLI. INVICTO. MITHRÆ. TIBERIUS. CLAUDIUS. TI. F. THERMODORUS. VOTI. COMPOS. DEDIT. Et inscript. III. p. 46. DEO. HERCULI. JULIA. MAXIMINA. VOTI. SUI. COMPOS. Denique Inscript. VII. p. 17. DEO. MAGNO. ÆTERNUM. L. STATIUS. DIODORUS. QUOD. SE. PRECIBUS. COMPOTEM. FECISSET. V. S. L. M.

(b) *lib. I. epist. 9.*

EPISTOLA II.

Ejusdem argumenti.

QUasi fulminatus obstupui, cùm de adversa valetudine Tua nunciatum mihi esset, ut quam devotâ etiam vitâ mea, si fieri posset, averterem,

tem. Quis enim, *Vir Clarissime*, quis Tuorum superstes tibi esse velit aut possit, quibus auxilio tuo vitam atque spiritum dedisti? Hæc tamen adhuc privata sunt; sed cùm verbo Senecæ (a) *publica potiora esse debeant*, nemo tam meritorum tuorum ignarus hîc vivit, ut non morbi tui famam ex animo aversetur, ac salutem tuam salute suâ redemtam velit. Nimirum ut *Georgii Castrioti gladium* nemo etiam robustissimorum vibrare potuit, ob gravitatem ponderis; ita consiliis tuis, quibus Rempubl. ab hostium conatibus asseruisti, sustentasti, venerabilem etiam reddidisti, verendum est, ut quis præter te ipsum rectè atque tempestivè uti possit. Sed quòd te restitutum audio, non tam ipse tu, quàm nos, *gallum Æsculapio debemus*, qui ex ingenti sollicitudine quasi reviximus, nec tam tibi, quàm nobis gratulamur, qui sensu recepti maximi inter humana boni Tecum fruimur. Faxit DEUS Opt. Max. ut patriæ nobisque quàm diu-

diutissimè luceas, nec nisi ab nepotibus dies ille innotescat, quibus fato ac communi legi cedendum Tibi fuerit.

(a) *lib. I. de Clem. c. 4.*

EPISTOLA III.

Ejusdem argumenti.

ATrox, sed non insperatum malum fuit, quo fama non ita pridem nos perculit. Utinam, mi charissime, secutus esses consilium prudentissimi atque eruditissimi Viri (a) qui de se ipso: *Intermitto studia doctrinæ, & hoc otium, ut relaxem animum, usurpavi, non ut intendam. Est in oculis ille Amicus noster, qui dum urget studia, & instat sibi, nuper vitam, & pridem vitæ usum amiserat. Audebo dicere:* DII DEÆQUE *omnes* Musas! *si repertæ eæ sunt cruciandis animis, & non oblectandis. Ego ita sum, mihi studia, non me studiis submitto.* Utinam, inquam, tu istud! Sed dum ingenti & vesano mentis impetu ruis in libros, ac infinitum illud pelagus perdius & pernox navigas; factum est, ad quod totus

totus exhorrescebam. Dura hæc objurgatio tibi videbitur, & fors omnibus medicamentis, quibus morbus tuus expugnandus fuit inamœnior; sed hanc pœnam jure merito luere debes, qui Amicos in tantum cruciasti. An enim tam levem fuisse curam eorum existimare potes, qui te fraterno affectu prosequuntur, & incolumitatem suam post valetudinem tuam habent? Quæso, ne hunc errorem iterum erres, sed in posterum ita studia tua tractes, ut possis diu. Nunc, quòd Charontis officium clusisti, gratulamur, & de morbo tecum triumphamus, DEUM TER OPT. MAX. unà precantes, vires tuas ita reficiat, ut *Antæus* videri possis. Hunc enim ab Hercule prostratum, quoties terram matrem attingeret, fortiorem resurrexisse ajunt: Et tibi post acerrimam istam luctam robur ac vigorem vovemus ab ipso morbo.

(a) *Lips. III. Epist. Quæst. 24.*

Epi-

EPISTOLA IV.

Quâ de honoribus gratulamur Amicis.

EXsilui & supra modum gaudio indulsi, cùm ab Amplissima Facultate honores Doctorales Tibi decretos esse familiaris quidam mihi nunciasset: Primùm enim in tantam lætitiam me dabant ipsi honores, quibus fasces & vexilla, & sceptra submiserunt Maximi Principes & Reges; & nota vox *Sigismundi* Imperatoris ad *Georgium Fiscellinum Equitem*, cùm Doctoribus Equestrem ordinem anteponeret: *Na tu nimis ridiculus es, qui nosti ex Idiotis me vel sexcentos Equites creare posse, at ex eodem genere ne unum quidem Doctorem.* Imitati scilicet illud, quod Dionysius Milesius Heliodoro, Magistro Epistolarum Hadriani, dixisse fertur: (a) ὅτι καίσαρ χρήματα μέν σοι καὶ τιμὴν δῦναι, δύναται, ῥητοίςρα δέ σε ποιῆσαι,

σαι οὐ δύναται. Id eſt: *Cæſar tribuere tibi honores, & largiri pecuniam poteſt; Oratorem verò facere te non poteſt.* Dein obverſaberis Tu ipſe, quo non alius tanto virtutis præmio dignior, vel in omni eruditionis genere cum ſuperbientis Latii Græciæque invidia præſtantior, vel, quod caput eſt, candido & conſtanti affectu mihi conjunctior. Dii Deæq;! cur abeſſe cogor, nec Te in templum, auditorium, cathedram, cum Ampliſſimis illis Viris laudi Tuæ faventibus, comitor? Cur in amplexus tuos ruentem Spectabilem Decanum, & cætera illa ſolennia non unà conſpicio? Quàm ægrè me continerem, quin ad proximos amicitiâ tua gloriarer! Quàm Tu lætitiam Tuam ſuperari cognoſceres à mea? Nunc quoniam id per occupationes meas non licet, ac vix otium ſit ſcalpendis, quod ajunt, auribus, multò minùs ad Vos excurrendi; ſaltem literis animi mei ſenſum explico, & DEUM Opt. Max. precor, ut tantum honorem fortunare velit,

cum-

eumq; in Reipubl. ſalutem, nominis Tui gloriam immortalem, familiæ dignitatem abs Te ſuſcipi. Addo, in ipſius honoris incrementum. Quod enim de Epaminonda ſcriptum eſt, Teliarchiam ad magnam dignitatem atque majeſtatem evexiſſe; idem Tibi nunc faciendum, nemo meliùs ſuaſerit, quàm Tu ipſe, ad omnes virtutes pulcherrimum incitamentum.

(a) Diol. LXIX. & *Xiphil. in Hadr. pag. 352.*

EPISTOLA V.

Ejusdem argumenti.

EVangelium mihi fuit, quod te novis Tuis honoribus audivi. *Quaſi verò tanti nunc ſit*, (dicat quiſpiam) *Magiſtrum fieri*; nec admoneri potiùs debeamus illo Plinii judicio: (a) *Mimica & inepta talia eſſe, quæ interdum in cœnum, in ſordes*, hoc eſt, indignos, *abjiciantur*. Vel illo Equitis Galli, qui cùm *torquem* (b) conhiliatum promiſcuè communica-

E tum

tum vidisset, non jam esse dixit Virorum fortium insigne, sed *bestiarum collare.* Ab his ego diversam sententiam voveo: Nec enim post Vitellium Vespasianus, nec post Domitianum Trajanus formidarunt Imperatores eligi, sed insignem potiùs occasionem rati sunt, quâ ostenderent, honores ab indignis depressos Clarorum Virorum humeris rursum attolli & augescere. Ad eundem modum, nec *post Magistellos* insuave sit *Magistrum salutari.* Est profectò magna de te mihi spes, fore, ut honor ille per Te illustrior reddatur, nec tu majorem familiarium gratulationem quàm ille ipse auferat. Reperit enim in te, quem contemtui & maledicentiæ vulgi animosè possit obvertere. Quid? quòd ad magnam fortunam & splendidum officium hoc modo fores apertas existimandum est; ut, cùm Magistratus viderint, nullos honores te ambire, quos non merearis, vel etiam meritis antecedas; sublimiori dignitati Tete volentes destinent. Utinam

nam jam facultatis meæ ſit, dignè celebrare virtutem tuam, atque ita communi tuorum lætitiæ lætitiam meam ſociare! Id cùm per chartæ anguſtias (librum enim, non epiſtolam acciperes, ſi animum meum totum tibi explicare vellem) ac per alia non licet, contentus eris acclamatione breviſſimâ, Deus Opt. Max. auxilio ſuo te juvet, ut honor, quem cœpiſti, ex uſu patriæ, dignitate tua & familiæ, publicarum privatarumq; rerum ſiet!

NOTA.

Si quis agmen Candidatorum clauſerit, eum conſolaberis ſequentibus exemplis: Quidam (c) *Lacedæmonius*, quum ipſi in choro quodam ultimum locum Præfectus aſſignaſſet: *Benè*, inquit, *abs Te factum eſt, qui rationem quoque hujus loci cohoneſtandi repereris.* Eodem modo *Ariſtippus Philoſophus*, cùm aliquando à Dionyſio, Syracuſanorum Tyranno neſcio quam ob cauſam i-

rato, jussus esset extremus omnium, sive infimo loco in convivio accumbere; Ἐνδοξότερον τὸν τόπον ἠθέλησας ποιῆσαι. Id est: *Hunc locum honoratiorem*, inquit, *ac splendidiorem voluisti facere*; sicuti legimus apud Diogenem Laertium. Nec alĭud sibi volunt ista Senecæ ad Helv. c. 13. *Socrates eodem illo vultu, quo aliquando solus triginta tyrannos in ordinem redegerat, carcerem intravit, ignominiam ipsi loco detracturus: neq; enim poterat carcer videri, in quo Socrates erat.* Idem lib. de Vit. Be. c. 27. *Socrates carcerem intrando purgavit, omniq; honestiorem curiâ reddidit.* Non absimilia de Epaminonda Val. Max. lib. III. c. 7. ext. 5. Ita Sp. Ligustinus apud Livium: (d) *Vos quoque æquum est, commilitones, in potestate Senatus ac Coss. esse; & omnia honesta loca ducere, quibus Remp. defensuri sitis.*

(a) *lib. VIII. epist. 29.*
(b) *Thuan. lib. XVI.*
(c) Damonidas apud *Plutar. in Apoph. & in conviv. sapient.*
(d) *lib. XLII. c. 34.*

EPI-

EPISTOLA VI.

Quâ quis de officio gratulatur Theologo.

DIci non poteſt, quàm geſtienter audierim, officium (cui per tot annos Vir Clariſſimus ſumma cum laude præfuerat) nunc fidei ac tutelæ Tuæ concreditum. Nimirum hoc eximiis virtutibus Vir Clariſs. mihi meruiſſe videtur, ut illius vices exciperet dignisſimus ſucceſſor. Omnia in Te admiranda; ſive pietatem conſiderem, nemo ſincerioris documenta dedit aut dabit. Alii enim, quibus religionis propagandæ magiſterium delatum eſt, *veſtem quidem ac colorem Sacerdotis aſſumunt, non animum*; Tu, ſine fuco, quod agendum eſt, agis: Sive *Zelum*, non illum *præpoſterum*, immoderatum, quem *Gregorius Nazianzenus* ait, (a) charitatem Chriſtianam, *virtutum* omnium *metropolim*, deſtruere; ſed juſtum, gravem, tempeſtivum: Impietati quàm liberrimè intercedis, *& virtutes conniventiâ deperditas* vindice linguâ recu-

peras: Sive facundiam, non loqui, sed tonare; non *verba sed fulmina* jactare videris; ut qui aliàs (b)

— — Pumiceos oculos habent, nequeunt,
Lachrumam exorare ut exspuant unam modo,

lachrymas & singultus, sceleratis verò animam extrahere possis. Sive mansuetudinem & modestiam; certa nobis spes est, qui mores tuos callemus, nunquam te sacratâ potestate ad impotentiam abusurum. Deniq; ad id reverà te natum dicere possumus, ut in Ecclesiæ horrea insignes manipulos convehas. Quam ob rem alacris capesse hoc officium, nec famam trepida, quæ quò benignior, nonnunquam majus onus imponit, ubi tam amplo præconio paria præstentur: quò verò malignior, eò negligentiores facit, qui pro diligentia sua hoc sibi præmium reddi vident. *De te benigna nunquam suum judicium fefellisse sentiet; malignam verò habebis pro merenda Cyprii bovis.* (a) Ego tibi felicitatem, & quod

quod ipſe tibi precaris, animitùs precor, ut, te gubernaculum Eccleſiæ noſtræ tenente, extorris pietas cum cæteris virtutibus in ſedes ſuas reducatur.

(a) -- Ζῆλος δὲ Θεοῦ λύσε δεσμὸν ἀ-
δέσμος
Ἁρμονίην τ' ἀγάπης, ἧς τ' οὔνομα μοῦνον
ἐλήρθη.

-- Zelus DEI ſolvit vinculum impie,
Concentumq́ charitatis; cujus ſolum
nomen eſt relictum.

(b) *Plaut. Pſeud. Act. I. ſc. 1. v. 83.*
(c) *Lipſ. I. Epiſt. Quæſt. 14.*

EPISTOLA VII.

Qua gratulamur JCto.

FUi his diebus ob rerum mearum vacillantem fortunam nonnihil contractior, & cogitationibus melancholicis pænè nimium indulſi, cùm fama de Te benignior frontem in priſtinam amœnitatem rurſus explicuit. Ut enim calamitatem tuam, quam tamen abs Te DEUS avertat quàm longiſſimè, non aliter ut meam

flerem; ita viciſſim in lætitia Tua neceſſe mihi fuit alacritatem reſumere. Narratum autem nobis fuit, ad dignitatem Conſiliarii Tete evectum, de quo tum Tibi, tum Curiæ & Seculo gratulor. Non mihi dubium, *Te ſpurios* iſtos *fori nævos & putidiſſimas humani generis Camarinas*, Injuſtitiam, Calumniam, Avaritiam, juſtiſſimâ cenſurâ tua commoturum; ſed *cauſa DEI eſt: quâ confiſus ne integras Furiarum legiones, totumq; Erebi exercitum formidare potes.* Inuſtum eſt Ampliſſimo JCtorum ordini non unum ſtigma; & qui ſeſe forenſibus negotiis dedit, parùm aberat à Varronis Quinquatria. Sed Tu virtutibus Tuis omnem contumeliam abſterges, & ſiſtendo nobis *Scævolas, Caſcellios, Papinianos*, aliosq; Clariſſimos Integritatis & juſtitiæ Sacerdotes, antiquum decus reſtitues. Dii ſaltem eas corporis vires largiantur, ſine quibus tam immenſa negotiorum moles ſuſtineri non poteſt.

EPISTOLA IIX.

Qua gratulamur Medico.

Ita

ITa me fides, nihil tam ſuave auribus accidere potuit, quàm cùm in civitatem Medicam Tete receptum, hoc eſt, in poſſeſſionem omnium privilegiorum, immunitatum & honorum, quibus gaudent Medicinæ Doctores, immiſſum eſſe, fama nunciavit. Gratulabar tum Tibi de honore, quem contra omne vitilitigatorum genus ſemper maximum & ſplendidiſſimum judicavi. Quamvis enim annulos & torques, & pileum Vobis invideant, qui neſcio quâ barbaræ & paſtoriciæ adhuc Romæ conſuetudine animadversâ, Vos ſervos faciunt; tamen jure merito cultæ Romæ judicium nos opponimus, in qua Julius (a) Cæſar Medicinam profeſſos civitate donavit, Auguſtus (b) Antonium Muſam annulis aureis honoravit, Artorium (c) in amicis habuit, Livia (d) Eudemum; Tiberius (e) Chariclem; alii (f) alios. Et quid unius Romæ judicio ſtamus? quaſi uno in loco Sapientia ſuum domicilium habeat, nec alibi reperiantur ſa-

pientissimi quà populi, quà Reges; quorum in vos summa propensio cunctos obtrectatores vestros facilè refutare potest.

Alexandro Macedoni, eidemq; Magno Philippus Medicus (g) amicus fuit, & comes; Græcis (h) Chiron, Machaon, Podalirius, Hippocrates fuêre Dii: Sabores & Ginges Medorum Reges, Sabiel Arabum, Mitridates Persarum, Mesues, Damasceni Regis nepos, fuêre Medici. Quippini? Nam si rectè philosophatus est Plato, cùm *primam hominis sapientiam* consistere diceret *in meditatione mortis*; primi Sapientum vos eritis, qui verbis B. Augustini, dum Medicinam exercetis, humanæ vitæ miserias, hoc est, ea ipsa, quæ Plato jubet, contemplamini. Tum verò gratulabar honori de te ipso, quem tam pulchrum ac strenuum vindicem nactus erat. Cùm enim naturale sit, judice Plinio Secundo, ut ea, quæ quis adeptus est, quàm amplissima existimare velit; Tu dignitatem tuam ita tueberis, ita ostendes & am-

& amplificabis, ut plures eam veneraturi & exoptaturi ſint. Nunc etiam cùm ad Archiatri (Poliatri) officium vocatus ſis, eundem affectum, eandemque gratulationem tibi offero, & Altiſſimum (qui nos creavit) ex toto animo precor, ut hoc tam grande ſaxum, quod volvendum eſt, ſine metu aggrediaris, fors & virtus tua miſceantur in unum, nulla ſiniſteritas te differat, nulla (dum ex Chriſtiana charitate omnia gurguſtia ingrederis, multas ſpurcitias hauris) *peſtilitas* te invadat, nec tandem, quæ communis hodiè fortuna eſt, ſed longè omnium atrociſſima, poſt benè ac fideliter facta te perſequatur hominum ingratitudo!

(a) *Sueton. in Cæſar. c. 42. adde Caſaub. ad illa cap. 4. ejusd. Caſ.* cum uno Medico.

(b) *Dio lib. LIII. & Zonar. lib. II.*

(c) *Sueton. in Auguſt. c. 91.*

(d) *Tac. lib. IV. Ann. 3. §. 6.*

(e) *Id. lib. VI. Ann. c. 50.*

(f) *Senec. lib. VI. de Ben. c. 16.* De Principibus, qui Medicos egregiè renumerârunt, vide *Camer. cent. I. c 4. & cent. II. c. 55.* De Medicorum dignitate *Arnis. I. Pol. 13.*

(g) *Val. Max lib.* III. *c. 8. ext. 7.*

(h) *Jos. Laurentius* II. *Polym. 21.*

EPISTOLA IX.

Qua prosequimur Calendas Januarias.

QUandoquidem iterum nobis illuxerunt Calendæ Januariæ, quas præ cæteris anni diebus Gentilium superstitionibus pollutas (a) Dominus noster sanguine suo consecravit, sibiq; primitias temporis, Diaboli tyrannide occupatas, primitiis sui sanguinis vendicavit; nefas ego duxi, posthabitis Christianorum solemnibus, diem illum auspicari. Nam primis Christi seculis cùm nondum de pietate triumpharet, sed triumpharetur Diabolus, in Ecclesia semper observatum novimus, ut jejuniis, litaniis, & sanctitate vitæ, multiplicatas Genti-

lium

lium victimas, indecoros corporis motus, dapium publicarum ingluviem, nefanda cruentaq; spectacula, quibus Calendæ istæ fœdabantur potiùs, quàm colebantur, sub Christi vexillo militantes perstringerent & condemnarent. Sed cùm posteà destructo regno idololatrico,

Christus (b) *purpureum gemmanti textus in auro*
Signaret labarum; clypeorum insignia Christus
Scriberet;

spirituali gaudio triumphantes ac tripudiantes, lætitiæ cantica Deo, (c) proximis votivos hymnos concinebant. Cujus tam antiqui memor, primùm in Conservatore nostro exulto, quòd hucusq; vitam produxerit, & è tot furoribus Martiis, quibus totus Christianus orbis involutus est, in hanc festivitatem publicam emergere nos voluerit. Stupenda res S. P. Q. R. quondam visa, quòd cùm ignium violentia totam montis Cœlii regionem consumeret, (d) sola Tiberii effigies

gies in domo Junii Senatoris intacta mansisset; Id quod & ante Claudiæ Quintæ accidisse memorant, cujus statua vim ignium illæsa bis evaserit, & propterea à Quiritibus in æde Matris Deûm dedicata fuerit. Sed *scimus, quàm in recensendis prodigiis nunquam erubuerint Romani.* Nos sine veritatis dispendio miraculosum cœlestis benevolentiæ fontem recognoscimus, & æternæ memoriæ consecratum volumus, quòd bono publico haud paulò plus profuturum sit, quàm anilia illa & pueris exsibilanda. Inter civilia bella suumq; sanguinem innatavit passim Germania, omissoq; fidei & consanguinitatis omnis respectu, signum ad exscindenda omnia datum, nec ferro, nec facibus permissum otium; ut jam non provincia, non hominum sedes, sed cadaver & bustum esset patria; & tamen in hoc ipso busto illæsi stetimus. Quòd profectò ingentis in nos benevolentiæ argumentum meritò in templis celebrari, cordibus inscribi, annalibus & posteritati mandari debet.

Dein

Dein his ipsis Calendis accipere te velim breve votum, sed animi prolixissimi & observantissimi testificationem. Eundem enim tam festivæ lucis auctorem precor, ut qui spem nostram in te omnem ponimus: festivitatem & gaudium hoc tibi continuum velit, ac successus largiri etiam ultra vota prosperos. Nec enim major ex mea quàm tua felicitate suboriri lætitia mihi potest, nec tot miseriarum & ægritudinum, quarum in hac vita nostra perpetua consideratio est aliud lenimen, quàm videre te, non hoc tantùm, sed multis sequentibus annis; quos quidem superare fata permiserint incolumem, florentem, vigentem corpore, ac luculentissimis illis meritis porrò augentem ornantemq; Rempublicam!

(a) *Baron. tom. 1. Annal. Eccl. A. 1. n. 17.*
(b) *Prud. lib. I. adv. Symm. v. 488.*
(c) *Baron. martyr. Rom. d. 1. Jan. lit. a.*
(d) *Tacit. lib. IV. c. 64. Annal.*

NOTA.

Adumbravi carminis potiùs, quàm epistolæ argumentum hoc loco: Suffi-

Sufficit enim Viris eruditis initio epistolarum suarum hujusmodi votum tribus lineis vel etiam verbis includere; nec ullam facilè mihi dabis, occupatam hac solâ gratulatione. Quamobrem auctor Tibi sum, ut horum consuetudinem sequare potiùs, quàm hanc à me conceptam formulam. *Sine ambage*, inquam, *precare, quod animus dictat*. In quo quidem Tibi præludo unâ & altera *formula*.

Formula I.

SCribo ipsis Calendis Januariis, quas Tibi Tuisque, cum omnibus, qui sequuntur, diebus, nullis publicarum calamitatum nebulis involutas, sed perpetuò candidas ac serenas precor. Erit enim hic demùm vitæ meæ suavissimus fructus, audire Te cum Tuis, mediis in undis, quibus omnis submergitur Germaniæ splendor, tranquillum, vigentem atque omnibus quà mentis, quà corporis bonis cumulatissimum. Utilitas certè mea est,

eſt, & ſimul commodorum meorum reſpicio rationem, cùm omnia tibi fauſta ominor; ut de ſinceritate animi mei certus eſſe poſſis, eâq; perſpectâ, nec ambitioſiore voto proſequendum te putes.

Formula II.

ILluxêre Calendæ Januariæ: Et acclamo tibi noſtrisq; omnibus Feliciter. Nec ſemel, ſed (a) quod in Romano Senatu fiebat, quadragies vel ſexagies, (b) Vivas, Valeas, Multis Annis Calendas Istas Celebres! Nec enim maturiorem Te volumus cœlorum incolam, quàm diuturnius Terrarum ac Reipublicæ literariæ lumen.

(a) Trebellius Pollio in Claudio, hæc in eum dicta refert: Auguste Claudi, Dii Te Nobis Præstent. Dictum ſexagies. Claudi Auguste, Te Respublica Requirebat. Dictum quadragies. Claudi Auguste; Tu Frater, Tu Pater,

-TER, TU AMICUS, TU BONUS SENATOR, TU VERE PRINCEPS, dictum octuagies. CLAUDI AUGUSTE, TU NOS AB AUREOLO VINDICA! dictum quinquies. CLAUDI AUGUSTE, TU NOS A PALMYRENIS VINDICA dictum quinquies. CLAUDI AUGUSTE, TU NOS A ZENOBIA ET A VICTORIA LIBERA! dictum septies. Similem locum reperies apud Vopiscum in vita Imperatoris Taciti.

(b) Scriptum ad imitationem acclamationis factæ à Senatu Alexandro Severo, ut est apud Lampridium: ALEXANDER AUGUSTE. DII TE SERVENT VERECUNDIÆ TUÆ, PRUDENTIÆ TUÆ, INNOCENTIÆ TUÆ, CASTITATI TUÆ. HINC INTELLIGIMUS, QUALIS FUTURUS SIS. HINC PROBAMUS. TU FACIES, UT SENATUS BENE PRINCIPES ELIGAT. TU FACIES OPTIMUM ESSE JUDICIUM SENATUS: ALEXANDER AUGUSTE, DII TE SERVENT: VINCAS, VALEAS, MULTIS ANNIS IMPERES!

FOR-

Formula III.

ILluxit ſingulari DEI gratiâ dies, quem auſpicatisſimum ſemper exiſtimarunt Veteres. Talem tibi totum hunc annum precor, adeòq; diverſam à publica fortunam. Nam Atridæ hucusque inſaniunt, & lætis anni primitiis auſpiciisque occurrens in ipſo limine Patriæ miſeranda facies, proh dolor! obnunciat. Sed in te miraculum faciat DEUS, atque ita bonis omnibus circumfundat, ut ſub privato & exiguo lare deliteſcens, Cæſarum ac Regum fortunam ridere posſis. Hoc pietas tua meretur. Addo, quòd in congiarii largitionibus acclamatum legimus Cæſaribus: (a)

De noſtris annis Tibi Juppiter augeat annos.

Nec enim Tu minoribus beneficiis mihi cognitus es, quàm Populo Romano Cæſar aut Imperator ſuus.

(a) *Tertull. in Apolog. c. 35.*

For-

Formula IV.

VOto mihi donandus es, non tam ex more, quàm amore. Sol enim progrediendi fine facto convertitur, & ad nos cursum reflectit, ut Calendas Januarias quondam descripsit Plutarchus. (a) Inveni autem rationem, quâ omnes exsuperem; & cùm alii pacem, bonam valetudinem, rerum omnium abundantiam, perpetuam animi serenitatem, Sibyllinum ævum, & quæcunque tandem in terris maxima putantur, suis vovere soleant; ego Tibi eorum omnium duplum precor. Æstimabis hunc animum meum instar splendidissimæ strenæ, & insignem illam benevolentiam mihi perseverabis.

(a) *Probl. q. XIX.*

Primæ formulæ versio metrica.

EBria Pontificum nugis, priscoque veterno
Squallida, cùm Christi trepidaret Roma ministros;

Re-

Regna per & (a) Latium, Judæaq; victa juberet
Victores parere sibi; jamque omnia sacra
Mille per ætates hominum celebrata jacerent:
Ira subit mentem. Tum ferrum & flamma paratur,
(b) Armeniæq; Tigres poscuntur, Afrique Leones,
Ut sacra gens crudos hilaret discerpta Quirites.
Scilicet, ut quondam Pharao jam victima Lethi,
Devotumq; nefas Arabũ redeuntibus undis,
Nil pecudum mortes hominum nil funera curat,
Nil primæ sobolis cladẽ; sed fulmina contra
Fulminat, & cœli vult inclarescere pugnis:
Talis Roma fuit. Nil (c) antra silentia Phœbi,
(d) Nil rumor vetus, & (e) Cumæi carminis ætas,
(f) Nil oleum, quod sudat humus, nil cætera flectunt
Prodigiosa trucem: juvat indulgere furori,
Et gravibus pœnis ulcisci monstra Deorum.
Heu quàm Christicolis nullæ risêre (g) Calendæ,
Nullaq; jucundo permulsit pectora sensu
Sol novus; Hinc lachrymas lachrymanti commodat alter,
Et rabiem plangit Babylonis, mille Nerones,
Mille

Mille faces, totidemque cruces, totidemque secures;
Nec dolor egeritur dias in luminis oras,
Sed (h) latus excisæ rupis, subductaq; torvo
Carnifici tantæ fit conscia crypta querelæ,
Unica spes superest, hac ipsâ ignescere Romam,
Quâ pereant, flammâ; finemque instare (i) luporum.
Factum est, & Genios Geniûm Sator atq; hominum Rex.
Vincla (k) Crono fabricare jubet, magnoq; ligatum
Turbine sulphureæ devolvere sedis ad imum.
Mox idola ruunt, sanieq; madentia Templa,
Templorumque caput, Capitoli nobile saxum;
Victima nulla cadit; nec Eoum inspergitur aris
Thus, Latiusve latex; cessant Hecatea jocari
Phasmata per noctes; aboletur dira voluptas, (l)
Nec locat immundæ quisquam sua fata saginæ,
Omnia Christus habet, Christus sibi consecrat ædes,
Humanumq; animum magis. O quis secula possit
Aurea, sincerosq; dies, & numinis annos
Innubes pacemq; altam, nulloq; trementes
Christicolas fulcro dignâ memorare Camæna!

Tunc

Tunc quoq; (m) cùm primas lustrâssent ante Calendas
Ritibus à fœdis, priscæq; libidine Romæ,
Exultare pii secum bona verba precari,
Et sacras ornare domos, & maxima festa
Inter habere diem, quo (n) primùm sanguine fuso
Crimina nostra luit Verbum immortale Tonantis,
Luce igitur tantâ dubitem nunc tollere dextram,
Et mea solenni testari gaudia voto!
Quamvis non fuerit patriæ tam lurida imago,
Dùm bene nota fuit, nec erit tam lurida imago,
Fluviorum (o) Rex Danubius dum volvet arenas,
Atq; his quinq; fuit lustris. Num crimen Atridum
Altiùs ire potest? capere incrementa furores;
Vastarique magis, quòd jam consedit in igneis;
Et natos natorum, & qui nascentur ab illis,
Quondam hærere facit, fueritne Tuistonis ora,
Romulidum domitrix, & tot regina per annos;
Evasisse tamen juvat hactenus, inque ruina
Propitium sensisse DEUM, salvumque stetisse! Nam

Nam fuit ille Deus, qui nos miracula fecit
Commemoranda novis Annalibus, atq; vetustis
Anteferenda simul. Cùm cœli in mœnia quondam
Vulcanus rapidis sese immisisset habenis.
Strideretq; citâ tabulata per omnia tædâ.
Quàm favor hîc inflat Superûm & reverentia flammæ,
Quæ cessit Tiberl statuæ, seseq; repressit;
Vah mentis tenebras! (p) Juni vah naufraga verba!
At nos nec fumos emimus, nec vendimus ulli:
Testis nostra salus, solidæq; in corpore vires;
Et quicquid superest, hunc nos retulisse favorem,
Dum furit heu! nostris accensa furoribus ira
Supremi Jovis, & patriæ validissima terræ
Fundamenta quatit, totamq; evertit ab imo.
Ergò iterum vis alta rapit, non Delphica vatum,
Nec quâ stulta ruit Bacchi de monte Sacerdos;)
Sed meliore Deo, mens exstimulata triumphat!
Nec sibi, sed Tete simul,ô dulcissime, partem
Lætitiæ jubet esse suæ Quin summa triumphi es,
Et quòd Tu superas, longè mi lætior annus
Exoritur, roseumq; magis nitet arduus æther;

Et quòd Tu superes mediis tranquillus in undis
Tutus ab insidiis, sævóq; in Numina bello
Sospes & in Patriæ morbo, mihi causa vovendi es
Maxima, & extensæ cognata ad sidera palmæ.

Ὀψιτόφοις quibusdam semper obscurior visus sum in versu, non meâ, sed ipsorum culpâ. Non enim aliundè hoc de me judicium proficiscitur, quàm ex ignorantia cùm styli Poëtici, tum antiquitatum. Esto: & explicanda mihi sunt mea. Dabo nonnullis lucem sequentibus notis.

(a) Desumptum è *Seneca*, qui de Christianæ religionis incremento apud *Augustinum* de Civitate DEI lib. VI. c. 36. *Cùm interim usq; eò sceleratissima gentis consuetudo convaluit, ut per omnes jam terras recepta sit; victi victoribus leges dederunt.* Adde *Lipsium* ad hoc ipsum fragmentum.

(b) Notus clamor plebis Romanæ: CHRISTIANOS AD LEONEM; apud *Tertul. in Apol.*

 (c) Pau-

(c) Paulò ante Christi adventum Apollo Delphicus obmutuit. *Cic. lib. II. de Orat.* Ipse ab Augusto tam diuturni silentii causam rogatus reddit apud *Niceph. lib. I. hist. cap. 17. Suidam in verbo: Augustus. Cedrenum in Compend. Histor.*

(d) Rumor vetus erat, fore, ut valesceret Oriens, & Judæâ profecti rerum potirentur. *Tac. V. Hist. 13. Suet. in Vespas. c. 4. Josephus lib. VII. de Bell. Jud. c. 12.* Sed malè, quòd non de Christo interpretarentur; ad hunc enim devergunt sacræ literæ, ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ὁ ἡγούμενος.

(e) Vaticinium Sibyllæ Cumeæ de Christo sublegit, ac malè transtulit *Virgil. Eclog. IV.* Vide *Taum. in arg. ad illam.*

(f) Anno III. Triumviratus Augusti Romæ è taberna meritoria trans Tiberim oleum è terra profluxit, & quidem toto die sine intermissione. *Euseb. in Chron. Orosius lib. VI. Histor. cap. 20.*

(g) Nam Christiani Calendis Janua-

nuariis jejuniis & litaniis tantùm Deo supplicabant. *Ambrof. Sermon. XI. de Cal. Januar.* & S. Augustin. in Ps. 98. Imò ne lætitiæ canticum *Alleluja* eo die caneretur, vetuit *Synodus Toletana.*

(h) Habebant enim Christiani subterraneas civitates suas, ut ita dicam, in quibus persecutionis tempore latebant. Visuntur hodièque Romæ; & prodiit nuper magnum Volumen, cui titulus: ROMA SUBTERRANEA, in quo collectæ omnes antiquitates, in hujusmodi cryptis repertæ.

(i) Lupos fuisse dictos Romanos ab exteris, dixi olim *ad Justini libr. XXXIIX. c. 6. §. 8.*

(h) Diabolum dico Cronum sive Saturnum, quòd pleræque de isto fabulæ ad illum referendæ videantur. Saturnus inter inferos Deos relatus à Romanis, ut auctor *Plutarchus & Prometheus apud Æschylum.* Ejusque sidus habitum triste & maleficum, ut è *Tibullo* colligitur. Sanguinarius, & victimis humanis, certe gladiatoriis

spectaculis placabatur. *Ausonius & Lactantius.*

(l) *Spectaculorum.* Sequentis versus, quem ex parte mutuati sumus à *Propertio*, hic sensus: Nec se quisquam ad gladium ampliùs auctoravit & ad ludum, sive gladiator factus est.

(m) Ut plerosq; alios ritus; de quibus *Tassinus in Chron. ludorum secul. part. II. c. 15. n. 3.* De his peculiariter *Synodus Turonensis Secunda cap. 23.*

(n) Circumcisio Domini, sive Nativitatis octava, (nam utrumq; reperitur) solennis Christianis veteribus, ut est *in S. Gregorii Sacramentario.*

(o) Scriptum ad imitationem illius Virgiliani *I. Georg. v. 482.* Fluviorum Rex Eridanus camposq; per omnes.

(p) Nam Junius retulit, id in sua domo contigisse, *ap. Tac. IV. Annal. 64.*

EPISTOLA X.

Qua gratulamur Amico de Nuptiis.

QUòd nobis jucundissimum auditu fuit, formâ & virtutibus captus, no-

nobilissimam Virginem ambiisti & expugnasti. Quanquam non opus fuit ullâ vi, ambitu, conciliatoribus, & communibus amicis interpretibus, aliisque oppugnandæ Virginis instrumentis. Tua virtus, fama & juvenilis decor id effecit, ut flagrantissimo amori Tuo minori pertinaciâ repugnaret. Agite, bonis avibus *in manum convenite*, & in æde sacra Deo Opt. Max. inspectore & arbitro quàm sanctissimè nubite, ac posthac è suavissimo amplexu festivum illud & *talento Attico* contra non charum gaudium nocturnum auferte. Nec quis præter mortem, quæ sera sit, dividat tam mutuò amantes, ut aliquando tumulo Vestro inscribi possit antiquum (a) illud omnium splendidissimum: ΤΩΝ ΦΙΛΟΥΝΤΩΝ. Tandem qui pulcherrimus matrimonii fructus est, (b)

Laudetur simili prole puerpera.

Quod sperare nos jubet Diis accepta probitas Tua, & futurum disciplinam

nam domesticam jamjam spirans animus.

(a) *Val. Max. lib. IV. c. 6.*
(b) *Hor. lib. IV. Carm. od. 5.*

EPISTOLA XI.

Ejusdem argumenti.

EN novum Herculem! Audio enim detinere te Omphalem quandam. Ubi animus ille, qui totus Musis & Apollini mancipatus erat? Ubi rigidus ille ac mollitudinis omnis dissimulator? Suavitatis, leporis, venustatis & Helenarum omnium contemptor? Sentis jam Veneris potestatem, & quàm gravis sit DEA? Fallor? an tua est illa ipsa cœlo dejecta, (a) mari edita, fluctibus educata, Gratiarum omnium choro stipata, & toto Cupidinum populo comitata, & baltheo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama rorans; humanam enim vix credimus tantum felicitatis habuisse, ut illi cederes. Sed extra jocum. Vidisti tan-

tandem, quàm cœlibum vita non ſit cœlitum! neque ſufficere rationem Epaminondæ, cujus calamitati cum ingemiſceret Pelopidas, quòd cælebs liberos non relinquere. *Non poteſt,* inquit, *ſtirps mihi deeſſe; namque ex me natam relinquo victoriam Leuctricam, quæ non modò mihi ſuperſtes, ſed etiam immortalis ſit, neceſſe eſt. Tu contrà vide, num benè Reipubl. conſulas, qui filium relinquis nomine Tuo indignum ac degenerem:* non aliorum formidinem, qui liberorum, uxoris, cæterarumque rerum domeſticarum curam omnium præclarè ceptorum impedimentum putant. Nimirum juxta DEUM Optimum Maximum, cujus benedictio feriò implorandа eſt, in tua manu & auctoritate ſitum, utrum liberos benè moratos relinquas, an ſecùs. Dum educas, mones, dirigis, ſudorem & interdum lachrymas excutis; jam in certa ſpe & gaudio verſaris. Dum lachrymas abſtergis, in ſinu foves, contines in umbra, nunquam flere,

nunquam triſtari, nunquam laborare vis; dum filiabus quaſi cum lacte inſtillatur venuſtatis ambitus, & ad ſpeculum formatur capillorum arcus, multiplici in altum circulo ſuſpenſus, emittuntur in publico & templis oculi, & ſtrenuè jam exercentur cum juvenibus ſtupra optica; tum domeſticæ calamitatis augurium cape. Jam re ipſâ experieris, matrimonium non onus, ſed onerum omnium lenimen eſſe. Manifeſta hic benedictionis divinæ argumenta; cùm cœlibes benè carpti, attriti, exinaniti, tandem *in extrema tegula ſtantes* cum Nerone amicum quærant, nec inveniant. Vellem nunc ad te nonnihil carminis votivi; ſed eos verſus ſcribo, quorum ſingulis diebus decem millia naſcuntur & pereunt; & *facilis jactura ſepulchri eſt.* Igitur contentus eris proſâ ſimplici. Faxit DEUS, autor tam ſancti vinculi, ut prognatus ex hoc matrimonio (d)

--- *Tibi ludat in aula*

Parvulus Æneas, & filia dulcior illo; quorum neuter agmen Tui generis

clau-

claudat, vel nepotes tibi progignat verè nepotes, hoc est, te indignos, & fortunam cum familiæ gloria extincturos; sed omnes patritis & avitis artibus indies florescant, & moribus antiquis perpertuò grassentur.

(a) *Apul. lib. II. metam.*
(b) *Corn. Nepos in ejus vit. c. 10. §. 1. & 2.*
(c) *è Senec. l. de provid. c. 2.*
(d) *Juven. sat. V. v. 138.*

EPISTOLA XII.

Qua reditum in Patriam gratulamur.

ASsidui Tibi comites fuimus in via, non corpore, sed animo; & omnia vestigia tua votis ardentissimis prosecuti sumus; ut inoffensus in obsessis viis, vegetus ac valens ea relegeres. Quod factum est, & ob id FORTUNÆ REDUCI sacrificium debemus, ac Saluti tuæ hilaritatis poculum. Quàm durũ mihi ad Vos excurrere non potuisse, & vel in media via suave illud & amabile pectus amplecti! Hoc enim certè fecissem, de hominum vel stupore vel risu securus.

 rus.

rus. Nunc quoniam haud dubiè rediisti multa experientiâ ac variarum rerum ſcientiâ inſtructiſſimus; DEUS Opt. Max. alteri quoq; voto noſtro clementer annuat, ut iis Curiæ, Templa, Scholæ quàm diutiſſimè fruantur. Tu verò poſt tot varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum forti & generoſo animo exantlata, in alta tranquillitate ac felicitate domus tuæ conſeneſcas.

CONSOLATORIÆ.

EPISTOLA I.

Ad Patrem, qui Filium luget.

ITane, quod fama nunciavit, filium tuum morbum occupaſſe, & in paucis diebus decretorium illum diem? Heu, rerum humanarum maxima, quid eſtis! Inter hæc enim refero, qui Reipubl. literariæ, Curiæ ac Scholis fulgentiſſimum lumen, eruditione ac ingenio ſupra ætatem examuſſitato minabatur. Sed velut prati (a)

Ulti-

Ultimus flos prætereunte postquam tactus aratro est.

Sic ille cecidit, & tot vota, tot amplissimas spes, quas accenderat, rursus extinxit Princeps eruditæ juventutis. Crede mihi, tanquam fratris esset, casus iste *me fulminavit*; quin dubito potiùs, an ullius meorum obitus animi corporisque functiones in tantum prosternere potuisset. Et jam is Rerumpubl. status est, cui deplorando vix pares sumus, & si pares sumus, id amicorum suavissimis conversationibus tanquam interposito curarum temperamento unicè debemus. His verò è conspectu nostro sublatis, num animi nubes dispelli, candidi soles lucere, vita ipsa vitalis esse potest? Sed Tibi adhuc gravius vulnus inflictum esse nemo inficiabitur, qui præpotentem Parentum affectum, vel illius argumenti stimulum, quem Galgacus Britannis (b) in publicæ libertatis hostes subdidit, *Liberos cuique naturâ charissimos esse, qui nunc per dilectus alibi servituti au-*

ferantur. satis exputare potest. Igitur justissimas plorandi habemus causas, nec quisquam siliceæ illius sectæ Philosophos audire nos jubebit, qui humanitatem dedocent, & adversus hujusmodi calamitates ferro sese muniunt. Nam profectò naturæ nostræ captum excedit vox illa Demetrii: (c) *Hoc unum, Dii immortales, de vobis queri possum, quòd non antè mihi voluntatem vestram notam fecistis. Prior enim ad ista venissem, ad quæ nunc vocatus sum. Vultis liberos sumere? Illos vobis sustuli. Nullam moram faciam, quò minùs recipiatis, quod dedistis. A volente feretis, quicquid petieritis. Malo offerre quàm tradere.* Sed ut nimium spirat & crepat iste, ita vesanum est, intabescere mœrori fata non exoraturo, vel diutiùs indulgere fletibus neminem è morte reducturis. Antiquum summ obtinuit Fortuna, cùm tantæ indolis juvenem extinxit, nisi Catoni Censorio fidem abrogamus, cujus illam vocem ex Oraculo proditam existimavit Plinius, *senilem juventam prematura* *mortis*

mortis esse signum; Nisi Romanum Sapientem tum nugas egisse credimus, cùm scriberet: (d) *Quicquid ad summum pervenit, ad exitum properare; nec ultimum exspectare tempus, quæ in primo maturuerunt. Ut ignis, quò clarior fulsit, citiùs extinguitur: Sic ingenia, quò illustriora, eò breviora sunt.* Nisi Ovidium in Parnasso suo tum delirâsse volumus, cùm communem summarum rerum conditionem ita defleret: (e)

Optima prima ferè manibus rapiuntur avaris,
Implentur numeris deteriora suis.

Tuus ille incrementa sua jam consumserat;

Ipse pater sensus, ipsi stupuêre Magistri, (f)

nec eruditio, nec virtus altiores ire poterant: quo quidem ipso longissimos sibi conditionis suæ terminos prorogavit, & naturam ab omni malignitatis crimine, tanquam in magnarum rerum apparatu maturiùs eum destituerit, facilè excusat. Nec enim

vetus Dicterium te latere poteſt, *vitam Sapientis omnium eſſe longiſſimam.* Sed eſto, (g) filio tuo vitam parcè datam eſſe; cui, quæſo, Dii largiti ſunt prodigâ manu? Omnis vita punctum temporis, & ſi ad æternitatem reſpicis, puncto adhuc brevius. Parum adhuc dixi minuendo dolori, & deducendus es in ſecreta conditionis noſtræ, qui adhuc in margine hæſiſſe nobis videris. Superi Superæque! quis Imperii turbati motus? quæ furentium armorum crudelitas? quot colliſorum inter ſe cadentiumque civium myriades? quot oppida, tot Trojæ vel Numantiæ: quot vici, tot buſta; ut ſuperſtitum potiùs, quàm functorum miſeratione lancinari debeamus. Ipſos Imperatores reſpice, ſed remoto affectuum velo; num à nobis diſceſſionem facere poteris, ſi dicimus, *Felicis & Augusti* cognomina non ex vero dari, quòd his non pauciores plorandi cauſæ ſint, quàm cuilibet è privatis. Alexandro, qui Fortunam dicitur in poteſtate habuiſ-

ſe,

ſe, ſæpè ſanguis inter animæ deliquia fluxit; Romanorum triumphos nefaſti dies interpolârunt: *Nec in hoc mundi theatro ludetur alia fabula, dum mundus erit; quod ſupra fortunæ patientiam videtur, hominis voto diutiùs obſequi.* Unde veterum illorum ſapientiam ſæpè mirari ſoleo, qui *myrti ramum*, (h) quem hilaritatis causâ inter vina circumferebant & convivis per manus tradebant, quôque ovantes coronabantur, ad ſepulchra tranſtulerunt, quod Virgiliani Polydori tumulus nos docet. Nec deteriùs judicârunt Arcades & Latini, qui mortuos χρηςὺς vel *Manes*, hoc eſt, *bonos* ac beatos (i) appellarunt. Et Theodoſius, qui variè in Imperio jactatus, cùm mors inſtaret, inſcribi ſepulchro ſuo hoc unum verbum juſſit: ΥΓΕΙΑ, SANITAS. (k) Imò eo juſtius iſte, quo Chriſtianis ſacris initiatus de merito Salvatoris ſui, & immortalitate animæ & inæſtimabilis gaudii æternitate confirmatior erat. Hæc (l) ad animum revoca-

vocabis, Immortalis DEI voluntati lubentiùs subscribes, ac benedictum nomen illius celebrabis, qui dedit & abstulit; Et quid de hoc animo tuo dubitem, tam pio & ad imperata divina semper promptissimo? Certè cùm plura mihi sint, eaque maximi momenti, quæ consolationem adferre queant; tamen in succum & sanguinem abs te conversa depromere supersedeo, ne tempori tam operosis consolatoriis illusurus videar. Saltem DEUM Opt. Max. rogo, ut animi robur in te augeat, omnesq; mœrores propediem in lætitiam vertat, ac te non tantùm reliquiis tuis, sed & utilitati publicæ, qua nihil potiùs, nihil antiquius in seram posteritatem salvum sospitemq; præstet!

(a) *Catull. carm. ad Fur. & Aurel.*
(b) *Tac. in Agric. c. 31.*
(c) *Sen. de provid. c. 5.*
(d) *Cons. ad Marc. c. 23.*
(e) *lib. II. amor. el. 6. v. 39.*
(f) *Stat. lib. II. Sylv. epiced. in Glauciam v. 119.*

(g) Se-

(g) Seneca consol. ad Polyb. c. 29. *Gaude itaq; habuisse Te tam bonum* (filium) *& usum fructum ejus, quamvis brevior voto Tuo fuerit, boni consule. Cogita jucundissimum esse, quod habuisti; humanum, quòd perdidisti.*

(h) *Torrent. ad Horat. l. II. Carm. od. 7.*

(i) *Salm. in Solin. p. 412.*

(k) *Lips. l. IV. de Magn. Rom. c. 1.*

(l) *Stat. Sylv. 1. v. 208.*

--- Quin tu jam vulnera sedas,
Et tollis mersum luctu caput.

EPISTOLA II.

Qua Parentem de filii morte certiorem facimus, simulq; consolamur.

QUàm ego velim, cùm ad Te scribendum est, conjunctis filii tui & meis literis duplici voluptate, ut hactenus, sic in posterum Tete perfundi! Sed nunc meas tantùm literas habes, & quas filius adjungere debuisset, altior quædam vis intercepit. Esset

eti

etiam hoc in votis, ut fama verbum istud antevertisset, vel ab altero

(a) *Anxia præcipiti venisset epistola pennâ!*

ne tibi causa esset manum meam aversandi. Scio jam argumenta doloris tui; Homo es, Pater es, cujus ærumnas nemo intelligit, nisi Pater. Rursus, duo me consolantur & erigunt, quòd Christianus & literatus es, nec è multis. Nam divina tam altè in animum demisisti, ut scias, neminem verè piorum delicatissimarum opinionum insuefieri rosis, aut Sardanapali plumulis incubare, sed Christianum esse, fortia facere & pati, sive ut alius loquitur, (b) *uri, vinciri, ferroq; necari delicias esse Christianorum, & adoranti crucem turpe esse, vulnus non posse ostendere.* Literas verò, quibus universam Rempubl. literariam in admirationem tui rapis, vindicabis à vulgi calumnia, *in Cathedris saltem Codros, Scævolas, Alexandros spirare, & juvenum, otiosorum aures sesqui*

peda-

pedalibus minis detinere; ſed cùm ad certamen ventum ſit, earum cultores *buxum aut ceram eſſe*, non viros aut homines. Prorſus ut quorundam militum procul hoſtibus nimia ferocia eſt, ſed conſpectis iis vix ad clamorem os ſufficit; *virtus* ac robur omne à lingua & dextra *in pedes migrat*. Hos tu conſtantiâ tua refutabis, & oſtendes, non te tantam eruditionem in famam tantûm comparaſſe, ſed in omnia fortuita, & animum obarmaſſe conſtantibus exemplis. Sin à capite, à Principe (hunc enim te eſſe uno fatemur ore qui boni ac livoris expertes ſumus) jam audaciori cenſurâ notabunt literatos omnes; ſed quam metuere non poterit, qui virtutes tuas, quas dixi, perſpectas habet. Nihilominus voto & precibus opus eſt, quibus DEUM Opt. Max. pro te fatigare non ceſſo, ut tam gravem ſarcinam ferentem brachiis ſuis ſublevet, nec unquam animo Tuo excidere ſinat aureum illud Apoſtoli: *Omnia, quæ piis accidunt, iisdem in melius cedere.* Quod

ſig-

significandum superest, dies, quo mortalitatem tuus exuit, fuit 9. Septembris, & tertiò post, magnâ Professorum, Studiosorum, Civium frequentiâ, quantam per multos annos videre non contigit, funus deductum est. Ut vel ex omnium amore erga beatissimum ac supremo judicio solatium capere possis.

NOTA.

(a) *Juv. Sat. IV. v. 149.* ubi Scholiastes: *Si victoriæ nunciabantur, laurus in epistola figebatur; si quid adversi, pinna.*

(b) *Brunn. l. IV. Annal. Boic. p. 448.*

EPISTOLA III.

Qua solamur filium, lugentem Patrem suum.

CUm de invalitudine Patris Tui nunciatum esset, trepidavi; & quum mortalibus subductum esse, totus obstupui, ut si mecum fuisses, vel planè lingua defecisset, qua Te consolarer, vel umbrosis & semisepultis verbis dolorem meum indicassem. Redeunte posthæc animo, & fracto silen-

silentii luctantis obice, in lachrymas & querelas de immani Fatorum necessitate, nulla sapientia, nulla eruditione, candore & humanitate nulla retardanda prorupi. Unde cùm facilè conjicerem, quantis mœroribus & tuum pectus obsitum esset, non potui non tecum communicare, quibus rationibus cum gravissimo dolore meo conflixerim. Nullus enim dubito, fore, ut & tu fatorum severitatem æquiore animo feras, & immensæ illi sollicitudini jam ipse obviam eas, hoc est, secundùm ipsum DEUM sententiam pronuncies. Vides morum senectam, fæcem sæculi, virtutum omnium funebria, neq; privatum duntaxat scelus & singulorum, sed omnium simul publicum. Primùm igitur animadvertere potes, indignum fuisse tanto viro mundum; quem proinde, velut absoluto indulgentiæ penso, sidera tanquam suum repetiissent. Confer deinde illa ipsa mundana omnia, quibus Parens tuus circumfusus erat, fraudes & insidias hominum, fortunam in ancipiti stantem, tot morbo-

rum Iliades, cædes præterea continuas, & natantem in civili ſanguine Germaniam, omnia facinora, quæ *victor* exercet, & victor Diabolus, humanitatis & charitatis omnis perpetuum exilium, cum libero illo & ſemper ridente cœlo, cum felicium animarum conſortio, cum adſpectu immortalis DEI, & æternitate nullis triſtibus interpolanda. Gratulaberis in melius translatum eſſe; & quanquam in letho,

---- *lætum celebrabis honorem;*

Te verò flebis non tam in mortalibus quàm mortuis & conclamatis porrò degentem. Quid? quòd maximam mœroris partem & iſtud abolere poteſt, quòd non ſolùm vitæ mimum commodè transegiſſe noſti, ſed & cum ἀποθεώσει ſuæ jam propinquus eſſet, omnia pietatis ſpecimina edidiſſe, ac tandem incolumitatem tuam DEO, ſummo Parenti commendaſſe? Potes igitur & debes, niſi de poſtrema Parentis fiducia impiè dubitare vis, nimiis ſingultibus reſiſtere, ac *rectè*

atq;

atq; ordine, ut Romana formulâ utar, *factum putare, quod à Domino factum est.* Nos illud in hac conditione animi robur ex animo tibi precamur, simulq; ex hoc ipso luctu gratulandi materiam arripimus, quòd Pater animâ tua vivit, quòd virtutibus tuis. Nam profectò in te Patrem recipimus, illum sapientem, beneficum, pereruditum.

EPISTOLA IV.

Qua consolamur lugentem mortem Conjugis.

ACerbissimam mihi scias calamitatem Tuam domesticam, quam fama & literæ tuæ nobis nunciarunt. Moveor enim illo muliebri mundo quem costa Tua penatibus intulit, modestiâ, pudicitiâ, constantiâ, diligentiâ, peritiâ curandæ rei familiaris, aliisq; dotibus, quarum non tam ferax nostrum seculum. Unde facilè gnosco dolori tuo, cujus etiamnum ucnlentissima cicatrix in animo.

Igno

Agnosco autem? Quin cum Euripideo Hercule:

Ἐπήνεσ' ἀλόχῳ πιστὸς οὕνεκ' εἶ φίλος,
In conjuge laudo fidem animumq; optimum.

Et vicissim cum Crasso Oratore *Cneum* illum *Domitium* serò abominor, qui *mortuam in piscina murænam atratus, tanquam filiolam, luxit, sed elatis tribus uxoribus ne ploravit quidem.* Heus tamen. Illi dolori videbis ne hæreas, vel incubes. Nemo quidem sanæ mentis te damnârit in Stoicorum Scholam, hoc est, ipsam animorum tyrannidem, in qua sævissimum consolationis genus audias: (a) *Facilem etiam bonæ uxoris jacturam esse, quòd nemo de perpetua bonitate certus esse possit. Multos numerari posse, quibus bonam uxorem lugentibus successerit melior.* Tantum enim abest, ut hæc talia dolorem leniant, ut respectus virtutum illarum, quas sine exemplo vidimus maximas, irritet & accendat potiùs. Habemus è monumentis sacris ad compescen-

dos

dos ac moderandos luctus alia, Deum immortalem calamitates hujusmodi veluti ſtimulos admovere piorum animis; eos autem, quibus indulgere videatur, quibus parcere, ſervare venturis malis. Nondum quidem hac notitiâ paganorum virtutem ſupergreſſi ſumus. Nam & *Diogenes Cynicus*, teſte Stobæo, *in adverſis rebus cantillare clarâ voce ſolebat: Euge, O Fortuna, quòd viriliter me tractaſti!* Et Simplicius: *Si corporum medicinam exercentem*, inquit, *eumq́ urentem atq́ ſecantem, & ipſos carnifices imitantem, non malum, ſed bonum dicimus, atq́ adeò gratias agimus, & mercedem numeramus: cur in medicina DEI non acquieſcimus?* Sed accedit, quòd hæc ipſa, quæ calamitates vocamus, æternæ felicitatis primordia ſint. Vidit, quæ tibi ac terreſtribus ſupremum Vale dixit, &, quâ erat pietate, irritamenta omnia, & expoſitas ad convellendam ejus conſtantiam illecebras contemtu Chriſtiano etiam in agone calcavit. Et hac in DEUM pietate refutarem pietatem

G tuam:

tuam; nisi non tam maritum tete scitem, quàm virum & Christianum. Salrem, quàm virum & Christianum. Saltem id mihi faciendum in hoc casu relinquis, ut DEI Opt. Max. perseverantem gratiam in muniendo pectore tuo quotidianis precibus exorem. Quod sanè facio, mi charissime, & te cum familia efficacissimæ consolationis Authori, quàm ardentissimè commendo.

(a) *Sen. de remed. fortuit.*

EPISTOLA V.

Qua fratris obitum lugentem consolamur.

GRaviter me affecit discessus fratris tui, cujus tumulo non credo sinceriores lachrymas affundet alius, quàm tu, & si hoc in potestate tua situm esset, vitam non modò facultatibus, sed ipsa animâ redimeres. O rarissimum temporum decus! naturæ admirandum! Nam quoties fraternas acies instructas legimus? quantus susurronum numerus fraternas simultates alentium? quot cum peregri-

egrinis inita fœdera, ruptis nituræ fœderibus? Hoc *Atridarum crimen* est; nec æmulari piget privatos, & quod è veri tripode dixit Ovidius, *Fratrum quoque gratiam raram esse*, in eo Poëtæ nomen vix tuetur. Nisi etiam statim post diluvium, regnante apud Ægyptios Osiride, Typhonis fratris livor in Proverbium abiisset, ac percontationem ad pallentes: *Num recte se habent res fratris tui?* potuisset à nostrorum hominum moribus originem trahere. Sed vos contra publicum istum morbum fuistis una anima, & auxistis paucula fratrum paria, quæ ob concordiam præteritis mortalis ævi seculis innotuerunt. Cumprimis autem in mœrorem me conjiciunt tot eximiæ virtutes, quibus singulis adeò exsplenduit, quasi cæteras non haberet. Sed quid agimus, O charissime? Componamus nos potiùs ad hujusmodi omnia, quæ inciderint, fortiter, &, ut viros decet, ferenda. Hoc & sacramentum illud, quod Christo diximus, nos jubet

ſeculi, quo à Chriſto nato non fuit malitioſius, juſtiſſimus contemtus haut difficulter perſuadet. Profectò ſcenam noſtram hoc tandem epilogo obſignare cogimur, quo vitam & omnia ſua Severus Imperator. Is oriundus Lepti, humili patre, primò literis, deinde imbutus foro; quo parùm commodante, ut rebus arctis ſolet, dum tentat aut exquirit varia melioraque conſcendit imperium. Ibi graviora expertus, laborem, curas, metum & incerta prorſus omnia, quaſi teſtis vitæ mortalium, *Cuncta*, inquit, *fui, conducit nihil!*

EPISTOLA VI.

Qua Viri literati obitum deploramus, & nos invicem conſolamur.

EN funeſtum Tibi nuncium! Cecidit apex reconditæ doctrinæ, ſi cecidiſſe dicendus, qui depoſitâ mortalium curarum ſarcinâ felicitate fruitur, quam quæſivit & meruit. Erat nobis in maximis difficultatibus cortina,

tina, ſive, ut illa ait, *βιβλιοθήκη περιπατῦσα* (*Bibliotheca ambulans*) quòd non labro tenus guſtaſſet literas, ſed earum *ingenti flumine pectus inundaſſet.* Quid ominabimur? Scilicet abeuntibus magnis literarum Atlantibus duraturam ipſarum gloriam, nec reditura Gotthica illa & Hunnica ſecula, quæ orbi terrarum omnis elegantis doctrinæ & ingenuarum artium omnium oblivionem invexerant? *Peritura Troja perdidit primùm Deos.* (a) Certè literarum causâ ad primum nuncium ita obſtupui, ut nec lachrymæ, quas tamen vulnerati animi ſanguinem crediderunt Veteres, proſilierint. Noſti enim, quod ab *Achille Tacito* dictum eſt: (b) *Ut in corpore flagris cæſo non continuò, ſed parva interjectâ morâ, livor apparet; aut in apri morſu ante vulnus linea quædam alba ſe oſtendit: Sic in animo triſtis alicujus nuncii cuſpide ſauciato, neque vulnus hiat, neq; lachrymæ cadunt, niſi poſteaquam mœroris dens cor aliquantiſper depaſtus fuerit. Tunc enim & animus diſcindi-*

tur, & lachrymæ, factâ per oculos viâ, uberrimè fluunt. Nec dubito, quin omnes bonos & tantarum virtutum studiosos in magnum dolorem datura sit considerata jacturæ magnitudo. Sed quid nos sumus, qui voluntatem DEI Opt. Max. luctu & consternatione nostra solicitemus? *Ar cum ille tendat; nos thoracem ponamus, & pervium vulneri pectus ostendamus!* Hac patientiâ, hoc robore nobis præivit Dux & Salvator noster, qui benedictum Parentem suum agnovit in omnibus cruciatibus suis. Quin dum vivimus, ad gloriosum Viri Clariss. speculum vitam componamus, & in nostris animis rarissimæ illi pietati, candori, aliisq; virtutibus, quas doctrinæ semper jungendas censuit, aras & templa struamus, nulla temporis intercapedine diruenda. Sed & in lectulo explicavit virtutem suam, & quod Imperatorem jussit *Vespasianus,* (c) vel quemvis Magistratum ac Præfectũ (a) *Q. Marcius Turbo*, Præfectus Prætorio Hadriani Augusti, *stantem excedere debere,* id sibi imperare visus est, qui

qui libros non ante dimisit, quàm Parca vitæ stamen intercideret. Prorsus ut *Philemonis* (e) illius gloriam adæquârit, quem cum in lectulo mortuum offendissent sui, viderunt tamen adhuc *manum volumini implexam*, adhuc *os* recto *libro impressum*.

(a) *Petron. in Satyr.*
(b) *lib. VII. p. 420.*
(c) *Sueton. in ejus vita. c ult.*
(d) Ita nominatur *Inscriptione I.* Operis Gruteriani *pag. 437.* Dictum refert *Xiphilinus in Hadriano.*
(e) *Apul. lib. III. Floridor.*

EPISTOLA VII.

Qua consolamur aliquem calumniis petitum.

QUòd scribis, famam tuam petiisse *Stygium* quoddam *genus hominum*, & quidem in patronis ædibus, vicem tuam doleo, mi charissime! Plus enim satis expertus sum, quàm altè in animum talia descen-

dant; vel quòd *famæ & fidei damna, judice Livio* (a) *majora sint, quàm quæ æstimari queant*; vel quòd calumnia instar gangrænæ longè lateq; tyrannidem suam exercet. Sapienter enim ac seriò dictum est à nonnemine, (b) quamvis in ludicro argumento: *Calumniam & Famam duo esse sibi cognata mala, quòd hæc illius filia sit; atq; illam quidem gladio acutiorem, igne ardentiorem, & ad persuadendum Sirenibus feliciorem esse: hanc verò aquâ fluxiorem, vento celeriorem, & plus quàm alatam. Unde cùm à Calumnia sermo emissus sit, sagittæ in morem evolare, absentemque, in quem mittitur, vulnerare; & ex hujusmodi vulnere statim famam multiplicem diffundi, & sermonis vento actam, linguæq; pennis iterum sustentatam, omnes in partes circumferri, & in obvii cujusq; aurem illabi.* Sed & dolorem nostrum auget experientia, quæ multis exemplis hucusq; nos docuit, sæpè post sanatum vulnus cicatricem manere. Tamen nec alia multa deficiunt, quæ animum obfirma-

firmare, atq; in ſtrenuè terenda virtutis via etiam alacriores poſſint facere. Quinam illi, qui malignitatis & invidiæ virus evomunt in viros doctos, bonos, candidos? Si Comico (c) credimus, ſtulti: Nam

Iſthîc eſt theſaurus STULTIS in lingua ſitus,
Ut quæſtui habeant loqui de melioribus.

Quinàm illi? Homines impuri, inquinati, Satanæ miniſtri, & hoc ipſo artificio, quod exercent, ſatis infames, deniq; omnium mortalium odium, quorum olim fronti *literam K lex Memmia* ſive *Remmia* minabatur. Sed audiuntur! inquis. Audiuntur, ſed à malis: Nam à bonis, quales tu Patronos habes, nullus omninò metus; & ſcito, illis ipſis hoc genus hominum formidari. Ut Antiochum (d) deſtruxêre conſiliarii, apud quem Annibalem criminabantur; Ita maximum periculum imminet iis, qui canum iſtorum latratu commoveri ſe patiuntur. Fortaſſis ex ipſa inimicorum pœna ſolatium ca-

pis? Crede ab ipsa Sapientia dictum: *Malitiam maximam partem veneni sui bibere; & compedes, quos aliis fecit, tandem gestare ipsum fabrum.* Sed circumspice omnium bonorum fortunam, neminem reperies, qui non expertus sit *Qualibet in sese convitia figere sævum.* Principem Medicorum, assiduum in DEI sapientia deprædicanda, fuerunt, qui ἄθεον vocarent! Et ut remotiora seponam, *Scaligerum* Phœbum eruditorum, & in re literaria sine controversia Principem, *Montacutus* non semel appellavit *præcipitem Grammaticum, stultum Philosophum, furiosum Mathematicum, cætera nihil. Casaubonum,* quo nec Græcia *Græcaniiorem* vidit, aliusne vel prima Græcæ linguæ elementa doctum, *Scioppius* etiam *lenonem, adulterum, furem. Lipsium* insimulavit *Petrus Faber Saturnaliorum* libellos fraudulenter sublegisse *è Semestribus* suis, *Muretus* alia *in Tacitum* abducere conatus est. Hi temporibus suis erant *Reipubl. literariæ Triumviri*, & audiebant talia; sed adeò non confun-

deban-

debantur, ut criminantium voces eodem sibi loco ducerent, quo *Demetrius Philosophus* apud Senecam. Scias etiam non sine providentia divina latrones istos immitti, ac bonos homines per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam simul tentari, ut (verbis Gregorii Magni) *si qua culpa ab ore laudantium nascitur, ab ore vituperantium suffocetur.* Quam ob rem, ut ei vias tuas permittas, & ut hactenus, sic in posterum industriæ & innocentiæ, aliisq; virtutibus, quibus in sinisteritate clariorem te reddis, litare pergas, nemo meliùs tibi suaserit, quàm tu ipse.

(a) *lib. III. c. 72.*
(b) *Ach. Tatio l. VI. p. 382.*
(c) *Plaut in Pœn. Act. III. sc. 3. v. 12.*
(d) *Justin. l. XXXI. c. 6.*

EPISTOLA IIX.

Qua de alio quovis malo amicum consolamur.

UTinam non accidisset, quod accidisse maximo cum animi mœ-

pis? Crede ab ipsa Sapientia dictum: *Malitiam maximam partem veneni sui bibere; & compedes, quos aliis fecit, tandem gestare ipsum fabrum.* Sed circumspice omnium bonorum fortunam, neminem reperies, qui non expertus sit
Qualibet in sese convitia figere sævum.
Principem Medicorum, assiduum in DEI sapientia deprædicanda, fuerunt, qui ἄθεον vocarent! Et ut remotiora seponam, *Scaligerum* Phœbum eruditorum, & in re literaria sine controversia Principem, *Montacutus* non semel appellavit *pracipitem Grammaticum, stultum Philosophum, furiosum Mathematicum, catera nihil. Casaubonum*, quo nec Græcia *Gracantiorem* vidit, aliusne vel prima Græcæ linguæ elementa doctum, *Scioppius* etiam *lenonem, adulterum, furem. Lipsium* insimulavit *Petrus Faber Saturnaliorum* libellos fraudulenter sublegisse *è Semestribus* suis, *Muretus* alia *in Tacitum* abducere conatus est. Hi temporibus suis erant *Reipubl. literaria Triumviri*, & audiebant talia; sed adeò non confun-
deban-

debantur, ut criminantium voces eodem sibi loco ducerent, quo *Demetrius Philosophus* apud Senecam. Scias etiam non sine providentia divina latrones istos immitti, ac bonos homines per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam simul tentari, ut (verbis Gregorii Magni) *si quæ culpa ab ore laudantium nascitur, ab ore vituperantium suffocetur.* Quam ob rem, ut ei vias tuas permittas, & ut hactenus, sic in posterum industriæ & innocentiæ, aliisq; virtutibus, quibus in sinisteritate clariorem te reddis, litare pergas, nemo meliùs tibi suaserit, quàm tu ipse.

(a) *lib. III. c. 72.*
(b) *Ach. Tatio l. VI. p. 382.*
(c) *Plaut in Pœn. Act. III. sc. 3. v. 12.*
(d) *Justin. l. XXXI. c. 6.*

EPISTOLA IIX.

Qua de alio quovis malo amicum consolamur.

UTinam non accidisset, quod accidisse maximo cum animi mœrore

rore accepi! Crede mihi, non poteſt ex propriis calamitatibus plus caliginis oculis offundi, quàm ex hac tua recenti. Eheu, quid tandem Pater ille Deorum cogitat? An tantæ calamitatis fluctus, quibus impii & humani generis flagella protinus abſorberi debent, etiam bonis omnibus ſuperfuſurus eſt? Sed abſit, ut invidiam plangamus DEO Optimo Maximo! Et quanquam Fortunæ hanc in te ſævitiam induiſit; mox tamen ex machina res adflictas reſpiciet, & unde tam luculentum damnum reſarcias, abundè ſuppeditabit. Manus Omnipotentis (quod è ſacris literis didiciſti) neq; mutila eſt, neq; decurtata, & facilè quod deeſt, cùm vult, largiri poteſt. Confide tantùm, & vel ex te Divinæ providentiæ argumentum cape, quem nunquam ita proſtravit, ut non faventiùs extulerit.

FOR-

FORMULA I.

Exprobrandi silentium.

SPerabam quidem fore, ut mœrorem ex absentia tua contractum frequentiâ literarum non tantùm mitigares, sed & animum rerum novarum commemoratione incredibili gaudio perfunderes. Ecquid enim mihi suavius, quid amabilius esse possit, quàm legere differentes tuas de clarissimorum ingeniorum conatibus, de forma Reipubl. de felicitate loci, & quod caput est, de secunda rerum tuarum conditione? Unicum, unicum hoc est blandimentum, quod tristiores aures animumque radere queat. Sed tu adeò nullas ad me scribis, ut (a) *Angeronam citius Romæ appellationem prodituram existimem*, quàm tu mihi ea, quæ tantoperè scire desidero: Vel si scribis, tam ex longo intervallo tuas accipio, *ut in extremis Garamantibus habitare videaris.* Nisi scires amorem meum erga te fla-

grantissimum esse, fortassis æquo animo silentium tuum ferrem: Sed cùm de affectu illo probè tibi constet, sanè quàm acerbum nunc est, nullam ἀντιφίλησιν mereri posse. Nam profectò ita interpretor, exosum tibi nomen meum esse, vel certè indignum, quod responsione aliquâ honestes. Sin abominaris hoc verbum meum; age, resume calamum, & quid agas, quî vivas, quæ loci tui fortuna sit, occasione proximâ nobis significa. Nunquam deerit scriptionis argumentum, nec etiam tantillum temporis, quod amicitiæ nostræ tribuas, & vindicando nomini tuo. Vindicare enim te debes, quem ob silentii contumaciam jamjam peracturus sum neglectæ fidei ac rupti sanctissimi fœderis reum.

(a) *Angerona* non omnis *silentii Præses*, ut vulgò putant, sed illius, *quo nomen alterum Romæ taceri tegiq; religio jubebat*; siquidem ob hoc ipsum *Angerona* Dea facta est, *& obligato* signatoq; *ore* statuta. Vide pulcherrimum

mum & accuratum ea de re discursum *Cl. Salmasii ad Sol. c. 1.*

FORMULA II.

QUid in te peccavi, quòd tam diu suspendis pulcherrimum amicitiæ genus? Crede mihi, *tunicâ* (a) *molestâ molestius est hoc silentium tuum.* Sic enim ignorare cogor, quàm benè valeas, quàm fortuna conatus tuos prosperet! Obsecro te per fidem, per sinceram illam familiaritatem, quam semper coluimus,

(b) *Si quid cana fides meruit, fuit aut tibi quicquam*
Dulce meum,

humanitatis simus memores, & mutuis sermonum obsequiis, narrationum varia per literas misceamus, atque ita perseveremus antiquum illud CREDERE. *Manus manum fricat*, quod dici solet; nec facilè deerit, quod tu mihi vel ego tibi scribam. Sin verò suavitatem istam invidere mihi per-

rexeris, insimulabo te coram omnibus Amoris ac Fidei Numinibus tanquam contemtorem illorum, & magnam ærumnarum mearum accessionem.

(a) *Juvenalis sat. 8. v. 235.*

Ausi quod liceat tunicâ punire molesta.

Tunica erat è sparto, & solita liniri pice & bitumine. Hac miseros & damnatos ad mortem induebant, & in ea sic ustulabant, ut docet *Lips. ad Sen. Epist. 14.* *Huc respexit Tac. lib. XV. Annal. cap. 44. § 7.* de Christianis loquens supplicio adfectis: *Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus suffixi, aut flammandi, atq; ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.* Juvenal. iterum sat. 1. v. 155.

- - - Teda lucebis in illa,
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.

Vid. *Weitz. ad Prudent. pag. 600. Lips. ad Sen. lib. III. de ira. c. 3. §. 26. Brod. II. misc.*

II. misc. 9. Sigon. III. de judic. 2.
(b) *Virgil. lib. IV. Æn. v. 317.*

FORMULA III.

E Silentio tuo quod augurium capiam? Vivis ne, an, quod abominor, ad plures abiisti? Putaram, te non provocatum (nam id ante discessum tuum datâ dextrâ promiseras) literarum flabro id me derivaturum sæpiùs; nunc à me compellatus prior, ne gry quidem respondes contrà. Credo equidem, nec vana fides, omnem mei memoriam tibi excidisse, & dulces illas conversationes, quibus amorem invicem olim nutrivimus, inter somnia nunc haberi. Nam si quid amoris erga me, si quid antiquæ superesset fidei, utiq; vel unâ lineâ salutandum me putares. *Nonnunquam tacere potest amor, mutus esse non potest.* At tu prorsus obmutuisti, nec me longo silentio excrucias, sed perpetuo. Molestam tibi scio hanc querelam; sed longè molestiorem mihi puta ejus

cau-

causam. Igitur ut molestiâ uterque careamus, & ego amicitiæ tuæ sensu, quàm secundùm divina in prima felicitatis parte collocare soleo, impostерum fruar prolixiùs, literis tuis exoptatissimis nonnunquam me invise. Nec id ægrè feret Apollo tuus, si partem temporis, quod illi hucusq; consecrasti, tribuas amicitiæ nostræ; *nec Venerilla indignabitur, si*, quas ipsius socias fingunt Poëtæ. *Gratiis lites.* Expecto certè tuas avidissimè, & interim ipsam expectationem in lucro deputo; τὰ (a) γὰρ ἡδέα τῶν πραγμάτων κἂν μὴ παρῇ τέρπει ταῖς ἐλπίσιν; hoc est: Jucundarum rerum expectatio, nedum præsentia, voluptatem affert.

FORMULA IV.

Patris ad Filium.

NIhil magis in votis fuit, quàm ut frequentia literarum & studiorum tuorum incrementum, & observantiam filialem mihi testareris. Sed omnia contrà eveniunt; nec unquam magis voca-

vocalis es, quàm cùm petenda pecunia & iniquâ calculatione decipiendus est Pater. *Quod libet, licet*, ad filium Principem quondam dicebat execrabilis Mater; quod etiam *minorum gentium Dominastri* à cunabulis sibi adnasci fas & æquum putant. Ego verò malim orbus esse, quàm admisso tanto flagitio conspurcare domus honestatem. Scias igitur, me projectam istam ignaviam & veternum tuum satis acriter vindicaturum, & ad mittendas pecunias, aliaque quæ verè vel falsò necessaria tibi dicis, tam alacrem fore, quàm tu nunc es ad conservandos jussus meos. Id fortè per quotidianas occupationes tuas non licet, per forum aleatorium, quod strenuè tibi calefaciendum est, per deambulationes & collurcationes nocturnas diurnas, (nam, ut audio, non es omnis fumi imperitus, & captandorum apud νεοφύτȣς symposiorum) & per alia extra ordinem facienda, quæ vel ex trimestribus postulationibus tuis & designatione convi-

ctc

ctoris facilè cognoſco. Itane, perditiſſime, conſervantur bona animi, corporis, fortunæ, DEI Opt. Max. gratia & benignitas? Iſtane ad promotiones & benevolentiam Magiſtratuum compendiaria via eſt? *Heu, me infelicem tanto familiæ carcinomate!* Sic enim hucusq; ejulare cogor; nec ejulare deſinam, (qui enim fas ſit?) quàm ubi te ſtultitiæ tuæ pœnitere, mores iſtos barbaros ac flagitioſisſimos exuere, ſobriam vitam ſectari, ſtudia tua gnaviter urgere, & imprimis diligentiam tuam crebris epiſtolis declarare, re ipsâ deprehendero. Quanquam non ſolùm infortunium meum deflebo, ſed & ita rebus meis & tuis conſulam, ne gangræna ſerpat ad brachium, & totum corpus intereat.

COMMENDATITIÆ.

EPISTOLA I.

Qua Pater commendat Filium.

TAm altè perſpecti favoris tui fiduciâ commendo nunc in Celeberrimam

rimam Universitatem Vestram missum filium meum. Ut enim militem sine commeatu, ita hunc meum sine commendatitiis ad Vos excurrere periculosum videbatur. Sed enimverò, non tam eruditionis, (quæ tamen maxima est) quàm virtutis, probitatis & pietatis famâ ad nos inclaruisti; unde domum tuam tanquam templum ipsi patere velim, ut cùm te viderit, salutârit, ac differentem audierit, ad hoc tam Illustre speculum mores suos componat. Dabis igitur hoc petitioni meæ, & affectum filio meo impendes, qualem Studiosis soles, hoc est, cum Museo doctrinæ tuæ fontes ipsi recludes, & ad calcandam virtutis tuæ viam gravissimis adhortationibus magis magisq; accendes. Quanquam non dubitem, ut quem jam domi ex me diligere ac venerari, didicit, sponte suâ nec excitatus sequatur, eiq; omnibus modis placere studeat. Rogarem te pluribus; nisi rogationi meæ Martialinum illud intercederet: (a)

- - - - Peccat,
Qui commendandum ſe putat eſſe
ſuis.

Filium meum, ut meipſum, & Vobis qui plus me quàm fraternâ charitate hucusq; proſecuti eſtis, ut meis, commendo.

(a) *lib. III. epigr. 5.*

EPISTOLA II.

Qua commendamus alium.

QUi tibi tradit literas meas, is per aliquot annos arctiſſimâ familiaritate mecum junctus fuit. Et cùm aliàs è multa converſatione tædium naſci ſoleat, tanta morum gratiâ ſe commendavit, ut quò propiùs viveret, eò magis me ſibi copularet. Acceſſit vehementiſſima diſcendi cupido, & laboris literarii ſuſcipiendi alacritas ſumma, dum in bonis Auctoribus evolvendis diurnus, & *contra Medicorum ſcita* nocturnus etiam, majorem illum Plinium, *prodigioſæ induſtriæ virum*, ſuperare ſtudet. Poſſim alia; niſi ſeculi malitia laudationum auctoritatem jam

labe-

labefactasset. Multæ passim deceptorum querelæ, multæ commendantium palinodiæ & retracta verba. Hîc tamen nullum metuo existimationi meæ periculum, vel morum ipsius in deterius mutationem. Quem, inquis, Deorum (a) sponsorem accepisti? Eum scilicet, qui neminem catum ac prudentem fallit;

--- *Incoctum generoso pectus honesto.* (b)

Quæso, antequam illum probes, proba ipse; Næ tu ita censebis, toto pectore à me jure admissum fuisse, & à te quoq; admittendum esse. Quod præcipuum est, justis pretiis æstimare didicit, quicquid ipsi præstatur favoris & auxilii, & erit tempus, cùm apud omnes bonos & humanitatem tuam, & in ea me ipsum, cujus scil. commendatitiæ tantùm sibi profuerint, gratissimâ recordatione venerabitur.

(a) *Senec. ep. 82.*
(b) *Pers. sat. II. v. 74.*

EPISTOLA III.

Ejusdem argumenti.

COmpello Te, Vir Clarissime, de re, quæ præstari mihi potest omnium acceptissima, nec compello ex seculi consuetudine. *Nulla enim fraus moribus hodiernis, scio, tam invaluit, quàm viros bonos falsis commendationibus circumvenire;* quæ ut omnes impudentiæ lineas longè supergreditur, sic iis, qui & commendatiis & admissione primâ dignissimi sunt, in exitium vertit. Nam quod de Tiberio proditum est, (a) *in falso semel deprehensum, vero quoque & honesto fidem dempsisse;* idem ferè hîc metuendum est, ne iterum iterumque deceptis viris magnis omnes commendationes suspectæ fiant. Sed, Fidem testor! quem hîc fidei tuæ commendo Juvenem, *Dominum N. N.* diu probavi, nec quicquam ex amore scribo, quem tamen ipse meruit, sed è judicio. Natus est in ditione nostra honesto loco, Patre Senatore, ac propter

pter humanitatem, beneficentiam, prudentiam omnibus & amabili & venerabili, qui cùm ei hoſpitium & contubernium apud me deſignaſſet, eundem me velut Parentem ſuum nullo non obſervantiæ & obſequii genere percoluit. Habui prætereà publicè & privatim Auditorem ſanè quàm induſtrium, & omnium, quæ audiebat, capaciſſimum. Multas enim egregias dotes, memoriam rerum lectarum tenacem, cum judicio ſingulari, quam rariſſimam copulam eſſe nôſti, præter ingentem aviditatem abſcondita penetrandi, probitatem ac modeſtiam, aliaque naturæ benignitas ipſi largita eſt, de quibus Patri ac Patriæ non ſemel gratulabar. Quod igitur in te eſt, florentiſſimum iſtum Juvenem ama, fove, juva, meam & Parentis vicem exple; ſed & certò tibi perſuade, me amicis tuis gratiſſimo animo redditurum, quod tu tam benignè præſtitiſti meis.

(a) *Tacit. IV. Annal. 9.*

EPISTOLA IV.

Quâ Studiosum non tam commendamus, quàm à calumnia liberamus.

VEnit ad me, cùm à prandio surrexissem, (nam id tempus ab aliis negotiis liberum mihi esse animadvertebat) & cum multis lachrymis fortunam suam mihi exposuit Præstantissimus Doctissimusque Juvenis, ut adversùs se in ædibus tuis calumnia debachata, helluationis; negligentiæ, impietatis horrenda crimina impegisset. Fatear ingenuè, cohorrui totus ad indignitatem rei, & vicem ejus sanè quàm dolenter tuli, quem ab istis vitiis nôram alienissimum. Scio equidem inter graves seculi calamitates hanc præcipuam esse, ut convitiis proscindantur boni, pro simulatoribus integri ac erecti animi homines, pro luxuriosis frugales, pro ignavis strenui, stupendâ & in omnium virtutum perniciem grassaturâ versutiâ differantur. *Hinc* enim

pulchræ illæ ac felices, si Diis placet, promotiones, ut Sella in curuli Struma Nonius sedeat, &, virtute plusquam Cimmeriis tenebris sepultâ, *fuci ac pepones ad gubernacula & cathedras provehantur*. Sed nimirum conscientiæ meæ interesse putavi, ne sub cruento Momi gladio Juvenum innocentissimum relinquerem; de cujus moribus eò meliùs mihi constat, quòd vix unus aut alter paries nos dividat. Assevero itaque tibi Germanâ fide, nihil aliud illum mihi tam conciliasse, quàm vitæ honestatem, indolem præclaram, diligentiam planè indefessam, utpote quâ omni modo hactenus cavit, ne robur ætatis per otium & inania deflораretur. Nec industriam destituit fortuna, & pro ipso loqui potest Disputatio cum magno Professorum & Studiosorum applausu nuper habita. Quanquam autem certò mihi persuadeam, (novi enim prudentiam & moderationem tuam) te nolle sub tam frigida calumnia delitescere; tamen cùm non de

unoquoque remotis conſtare poteſt, debui non tam petenti, quàm ultrò teſtimonium iſtud contra Pallorem & Invidiam Clienti tuo impertiri.

Amicitiæ petendæ

FORMULA I.

SExcentis votis eam fortunam non ſemel expetebam, ut in inclutam Univerſitatem Veſtram excurrere, teq; imprimis & Bibliothecam tuam mihi viſere liceret. Nam ex quo primùm ingenii tui fœtus, quibus nihil limatius, nihil laborioſius, nihil ſuavius, familiaris quidam mecum communicavit, dici non poteſt, quàm amor tui totum animum meum occupârit. Sed hoc omne conſilium tum negotiorum variæ tricæ, tum temporum calamitas, &

Hercynia Cacus (a) *timor atq; infamia ſylvæ*

non diſtulit, ſed evertit. Igitur quanquam ignotus inviſusq; & ab omnibus iis deſtitutus, quæ Doctorum bene-

nevo-

nevolentiam conciliare ſolent, tamen literis hiſce auſus ſum me tibi ſiſtere, quòd non tam ſublimiori ac ſanctiori cultu digna eruditio tua confidentiam, quàm benignitas & humanitas è ſcriptis tuis paſſim elucens timiditatem excludere videretur. Non dubito, quin pro hac ſingulari virtute, me, licet infimum, inter tuos ſis numeraturus, & meritis accenſurus mentem Clariſſimi Nominis tui obſervantiſſimam. Hanc enim unam habeo, quam coram te jactare poſſum, & dignam exiſtimare, quæ favorem tuum inæſtimabile mihi bonum reportet.

(a) Ex *Ovidio*, qui ait:

Cacus Aventinæ timor atq; infamia ſylvæ.

FORMULA II.

NIſi tam humanus eſſes, quàm doctus, maluiſſem religioſo ſilentio Nominis tui reverentiam teſtari, quàm hanc ſcribendi provinciam ſuſcipere. Sin omninò neceſſitas per

pulisset, non sine solenni veterum præfatione te compellâssem, UT FAS SIT. Sed par humanitatis & eruditionis tuæ fama; dum qui à vobis nos invisunt, uno ore de te istud prædicare soleant, *humanissimos ad humanitatem tuam comparatos inhumanos videri.* Quam ob rem hac solâ fretus tantum audeo, quod aliàs tantùm tui similibus licet, & præterea remotis omnibus ambitiosioribus formulis te rogo, ut si quis locus apud te vacat, me inter devotos & gloriæ tuæ consecratos recipere velis. Non ingratum me geram pro tanto beneficio. Et cùm multos in orbe literato habeas, è quorum famigerata eruditione plus ornamenti capit familiaritas, nullius tamen fidei quicquam concedam ego. Huic tantæ petitioni meæ ne, quæso, irascere, si adhuc unam adjiciam. Cùm enim tu sis ille, ad quem dubitationes suas passim referre, & inde *tanquam ab Apollinis cortina responsa petere*, soleant bonarum literarum Studiosi, de libero etiam aditu te compello, ut quo per ingenii

genii mei tenuitatem non licet, beneficio tuo perveniam. Nosti Plautinum illud: (a)

Viam qui nescit, quâ deveniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem sibi.

(a) *Pœn. Act.* III. *sc.* 3. *v.* 14.

INVITATORIÆ.

EPISTOLA I.

Quæ invitat amicum ad quandam festivitatem.

CUm instet annua nostra festivitas, velim eam maximè festivam esse. Nunquam autem talis mihi erit, nisi (a) *unà sint*, quos ob ingentia beneficia diuque perspectam humanitatem veneror & amo. Inter eos cùm tu sis Princeps, oro te, *diem unum & alterum combure*, & dona nobis amplexum tuum. Obambulabimus, fabulabimur, ridebimus, & hilaritatis *poculo* nos invitabimus, non grandi vel capaci, ne quid formides, sed *Socrati-*

co, & tanquam conſulturi valetudini noſtræ. Debeo unum *tibi & Cajæ tuæ*; neque ſumptuoſiorem in cibo me fore ſuſpiceris, qui voluntatem & lubentiam æſtimari volumus. Præter minuta quædam piſcium & altilium, & gallinam, quæ epularum noſtrarum *fundus* (b) *& fundamentum*, ſive, ut veteres loquebantur, *caput* erit, promitto nihil. Bellariorum ſive ſaccharis ac mellitorum globulorum loco apponam aliquid fructus domeſtici. Expoſui tibi omnia candidè & apertè, ut ſoleo in omnibus, ne ſit in cœna vulgatæ querelæ locus, propter hoſpitem (c) majorem fumum factum eſſe. Quam ob rem omninò te exſpectamus, & avidiſſimè, tanquam quod in honorem nobis ceſſurum exiſtimamus. Excuſationes illas ſolennes: Pluvium cœlum metuebam, negotium vetabat, metus erat, ne inutili ſarcinâ Muſæum tuum premerem, nihil, inquam, horum clementi vultu audiam. Nam prioribus mederi in proclivi eſt. De poſtremo ſic habe, urgenti & ſin-
cera

cerâ mente invitanti nullam injuriam, neq; per abusum quidem infligi posse.

NOTA:

(a) Romanismus: UNA ERIMUS HODIE. Terentius Heaut. Act. 1. sc. 1. v. 110. *Dionysia hic sunt; hodiè apud me sis volo.* Juv. sat. V. v. 18. *unà simus, ait.* vide *Casaub. ad Aristip. Diogen. p. 41.*

(b) Sive ut è Pindari Olymp. od XI. dici posset: φυγόξενον, Schreckengast/ Jagengast.

(c) Senec. epist. 68.

EPISTOLA II.

Quæ invitat ad Nuptias.

VIr Clarissime, ἄνευ προοιμίου, ut epistolam decet, & negotia tua desiderant, *Ora* (a) *maritali capistro porrexi*, & jam *tabulæ nuptiales*, ut ex veteri ritu loquar, inter me ac lectissimam Virginem N. N. *signatæ* sunt. Nuptias celebrabimus, more majorum, altero post Idus Junias. Ut autem omnia fiant auspicatissimè, Fautorum, Amicorum & Affinium præsentiâ cum-

primis opus esse censco. Cujus mentis etiam erant veteres nostri, quorum solennitatibus nuptialibus, auctore *Tacito* (b) intererant Parentes ac Propinqui: Sed nemo mihi propinquior, sive constantem in me benevolentiam, sive beneficiorum magnitudinem considero, quàm Tu ipse. Quamobrem ut à consuetis negotiis tuis nonnihil te vindices, cum suavissima Conjuge tua dicto nuptiis die ad nos excurras, tum in templum unà cum cæteris necessitatibus nostris me meamq; deducturus, tum Genialibus epulis Gratias tuas allaturus, eâ, qua par est, observantiâ rogo. Hospitium tibi metati sumus in ædibus honesti ac munditiei studiosissimi Viri. Quanquam autem ita me tibi obligatum sentio, ut si vitam pro vita tua prodigam, (c) nullam partem videar meritorum tuorum assecutus; tamen adhuc tam luculentum exambire volui, quòd in omni vita nulla res adeò mihi proposita est, quàm ut quotidiè vehementiùs te de me optimè meritum esse latêre.

(a) *Ju-*

(a) *Juven. sat. VI. v. 43.*
(b) *in Germ. c. 18.*
(c) *Ciceronianum hoc est lib. I. ep. 4.*

ADHORTATORIÆ.

EPISTOLA I.

Quæ urget editionem promissi Scripti.

LEgebam olim promissa tua de editione Quæstionum Politicarum jam ante sexennium facta; & jam dudum existimavi apud Typographum esse, certè vota concepi pro partu. Sciebam, quæ dexteritas judicii Tui esset, quanta in tractandis controversiis cura, quantus verborum delectus; nec poteram non ingenti desiderio eorum, quæ minatus eras, flagrare. Sed res & spes humanas! Toties expetitum, toties clamatum Hylam ne nunc quidem videmus; & efficis, ut te *Antigoni* cognomine affecturi simus, quem Dasonem appellatum nôsti, (a) quòd esset ἐπαγγελτικὸς μὲν, οὐ τελεσιουργὸς, δὲ τῶν ὑποσχεσέων.

promissor quidem, at non effector pollicitorum. Orò Te per famam & gloriam Tuam, cujus interest hæç tanta abs Te maturari, ne nos ultrà crucies, sed exoptatissimam illam lucem videre sinas, quâ sitim nostram expleamus. Nosse quidem mihi videor ingenium Tuum, omni præcipitantiæ adversissimum, & præivit Tibi Madaurensis Philosophus: (b) *Nullam rem posse eandem festinatam simul & examinatam; nec esse quicquam omnium, quod habeat laudem diligentiæ simul & gratiam celeritatis.* Sed jam satis longum tempus dedimus, & propter inconstantiam rerum nostrarum ultrà cunctari non debes. Si enim (quod Deus avertat) Tibi ferrea illa lex imperaverit, quis alter Hercules esse posset, ut Politicum illud tanti Atlantis cœlum sustineat?

(a) *Plut. in Æmil. Paulo. Bern. ad Justin. lib. IX. c. 8. §. 8.*

(b) *Apul. l. de Deo Socrat.*

EPISTOLA II.

Qua urget Reconciliationem.

Valdè

VAldè molestum mihi fuit, tantum dissidium inter te ac illum, de quo scribis, exarsisse. Fuerunt haud dubiè, qui acclamatione sua *ἰὴ παιῆον*! vosmet accenderent; quod genus buccinatorum ut semper oderunt viri prudentes, ita eorum exemplum Tete imitari par erat. An sinistris suspicionibus tantum indulsisti, ut in hoc tam infame certamen descenderes? Sed ignosce, quòd pro jure amicitiæ ago, non decet sapientem *φαντασιοκοπεῖσθαι*: (a) Scripsissem de hac ægritudine mea citiùs, sed confidebam mansuetudini tuæ, fore scilicet, ut calor & ferocia utriusque mox despumaretur, & revocata ad mentem pristina familiaritate odiis, vel finem poneret vel modum. Didiceram enim è Romano Sapiente: (b) *Primam iram non audebimus oratione mulcere, surda est & amens: dabimus illi spatium. Remedia in remissionibus prosunt; nec oculos tumentes tentabimus, vim rigentem movendo incitaturi, nec cætera vitia dum fervent.* Hæc causa fuit, cur non statim *faci*, qua ex-

qui vident, ætatem ultra putant) naturæ tanquam munus suum sibi vindicat. Igitur licet maximum istud sit; tamen de tuis illis magis & lætamur & gratulamur. Utinam tum nobiscum fuisses, cùm primum libavimus specimen tuum! Vidisses exilire, tripudiare, in amplexus tuos ruere, ac tantum bonum patriæ nobisque perpetuum vovere. Quippeni? Cùm enim peregrinis etiam maximè gratiosa virtus sit; quantum affici necesse est, qui familiaritate aut sanguinis conjunctione te proximè contingunt? Quanquam autem, ut ex hisce facinoribus tuis patet, te ipsum mones, hortaris, impellis; tamen ut amicitiæ nostræ & Parentum tuorum petitioni, qui has mihi partes injunxerunt, satisfacerem, acclamationis loco subjicere volui, ut *teipsum quotidiè superare studeas! Hoc enim præstantissimum victoriæ genus est*, judice Platone; *hæc bonorum gloria, ut quotidiè meliores sint*, judice (a) Salviano. Habes hîc, quod scias, æmulos; (quo enim modo istis virtus

tua

tua carere possit?) qui laudibus tuis accensi studia intendunt, & famam tuam adumbrare conantur, nisi naturæ dotibus strenuè usus in id culmen enitaris, quò ipsi sese pervenire posse desperant. Jam quantum tibi calcar subdere debet innata generosis animis IMMORTALITATIS cupido? quam ex his studiis tuis omninò tibi polliceri debes. Nam ut tot exemplorum suffragiis munitus disserit Romanus Sapiens: (b) *Hoc unum est è rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod nulla consumat vetustas; cætera, quæ per constructionem lapidum & marmoreas moles aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagabunt longam diem; quippe & ipsa intereunt.* IMMORTALIS EST INGENII MEMORIA! Et hac gloriâ tua cùm Parentum quoque tuorum sustineatur vita, nullis illi sumptibus parcent, nulli labori, quò studiis tuis succurrant, libros & alia tibi necessaria parent. Unum est quod cavere te volo, (est enim frequentissima honesta-

rum

I

rum mentium pestis) ut *cùm profe-ctuum tuorum incrementum vides, per-suasioni & arrogantiæ aquâ & igni in-terdicas*, atq; ita existimes, neminem de se minùs sensisse, quàm quos con-summata doctrina inter heroas collo-cavit.

(a) *lib. VI. de Guber. DEI p. 194.*
(b) *Consol. ad Polyb. c. 37.*

OBJURGATORIA.

HEu quàm sinistra fama de muta-tione morum tuorum apud nos percrebuit! Tene illi Sathanæ pulvi-nari suaviter indormire? dies perdere? *catalogum Tartari augere?* Tanquam scilicet libris injuria fiat, si terantur; & valetudini, si cum animo corpus im-pendas, *studia pejus odisti, quàm fullo ululam.* Contrà *in latebris* nescio qui-bus & pecuniam & verecundiam, *& fi-dem & pietatem* in Deos hominesq; *sepelis.* Quæso, *mi homo*, (adhuc enim comitatis & amoris verbo te alloquar, quamvis ea committas, quæ execratio-nem potiùs nominis tui merentur) *istisne*

istisne moribus in Academiis vivitur, in honestatis ac doctrinæ officinis, imò Deorum templis? Olim apud Paganos (a) & verâ luce destitutos in theatro nefas erat exscreare aut mungere, quòd cultui Deorum consecratum esset; nunc ex Christianis geniti, &, si Christo placet, sub illius vexillo militantes, nihil veremur sanctimoniam loci, sed ea facere sustinemus, quæ ne viderunt unquam *loca Ædilem metuentia.* (b) Forsan hoc libertatem appellas, & tanquam hæreditarium bonum concedi tibi postulas? Potes unâ operâ & latrocinandi licentiam petere. Sed nolo plura de tam inhonesto vitæ genere; nec etiam præ magnitudine doloris plura possum, qui introrsum fugit, & saucio corde abditus explicari linguâ nequit. Hoc tantùm volo: nisi DEI reverentia penitus excidit, *nisi perpetuum bellum cœlo indixisti, nisi Parentes & Fautores tuos pro fungis ac peponibus habes*; resipisce, ac vel *utilitatis anchora fluctuantem pietatem stabili.* Nam scire debes, cum

qui vident, ætatem ultra putant) natura tanquam munus suum sibi vindicat. Igitur licet maximum istud sit; tamen de tuis illis magis & lætamur & gratulamur. Utinam tum nobiscum fuisses, cùm primum libavimus specimen tuum! Vidisses exilire, tripudiare, in amplexus tuos ruere, ac tantum bonum patriæ nobisque perpetuum vovere. Quippeni? Cùm enim peregrinis etiam maximè gratiosa virtus sit; quantum affici necesse est, qui familiaritate aut sanguinis conjunctione te proximè contingunt? Quanquam autem, ut ex hisce facinoribus tuis patet, te ipsum mones, hortaris, impellis; tamen ut amicitiæ nostræ & Parentum tuorum petitioni, qui has mihi partes injunxerunt, satisfacerem, acclamationis loco subjicere volui, ut *teipsum quotidie superare studeas! Hoc enim præstantissimum victoriæ genus est*, judice Platone; *hæc bonorum gloria, ut quotidie meliores sint*, judice (a) Salviano. Habes hîc, quod scias, æmulos; (quo enim modo istis virtus

tua

tua carere possit?) qui laudibus tuis accensi studia intendunt, & famam tuam adumbrare conantur, nisi naturæ dotibus strenuè usus in id culmen enitaris, quò ipsi sese pervenire posse desperant. Jam quantum tibi calcar subdere debet innata generosis animis IMMORTALITATIS cupido? quam ex his studiis tuis omninò tibi polliceri debes. Nam ut tot exemplorum suffragiis munitus disserit Romanus Sapiens: (b) *Hoc unum est è rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod nulla consumat vetustas; cætera, quæ per constructionem lapidum & marmoreas moles aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagabunt longam diem; quippe & ipsa intereunt.* IMMORTALIS EST INGENII MEMORIA! Et hac gloriâ tua cùm Parentum quoque tuorum sustineatur vita, nullis illi sumptibus parcent, nulli labori, quò studiis tuis succurrant, libros & alia tibi necessaria parent. Unum est quod cavere te volo; (est enim frequentissima honesta-

rum

qui vident, ætatem ultra putant) natura tanquam munus suum sibi vindicat. Igitur licet maximum istud sit; tamen de tuis illis magis & lætamur & gratulamur. Utinam tum nobiscum fuisses, cùm primum libavimus specimen tuum! Vidisses exilire, tripudiare, in amplexus tuos ruere, ac tantum bonum patriæ nobisque perpetuum vovere. Quippeni? Cùm enim peregrinis etiam maximè gratiosa virtus sit; quantum affici necesse est, qui familiaritate aut sanguinis conjunctione te proximè contingunt? Quanquam autem, ut ex hisce facinoribus tuis patet, te ipsum mones, hortaris, impellis; tamen ut amicitiæ nostræ & Parentum tuorum petitioni, qui has mihi partes injunxerunt, satisfacerem, acclamationis loco subjicere volui, ut *teipsum quotidie superare studeas! Hoc enim præstantissimum victoriæ genus est*, judice Platone; *hac bonorum gloria, ut quotidie meliores sint*, judice (a) Salviano. Habes hîc, quod scias, æmulos; (quo enim modo istis virtus

tua

tua carere possit?) qui laudibus tuis accensi studia intendunt, & famam tuam adumbrare conantur, nisi naturæ dotibus strenuè usus in id culmen enitaris, quò ipsi sese pervenire posse desperant. Jam quantum tibi calcar subdere debet innata generosis animis IMMORTALITATIS cupido? quam ex his studiis tuis omninò tibi polliceri debes. Nam ut tot exemplorum suffragiis munitus disserit Romanus Sapiens: (b) *Hoc unum est è rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod nulla consumat vetustas; cætera, quæ per constructionem lapidum & marmoreas moles aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagabunt longam diem; quippe & ipsa intereunt.* IMMORTALIS EST INGENII MEMORIA! Et hac gloriâ tua cùm Parentum quoque tuorum sustineatur vita, nullis illi sumptibus parcent, nulli labori, quò studiis tuis succurrant, libros & alia tibi necessaria parent. Unum est quod cavere te volo, (est enim frequentissima honesta-

rum

qui vident, ætatem ultra putant) natura tanquam munus suum sibi vindicat. Igitur licet maximum istud sit; tamen de tuis illis magis & lætamur & gratulamur. Utinam tum nobiscum fuisses, cùm primum libavimus specimen tuum! Vidisses exilire, tripudiare, in amplexus tuos ruere, ac tantum bonum patriæ nobisque perpetuum vovere. Quippeni? Cùm enim peregrinis etiam maximè gratiosa virtus sit; quantum affici necesse est, qui familiaritate aut sanguinis conjunctione te proximè contingunt? Quanquam autem, ut ex hisce facinoribus tuis patet, te ipsum mones, hortaris, impellis; tamen ut amicitiæ nostræ & Parentum tuorum petitioni, qui has mihi partes injunxerunt, satisfacerem, acclamationis loco subjicere volui, ut *teipsum quotidie superare studeas! Hoc enim præstantissimum victoriæ genus est*, judice Platone; *hæc bonorum gloria, ut quotidie meliores sint*, judice (a) Salviano. Habes hîc, quod scias, æmulos; (quo enim modo istis virtus

tua carere possit?) qui laudibus tuis accensi studia intendunt, & famam tuam adumbrare conantur, nisi naturæ dotibus strenuè usus in id culmen enitaris, quò ipsi sese pervenire posse desperant. Jam quantum tibi calcar subdere debet innata generosis animis IMMORTALITATIS cupido? quam ex his studiis tuis omninò tibi polliceri debes. Nam ut tot exemplorum suffragiis munitus disserit Romanus Sapiens: (b) *Hoc unum est è rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod nulla consumat vetustas; cætera, quæ per constructionem lapidum & marmoreas moles aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagabunt longam diem; quippe & ipsa intereunt.* IMMORTALIS EST INGENII MEMORIA! Et hac gloriâ tua cùm Parentum quoque tuorum sustineatur vita, nullis illi sumptibus parcent, nulli labori, quò studiis tuis succurrant, libros & alia tibi necessaria parent. Unum est quod cavere te volo; (est enim frequentissima honestarum

rum mentium pestis) ut *cùm profectuum tuorum incrementum vides, persuasioni & arrogantiæ aquâ & igni interdicas*, atq; ita existimes, neminem de se minùs sensisse, quàm quos consummata doctrina inter heroas collocavit.

(a) *lib. VI. de Guber. DEI p. 194.*
(b) *Consol. ad Polyb. c. 37.*

OBJURGATORIA.

HEu quàm sinistra fama de mutatione morum tuorum apud nos percrebuit! Tene illi Sathanæ pulvinari suaviter indormire? dies perdere? *catalogum Tartari augere?* Tanquam scilicet libris injuria fiat, si terantur; & valetudini, si cum animo corpus impendas, *studia pejus odisti, quàm fullo ululam*. Contrà *in latebris* nescio quibus & pecuniam & verecundiam, *& fidem & pietatem* in Deos hominesq; *sepelis*. Quæso, *mi homo*, (adhuc enim comitatis & amoris verbo te alloquar, quamvis ea committas, quæ execrationem potiùs nominis tui merentur) *istisne*

istisne moribus in Academiis vivitur, in honestatis ac doctrinæ officinis, imò Deorum templis? Olim apud Paganos (a) & verâ luce destitutos in theatro nefas erat exscreare aut mungere, quòd cultui Deorum consecratum esset; nunc ex Christianis geniti, &, si Christo placet, sub illius vexillo militantes, nihil veremur sanctimoniam loci, sed ea facere sustinemus, quæ ne viderunt unquam *loca Ædilem metuentia.* (b) Forsan hoc libertatem appellas, & tanquam hæreditarium bonum concedi tibi postulas? Potes unâ operâ & latrocinandi licentiam petere. Sed nolo plura de tam inhonesto vitæ genere; nec etiam præ magnitudine doloris plura possum, qui introrsum fugit, & saucio corde abditus explicari linguâ nequit. Hoc tantùm volo: nisi DEI reverentia penitus excidit, *nisi perpetuum bellum cælo indixisti, nisi Parentes & Fautores tuos pro fungis ac peponibus habes*; resipisce, ac vel *utilitatis anchora fluctuantem pietatem stabili.* Nam scire debes, cum

mo-

nioribus etiam subsidiorum tuorum naufragium te facere, quòd in Patronorum animos hic de te rumor altissimè descenderit.

(a) *Casaub. ad Sueton. Neron. c. 24.*
(b) *Seneca de vita beata. c. 6.*

RELATORIÆ.

EPISTOLA I.

JUbes, ut quæ videamus, audiamus, frequentioribus meis significem. Facerem lubens, quòd in omnibus gratificari tibi studeo; sed publicorum exiguam, vel planè nullam notitiam habeo. *Nova* quidem *multa venalia sunt, scio asse facillimo; & tanquam in foro scrutorum pleno mercem nigram & albam, lotam & illotam, tritam & rudem reperire licet.* Sed cùm emptam rursus vendendo non semel offensam retulerim in posterum mihi ferè omni curiositate interdixi. Convenit me nuper unus ex iis, *qui se solos putant verum in sinu portare*, & audistin', inquis, mirabile, invisum, inauditum, ex quo

quo Noriberga Laurentium adorare desiit? Nondum. Mensis erat December, dies 20. ejusdem, hora 6. jam abibat in septimam, *momentum* (a) *scit nemo*, præter æedituam; cùm è *fenestra ædis Laurentianæ erumpit clara flamma*. Viderunt plures, sed desino; nam scio tardam esse fidem tuam, & jam cogitare illud Taciti: (b) *In omnibus magnis mendaciis interfuisse se quosdam, & vidisse affirmare*. Jussi confidenter pergere; obsequitur, &, eadem illa æditua, inquit, dum campanam vespertinam concussura fores ædis reserat, tum *exorto* inter penetralia *gravi tumultu*, tum *stupendo Genii adspectu*, ad deliquium usq; percellitur. Quòd si triduo elapso demùm cuncta aperiat, & quidem paucis, ad quos pertineat tam horribile secretum, pro imperio ejusdem Genii sese ait facere. Tum ulterioris narrationis impatiens. *Nihil*, inquam, *sapiunt cives vestri, nisi supra fœminam sapiunt. Id enim homuncularum genus tam facilè prodigia videt, quàm*

Poëtæ

Poëtæ coëuntes Deos. *Cumprimis morbus Epidemius hic est, & omnibus ædituis à conditis templis familiaris, ut miras species videre se putent.* Ad hæc ille commotior, suspicabar hoc scilicet, inquit, me nullam apud te fidem inventurum. Ideò affirmo tibi conceptis verbis, me de nullo periculo te moniturum, etiamsi ad portam siet. Et cum dicto abiit *tam confusus, ut valedicentium verborum oblivisceretur.* Hæc narrare tibi volui; & *potes, si placet, capillum promittere.* De me hoc velim scias; ut vera prodigia eâ quâ par est pietate prosequor; ita credulorum turbæ immisceri nolo; & si omninò divinandum jam mihi sit, Hetruscorum disciplinam secutus, *ex intestinis auspicium capiam.* Alia inquam, manè videntur & jejuno stomacho, alia vesperi.

(a) Sic loquebantur veteres, *cum jocarentur.* Seneca in Apocolocyntosi: *Mensis erat October, dies 3. Idus Octobris, horam non possum tibi certam dicere.* Et mox; *Patere Mathemati-*

eos aliquando verum dicere, qui illum, ex quo Princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt, & tamen non est mirum, si errant; horam ejus nemo novit. Et inscriptio jocularia *IV. pag. 3. apud Grut.* in Spuriis. VIV AN. XL. M. II. D. IX. HORAS SCIT NEMO.

(b) *lib. 1. histor. c. 34. §. 3.*

EPISTOLA II.

EST hoc sinceræ amicitiæ peculiare, ut frequenti confabulatione gaudeat, nec secundi nec adversi quicquam alteri contingat, quod alter se latere velit. Idcircò de omnibus tum publicis tum privatis tecum conferre soleo, & statim. Nam amicos (a) *spissi gradissimos ac tardiores quàm corbitæ sunt in tranquillo mari* ut fastidientes, ita minùs amicos credimus. Contrà *ὠκεῖαι* (b) *χάριτες γλυκερώτεραι.* De publicis quidem nunc parciùs; quod periculosum sit, *incedere* (c) *per ignes suppositos cineri doloso*; ac

præ-

prætereà literæ in taberna Viatina reſerari ac pellegi ſoleant. Hoſtis longè latèque dominatur per provincias noſtras, & exhauſtis jam omnibus ſublatâque ſpe ſubſidiorum, ajunt de Neutralitate cogitare Celſisſimum Principem, quicquid tandem alii calumnientur ac ſentiant, Religionis androgynum, anatem amphibiam eſſe. Ac profectò [illegible] eſt Imperii noſtri tempeſtas, ut cùm portum tenere nequeas, ventis obſequi debeamus. Sed *omnium graviſſimum malum inteſtina noſtra DISCORDIA, quæ calamitates ab hoſte inflictas leviores facit.* Plura non dico. Annonæ caritas hominum malitiâ, quæ nos divinâ benignitate, atrociter ſpoliat, valdè intenſa, multos hinc migrare cogit. Nec credo uſpiam locorum tam attentos Patresfamilias reperiri, ut qui ſine computatione nummorum nullam diem tranſigunt. *Novi podagricum, qui cùm ſuetum iter ad arcam terere non poſſet, eam loco moveri, & ad lectum ſuum transferri juſſit.* Tanta verò loci amœ-

amœnitas, ut perinde ſit *ad Gemonias ſcalas habitare*, atq; iſthîc, *ubi tot haræ, tot ſterquilinia*, quot cives. Niſi enim hujuſmodi Laurus præfigantur foribus, nemo civium ad majorum ſuorum gloriam adſpirare ſe putat; & adſueti jam ab antiquo huic jumentorum ſuorum piperi, *Cilicibus crocum*, *Indis nucem myriſticam*, *Aſſyriis amomum*, *Gallis rorem-marinum facilè relinquunt*. Liber vulgatus eſt nuper, quem neſcio an videris, opus excellentiſſimum; cui ſimile nec noſtra nec ſuperior ætas vidit. Hac enim ſuſpensâ hederâ vendibilem facere conantur, qui Typographo editionem perſuaſerunt. Veteres in librorum frontiſpiciis minùs erant ſplendidi, & lego Jaſonis Byzantii θραкικὰ, (d) Strabonis γεογραφικὰ, Ariſtotelis ἀναλιτικά. Et in Cephalæone Hiſtorico tanquam inanem & puerilem gloriam reprehendit *Photius*, quòd auctorum ſibi lectorum numerum ediderit. Ait enim librum primum compoſitum è libris DLXX. ſecundum è CCIIX. tertium è DC.

præthereà literæ in taberna Viatina reserari ac pellegi soleant. Hostis longè latèque dominatur per provincias nostras, & exhaustis jam omnibus sublatâque spe subsidiorum, ajunt de Neutralitate cogitare Celsissimum Principem, quicquid tandem alii calumnientur ac sentiant, Religionis androgynum, anatem amphibiam esse. Ac profectò [illegible] est Imperii nostri tempestas, ut cù[illegible] portum tenere nequeas, ventis obsequi debeamus. Sed *omnium gravissimum malum intestina nostra DISCORDIA, quæ calamitates ab hoste inflictas leviores facit.* Plura non dico. Annonæ caritas hominum malitiâ, quæ nos divinâ benignitate, atrociter spoliat, valdè intensa, multos hinc migrare cogit. Nec credo uspiam locorum tam attentos Patresfamilias reperiri, ut qui sine computatione nummorum nullam diem transigunt. *Novi podagricum, qui cùm suetum iter ad arcam terere non posset, eam loco moveri, & ad lectum suum transferri jussit.* Tanta verò loci

amœ-

amœnitas, ut perinde ſit *ad Gemonias ſcalas habitare*, atq; iſthîc, *ubi tot haræ, tot ſterquilinia*, quot cives. Niſi enim hujusmodi Laurus præfigantur foribus, nemo civium ad majorum ſuorum gloriam adſpirare ſe putat; & adſueti jam ab antiquo huic jumentorum ſuorum piperi, *Cilicibus crocum*, *Indis nucem myriſticam*, *Aſſyriis amomum*, *Gallis rorem-marinum* facilè relinquunt. Liber vulgatus eſt nuper, quem neſcio an videris, opus excellentiſſimum; cui ſimile nec noſtra nec ſuperior ætas vidit. Hac enim ſuſpensâ hederâ vendibilem facere conantur, qui Typographo editionem perſuaſerunt. Veteres in librorum frontiſpiciis minùs erant ſplendidi, & lego Jaſonis Byzantii θηρακικά, (d) Strabonis γεωγραφικὰ, Ariſtotelis ἀναλιτικά. Et in Cephalæone Hiſtorico tanquam inanem & puerilem gloriam reprehendit *Photius*, quòd auctorum ſibi lectorum numerum ediderit. Ait enim librum primum compoſitum è libris DLXX. ſecundum è CCIIX. tertium è DC.

 quar-

quartum ex DCCCL. quintum è CC. *Nunc totam frontem his talibus inscribi, ut Typographus vix habeat, quo imprimat nomen suum*, minimè vanum; & observatum in magni nominis (e) Philologo, qui ad vicies octies centum auctores ibidem legisse profitetur. Nimirum *apud Septentrionales (f) omnia vasta esse debent, vasti libri, vasti tituli, vasta ocrea.* Valetudo mea non improspera, & opto, ut eadem commoditate tibi tuisque suppetat longum!

(a) *Plaut. in Pœn. Act.* III. *sc.* 1. *v.* 3.
(b) *Luc. lib.* 1. *Anthol. c.* 30.
(c) *Horat. lib.* II. *Carm. od.* I.
(d) *Cas. ad Suet. August c.* 94.
(e) *C. Barthio*, de quo *Th. Reines.* I. *Var.* 2: Ad *vicies octies centum* omnis generis auctores, quantum talium, nec Aristarchus, nec Varro, nec Plinius, nec Athenæus, (quos omnium fuisse instructissimos, à multa lectione nemo nescit) *C. Barthius* in amplissimo Adversariorum opere *profitetur legisse*; eoque nonnullos ita sibi deditos habet,

ut

ut eum non hujus tantum seculi, sed quorumvis cæterorum Philologis & Criticis præferre non dubitent; & simile ab uno homine nihil unquam in literas missum videri posse velint. *Scheurl. in statua Mercurii part. 2. c. 1. p. 107.* loquens de prima linguæ latinæ ætate: *Neq; verò tam scribax fuit istud seculum, quam nostrum hoc, quo scripsisse multa, est esse doctum; edidisse nihil, est ignorare omnia. Unde tot myriades librorum quotannis prodeunt, ut numerari nequeant, quorum magna molis, nullius ponderis, quàm plurimos in nundinis sæpe mirati sumus; minusculorum; qui velut* muscarum examina, *circum grandes illas quercus latitabant, infinitum ferè numerum etiam risimus.* Nunc certè Senecæ illud locum habet, quo *desiisse probos* dicit, *postquam docti esse cœperint.*

(f) Vide *Eryc. Putean.* App. Epist. *Cent. IV. ep. 99. De Theod. Zvvingero Thuan. lib. 89. p. 265.*

VALEDICTORIÆ.

EPISTOLA I.

CUm ita res meæ ſuadere videantur, nec aliter judicarint Patroni mei benigniſſimi, quàm ut inde in aliam Univerſitatem diſcederem, hoc unum amarum mihi contigit, quòd alloquio & doctrinâ tua in poſterum mihi carendum video. Nam quamvis ea ſint multorum ingenia, ut rerum quotidianarum ſatietate facilè capiantur; tamen Virtutis Tuæ tam eximia vis eſt, ut frequenti adſpectu magis magisq; ad amorem & admirationem ſui provocet. Nec eſt, ut turpi adulatione tibi blandiri velim, qui majorem tuæ dignitatis reſpectum habeo, & præterea multis teſtibus, multis experimentis fidem ac veritatem mihi conſtare ſcio. Quamobrem iterum dico, valdè mihi amarum eſſe, abs te recedere: nec mirum. Cùm enim magnorum Virorum imagines etiam in ære diligimus, & tanquam inſignium cogitationum incitamenta veneramur; quantò præſtat ipſos quotidiè videre, alloqui, audire, com-

complecti? Unde parùm abesset, quin felicitatem suam inviderem remanentibus, nisi omnis invidia telum esset, quo boni peterentur; adeoq; vertam potiùs stylum, & de tanto bono, quod à tergo relinquere cogor, universis, qui ab ore tuo pendent, ex animo gratulor. Cùm autem tanta tua sint in me beneficia, ut iis omne incrementum, omnem Patronorum benevolentiam, omnes studiorum meorum profectus unicè debeam, ago tibi ante hunc discessum meum, quas possum, gratias, & opto, ut fides & industria tua singularis singulari etiam gratia desuper compensetur. *Felicitas, Sanitas, Pax, Securitas*, sint tua propria Numina, quorum in tutelam receptus inter publicas tempestates haud paulò densiorem nimbum imposterum rupturas, quàm hactenus, benè vivas! Id si apud exteros audiero, sufficit; *nec lætiores nuncios Philippo venisse dicam, cùm Parmenionem Ducem suum Illyrios, sese Olympia quadrigis, & Potidæam Atheniensium coloniam ter uno tempore vicisse, filium*

deniq; Alexandrum eodem natum ſibi eſſe cognoſceret. Sed ut homines ſumus in lapſus facillimi, fuit fortaſſe, quod in obſequio & ſtudiis meis deſideraſti, cujus erroris ut gratiam mihi facias, & integram benevolentiam conſerves, etiam atq; etiam rogo.

EPISTOLA II.

ITer mihi ſuſcipiendum eſt in novam Univerſitatem, ſanê non ſine lachrymis, cùm malim tam fidis pectoribus ſemper adhærere, quàm valedicere. Sed Superiorum conſiliis obſequendum eſt & eundum, quò fata vocant. Hæc ſcilicet vita noſtra, venire, diſcedere, & experiri omnia. Quô verò omnibus notus es humanitatis ſtudio, eodem quoq; mihi; & mille beneficiis abs te affectus primùm gratias ago, cumq; nihil aliud poſſim, memoriam eorum & obſervantiam Nominis Tui ſempiternam ſanctâ fide polliceor. Ut enim millia paſſuum terrarumq; intervalla nos diſtinxerint, & ſub alio cœlo, alio Sole,

Sole, uti loquuntur, mihi vivendum est; nunquam tamen ista mutabunt animum meum. Rursus abs te precor, ut absentem prosequare benevolentiâ tua, quæ mihi erit instar secundissimi venti, & omnes viæ molestias vel absterget vel mitigabit. *Scis, neminem esse adeò ex omni parte beatum, cujus famam sinistris sermonibus non rodant Scyllæi canes*, quos quamvis fortasse cum Aristotele contemnere possimus; tamen faciliùs quieturos confido, si amorem in me tuum perseverantem cognoverint. Quanquam nec istud, nec alia per illorum magnitudinem & meam tenuitatem exæquare licet, vivunt tamen fidelium pectorum memores, ac bonorum omnium remuneratores Dii: quibus salutem & incrementum tuum, qua par est observantiâ, commendo.

RESPONSORIÆ.

Ad argumenta superiora.

RESPONSORIA I.

Qua gratias agit Præceptor discipulo; pro Inscriptione Exercitii Academici.

NIhil mihi gratius fuit hoc affectus tui pignore, ac præ isto superbire sinam σφραγιδονυχαργοκομήτας, ut Aristophanes (a) voce confragosâ appellat, *qui digitos ad ungues usq; annulis onerant & comam nutriunt.* Mihi Musas omnibus *Palatinis splendoribus* anteponenti, egregium & planè honorificum id genus chartaceo munere donari ab eo, quem ex animo semper dilexi. Hoc enim unum est, quod de me gloriari possum; cætera, quæ tu operosè celebras beneficia mea, non agnosco. Quicquid ego, quantumq; feci, mi præstantissime, id omne voluntate ac voto meo inferius fuit: adeoq; si hoc amor mihi permitteret, indignarer, quòd verbis Ciceronis (b) me *arcem è cloaca feceris, & lapidem è sepulchro sis veneratus pro Deo.* Quin, si re-

si rectè omnia expendo, ego potiùs obligatum me tibi sentio, quòd omnibus discipulis meis virtute ac diligentiâ præluxeris, segnes exemplo tuo stimulaveris, & hoc modo labores meos tolerabiliores feceris. Soleo adhuc, cùm excitandi mihi sunt, exemplum tuum in aures insonare; quo certè plus proficio, quàm alii verborum fulminibus, & nescio, qua severitate. Unâ igitur fideliâ, quod ajunt, duos parietes; & quòd olim honori ac decori mihi fueris, nunc verò inscriptione Disputationis tuæ amorem erga me tuum iterum declarare volueris, gratias ago, quas possum maximas. Utinam à me proficisci possit, quod usibus tuis inservire putes, videres neminem promptiore animo tibi advolantem & apparentem. Sed cum nulla in facultatibus spes, quæso, animum & propensionem æstima.

(a) *in Nubibus.*

(b) *pro Cn. Plancio.*

Responsoria II.

Ad Petitoriam VIII.

ACcepi literas, & ex iis petitionem tuam; quam ut æquissimam censeo, ita cùm occasio data fuerit, more Romano Parenti tuo commendabo. Ut enim è Comico affectum meum tibi describam: *Ego tibi omnia facta cupio, cupiamq́; quæ voles:* modo fortuna propensionem meam non destituat, quam in causis amicorum sæpe morosiorem expertus sum, quòd in tanta rerum Germanicarum incertitudine multa intervenire soleant. Tum enim hyberna militum nostrorum, per tot annos sine victoria redeuntium, tum aliæ super alias imperatæ contributiones, tùm diminuti terrarũ fructus, magnam indies cladem adferunt, & honestissimis consiliis impedimentum, ut quæ velis ac debeas, non possis. Huc accedunt *sapientuli quidam* & susurrones, quorum inveteratam consuetudinem nosti, semper aliquid movere, obstrepere, nec jam decreta, decreta sinere. Interim

quod

quod tibi ex animo foveo, cunctis adversitatibus, si quæ ex insperato suffulminare te velint, pro viribus resistam, ut re ipsâ experiare, non frustra te fiduciam in officiis meis collocasse. Tu verò perge in illa virtutis & doctrinæ via, quam te strenuè terere non obscuris indiciis ex epistola tua deprehendi.

RESPONSORIA III.

Ad Epistolam XI. Petitoriam, quâ Vir Clarissimus respondet interiorem amicitiam ambienti.

NOn erat causa, cur literis me invisere verecundareris, qui amori talium amorem meum libens reddo. Commendat te præter memoriam Doctissimi Parentis, & nationis tuæ celebratam in his locis virtutem, *emicans* tum modestiæ, tum doctrinæ rarioris *scintilla*. Nam quò minùs *flammam* dicam, facit illa ipsa modestia tua, quæ profectus & ingenii felicitatem abscondit, ut non nisi coalitâ familiaritate quadam penitùs cognosci possit. Ut silicum (a) quorundam in-

Quanquam nihil mihi majus in votis, quàm ut post quantacunq; militiæ meæ terrestris stipendia missionem efflagitanti vacatio daretur. *Ecquid enim sit, jam ad interitum suum festinante mundo, & spe correctionis omni sublatâ, quod morari sapientem queat?* Sed propter conjugem & liberos, qui adeò exequias aversabantur, ut defossum pænè votis evocaturi viderentur, persuaderi mihi passus sum, ut cum lætitia resurgerem. Horum erga me affectui quoniam junxisti tuum, & Deo O. M. mei causâ supplicasti; gratias ago, quas possum; & contra pro incolumitate ac vitæ tuæ longævitate ardentissimum votum meum tibi repono. Quas enim precum tuarum causas allegasti, eas cumprimis locum habere puto, cùm de tua salute Deorum favor exorandus est. Vales ingenio, studiis immersisti te altiùs; Reip. literariæ omnia præclara polliceris. De me statuat, quod volet Deus, mihiq; & bono publico salutare noverit. Quòd subjecisti de negotiorum ac studiorum multitudine, quæ vitare debeam, nisi e-

evitare me velim ; ſcias à ſtudiis non morbum, imò ne mortem quidem me formidare: adeò me nimiâ lectione non onero! Negotiorum & curarum abundè ſatis etiam feriatis diebus ; quibus ut extricare me debeam, non video. Etenim *planè neceſſe eſt, inter ſudorem vivere*, ac ſæpe noctibus excitari virum & civem bonum, cùm interim, verbis Senecæ (b) *viliſſimus quisq; aut in campo otium ſuum oblectet, aut in popina lateat aut tempus in aliquo circulo terat.*

(a) Juven. ſat. XII. v. 58. Vel, ut Seneca loquitur in Medea v. 352.

Inter vitæ mortisq; vias
Nimium gracili limite ducto.

(b) *lib. de provid. c. 5.*

RESPONSORIA V.

Ad Gratulatoriam IV. & ſequentes aliquot.

AGnoſco benevolentiæ tuæ conſtantiam in tam calido voto ; & non tam de honoribus, qui nunc in me collati ſunt, quàm de illa mihi gratulor. Inæſtimabilis enim mihi theſaurus tanti vi-

ti vi-

ti viri erga me affectus. Beâsses verò amplius, & indissolubili nexu tibi devinxisses, si nobis invitantibus voluisses adesse, hospitum numerum augere, cœnam aditialem salibus condire. Quod quia neglexisti, & nescio quarum occupationum necessitate excusasti, datum me scias ipsa festivitate in tristitiam, cæteris hospitibus ingratam. Tamen nefas sinistrum quid suspicari de humanitate tua, quam eximiam & raram esse spirant istæ gratulatoriæ tuæ. Quibus animum officiis tuis studiosissimum repono, simulq; Numen convenio, ut *felicitate pari*, quam mihi ominaris, *Penates tuos augeat*, ac cum æternitate paterna progeniem tuam virtutibus ac meritis efflorescere sinat!

RESPONSORIA VI.

Ad Gratulatoriam XI.

Ago habeoq; tibi grates, O fidissime piissimeq; amicorum meorum, pro auspicatissimi anni voto; quod non à more, sed amore profectum, tot alia bene-

benevolentiæ tuæ pignora atq; indicia credere me jubent. Confitebor, nunquam vitam meam mihi fuisse tam charam, Januarias istas Calendas tam sæpe exoptandas, quàm esse cœperunt, ut te diu florentem, me verò amicitiâ tua beatum videam. Næ enim malignus ego sim fructuum sinceræ amicitiæ æstimator, nisi maximam gaudiorum ac felicitatis partem tibi transscribam, qui me adeò diligis, ut emolumenta mea omnibus negotiis tuis anteponas. Non ego morbo plerisq; familiari laboro, ut amicos meos pluris faciam, quàm debeo; res ipsa loquitur: & tantò quidem clariùs, ut prædicationē meam suspendere jubeat, tanquam meritis illis longè inferiorem. Magnitudinem quidem intelligo; sed parem eloquentiam afferre non possum. Quamobrem cùm *tibi votum tuum reddo*, & annum istum cum aliis plurimis quàm felicissimum agere opto, hoc precor, ut mihi cuncta ex voto fluant, studia mea floreant, & contra omnes adversitates res meæ firmæ consistant; quòd hæc omnia, dum tu

flores

flores ac benè agis, ex bonitate tua necessariò mihi contingunt. Hoc nunc à me habe; nec nunc tantùm, sed potiùs omnibus & singulis diebus DEO Opt. Max. salutem tuam à me commendari puta.

RESPONSORIA VII.

Ad Gratulatoriam XI.

NOn fefellit te fama; duxi Viri Cl. filiam, extremæ ferè necessitatis impulsu. Quanquam enim morum suavitatem & rei familiaris administrandæ peritiam, cæterasq; virtutes, quibus dotata est, insidias mihi fecisse fateor; tamen incitamentorum maximum fuit, quòd sine matrimonio res meas ne consistere quidem posse viderem. Tum enim metus imbecillioris valetudinis, cujus accuratiorem curam nemo quàm Conjux habet; tum peregrinorum malitia, & intolerabilis fastus eorum, quorum opera, sanè quàm caro empta, tamen exprobratur, de alio vitæ genere eligendo subinde aurem vellicabant. *Immane fuit illud jugum, cùm*

cùm essem absq; jugo; nunc licêt connubiale in humeros meos receperim, tamen verum esse scio, quod antiquitus dictum est, *in suo quemq; cœlo Jovem esse, in aula solioq; suo Regem.* Quòd verò Hymenæum nostrum candidiore voto prosequi, atq; ita consilium nostrum laudatione tua commendare voluisti; næ id mihi omnium nuptialium munerum fuit gratissimum. Deus Opt. Max. qui potest, remuneretur istam benevolentiam tuam, & innubi felicite te tuamq; familiam frui quàm diutissimè sinat!

RESPONSORIA IIX.

Ad Consolatoriam I. & sequentes.

QUa prudentiâ polles, de dolore meo verè judicasti. Nimis enim atrox & convellendis animis aptissimum illud AVELLI, & quidem ab eo, quod calamitosissimo tempore maximum solatium erat. Quoties Reipubl. miseranda facies, tot urbium & vicorum cadavera, tyrannorum fastus, bonorum

norum ſtrages, & quibus aliis peccata noſtra vindex DEus expiat, oculis meis obverſarentur, toties domeſticæ hujus felicitatis adſpectu me rurſus erigebam. Nunc adverſitas privata publicam atrociorem reddit; nec tam infelix Pater, quàm infeliciſſimus Civis videri poſſum. Nihilominus cedo ſapientiſſimis monitis tuis, cedo argumentis & divinæ voluntati, cui nos humullos obſtrepere nefas prorſus & inexcuſabile. Neq; votis meis refodio ſublatum ex hac mundi fæce ad beatas ſedes; ſed ſolenni voto, tanquam ultimo officio, quod præſtare licet, ipſum proſequor; *placidè quieſcat, & reſtitutorem integritatis in hoc lectulo ſuo expectet!* Nos EO ORDINE, QUO NATURA PERMISERIT, ILLUM SEQUEMUR. Tibi autē, mi chariſſime, quòd ad conſolationem facientia multa collegiſti, dolorem etiam tuum attuliſti, atq; ita maximam luctus mei partem abſtuliſti, ſanè quàm ingentes gratias debeo. Nullum certè ex plurimis illis, quæ in me collocaſti, majus beneficium, quàm hoc, quo

in

in ſummo luctu adeſſe mihi voluiſti. Jam enim fortiorem & ad negotia mea planè alacriorem me ſentio; quòd ignominioſum judicem, teneriùs ferre humanos caſus, quàm tu cenſes. Deus det occaſionem, ſed aliam ac feliciorem, qua meam operam & ſtudium tibi rurſus prodeſſe videas!

(a) ex inſcr. quam citat *Kirchman. lib. III. de funer. c. 9.*

Responsoria IX.

Ad Exprobratoriam I. II. & III.

VIdeo mihi eluctandum eſſe per gravem offenſam, quæ ob diuturnum ſilentium me premit; & utinam vidiſſem ante iſtam querelam tuam! Nam ſemper ita cenſebam, non ſtatim minùs amicum eſſe, qui ad ſcribendas literas tardiùs accedat. Nunc ſecùs accidit, & crimen omnium graviſſimum ſuſtinere cogor, tanquam minùs æſtimem amicitiam & favorem tuum. Vellem, mi chariſſime, quidvis potiùs tibi de me perſuaſiſſes, quàm iſtud! Egóne tam barbarus, tam ab omni humanitate alie-

lie-

lienus, imò tam impius & ingratus, ut eximia beneficia tua parvi faciam? ut tot jucundas conversationes oblivioni tradam? At profectò si quis est, qui te in oculis, in animo gerit, ac de redhostimento singulis diebus cogitat, is ego sum. Quamobrem alias causas hoc observantiæ meæ genus exclusisse scias: & inter eas potissimam, quòd cum studia mea valde circumscripta sint, nec in plures annos ea extendere liceat, scribendis literis nullum pænè tempus relictum videam. Hinc faciliorem mihi veniam pollicebar, si nullas scriberem, quàm si ob temporis brevitatem parùm limatas. Secùs si esset, sæpius stylum in manum sumpsissem, & tam prolixas ad te exarassem, ut si coram ita confabularer, me ex iis insulis oriundum diceres, quarum incolis natura duas linguas dedit.

-- Festo die si quid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.

Sed cùm *Studiosus*, *qui omnibus sese subducit, non minùs exosus ac pudibundus sit, quàm qui loti quadrantem balneatori subtrahunt, aut indusia tam brevia gestant, ut femora non tegant; sine infamia restricto mihi esse non licet.* Quòd de impudentia scribis in captandis cœnis aliorum, planè persuasum habeo, irrepsisse in ædes tuas malevolum, qui crimen & dedecus suum aliis adspergat. Sit, quicunque volet; tam confidentem bona conscientia me facit, ut *hos de me susurros referendos* dicam *inter* relationes transmarinas, aut *veterum Historicorum fragmenta.* Per me nemo tyronum *gladii licentiam epulis emat*, qui rerum puerilium ipsisque veteranis exosarum nunquam arbiter aut disceptator fui. Prodeat quilibet, ac sese in publico ostentet, cùm volet; nunquam intercedam, vel hoc grande nefas *Dionysî flore piandum* judi-

judicabo. Alii hac palæſtra ſeſe exerceant invitis Muſis, & execratione dirâ ſymposia iſta proſequentibus Patribus ac Patronis, & indignante diſpendium ſuum ipſo Bacho. De me ut meliora omineris, rogo, & amorem tuum illibatum mihi conſerves. Quoad ſilentium meum, nolim id ignaviæ, ſed timoris argumentum eſſe, quòd cùm inopia rerum me laborare, nec quicquam ſuppetere video, caſſis & ſolis verborum inaniis conſpectum tuum ſubire prorſus irreligioſum duco. Nihilominus reſarciam hoc impoſterum, quod deſideraſti, literarum frequentia; & ſi ceſſo, non recuſem objurgatoriis tuis excitari.

(a) *Ovid. l. Triſt. 3. v. 11.*
(b) *Plaut. Aulul. Act. II. ſc. 8. v. 10.*

RESPONSORIA XI.

Ad Commendatitiam.

Occaſionem mihi oblatam eſſe, qua officium meum tibi præſtare poſſim, ita me Muſæ benè ament! ut cum magna animi voluptate accepi. Uſus

Responsoria X.

Ad Exprobratoriam IV.

Reseratis literis tuis, & lectis, quæ de ignavia, inobedientia, prodigalitate, multisq; aliis sanè quàm atrocibus vitiis conquereris,

Non aliter stupui, quàm qui Jovis ignibus ictus
Vivit, & est vita nescius ipse sua. (a)

Nullam culpam dissimulo, quòd ad extremam lineam improbitas tum pervenisse mihi videtur, cùm mendacium accessit: Sed & in justitia & æquanimitate tua eam semper fiduciam colloco, ut candidâ erroris confessione benevolentiam tuam me recuperaturum putem. Hîc verò tam innocentem me scio, quàm illa ipsa seriò detestari, atq; hostibus imprecari soleo. Nam licenter quælibet facere, sine legibus, sine imperio solutum vivere, infame jugum; at contrà inservire officio, colere ac revereri Parentes, ea verò ipsissima libertas semper visa est. Jam illas iniquæ calculationis pœnas, oro te etiam atq; etiam, *mi cha-*

charissime honoratissime Domine Parens, ne à me, qui talibus imposturis nolo fortunis meis detrimentum afferre, sponteve, quod ajunt, cruribus asciam impingere, sed à temporibus, exigas. Quæ cùm adeò efferatos hominum mores faciant, ut contributionum necessitates πλεονεξίᾳ suâ leniant, annonam excandefaciant, rerumq; pænè in singulos dies pretia intendant, facilè conjicis, *quantum nummorum objiciendum sit insatiabilis illius bestiæ gurgiti. Et quàm nullam hoc epitheto injuriam faciam, vel inde constat, quòd victus à se curati pensionem ab hospitibus tam rigidè & acerbè exigunt, ut si de integra summa vel semiflorenus absit, in proximum trimestre differri nolint ejus solutionem, ac residuum illud tanti faciant, ut exigendi gratiâ nonnunquam ad Museum ipsi veniant: quod omni* πλεονεξίᾳ *velut proprium*. Sed fortè ab extraordinariis sive supervacuis sumtibus, ut caveam, mones. Caveo, quantum possum, ut futuris temporibus meis consulam, & semper cogitem illud Comici; (b)

Festo

-- *Festo die si quid prodegeris,*
Profesto egere liceat, nisi peperceris,

Sed cùm *Studiosus*, *qui omnibus sese subducit, non minùs exosus ac pudibundus sit, quàm qui loti quadrantem balneatori subtrahunt, aut indusia tam brevia gestant, ut femora non tegant; sine infamia restrictio mihi esse non licet.* Quòd de impudentia scribis in captandis cœnis aliorum, planè persuasum habeo, irrepsisse in ædes tuas malevolum, qui crimen & dedecus suum aliis adspergat. Sit, quicunque volet; tam confidentem bona conscientia me facit, ut *hos de me susurros referendos* dicam *inter* relationes transmarinas, aut *veterum Historicorum fragmenta.* Per me nemo tyronum *gladii licentiam epulis emat*, qui rerum puerilium ipsisque veteranis exosarum nunquam arbiter aut disceptator fui. Prodeat quilibet, ac sese in publico ostentet, cùm volet; nunquam intercedam, vel hoc grande nefas *Dionysî flore piandum* judi-

judicabo. Alii hac palæstra sese exerceant invitis Musis, & execratione dirâ symposia ista prosequentibus Patribus ac Patronis, & indignante dispendium suum ipso Bacho. De me ut meliora omineris, rogo, & amorem tuum illibatum mihi conserves. Quoad silentium meum, nolim id ignaviæ, sed timoris argumentum esse, quòd cùm inopia rerum me laborare, nec quicquam suppetere video, cassis & solis verborum inaniis conspectum tuum subire prorsus irreligiosum duco. Nihilominus resarciam hoc imposterum, quod desiderasti, literarum frequentia; & si cesso, non recusem objurgatoriis tuis excitari.

(a) *Ovid. l. Trist. 3. v. 11.*
(b) *Plaut. Aulul. Act. II. sc. 8. v. 10.*

RESPONSORIA XI.

Ad Commendatitiam.

Occasionem mihi oblatam esse, qua officium meum tibi præstare possim, ita me Musæ benè ament! ut cum magna animi voluptate accepi. Usus

 sum

sum hactenus amicitiæ lege ad abusum usque, cùm interim omnis facultas me deficeret testandæ promptissimæ voluntatis meæ. Quanquam autem contra votum meum in re minori operam meam desiderari video ; tamen ad laudem in præsentiarum sufficit, observantiæ specimen etiam in hoc tantillo exhibere posse. Igitur omninò sic tibi persuadeas, me id unicè operam daturum, ut quem diligenter studioseq; mihi commendasti, omni genere officiorum, quæcunq; à facultatibus meis proficisci poterunt, & tibi & mihi magis magisq; devinciam. Utinam nullis precibus adhibitis hoc saltem indicasses, A TE VENIRE; fuisset hoc ipsi ad commendationem plus satis. Nam & tam luculentia in me beneficia tua sunt, ut jubere potiùs, quàm rogare possis; & omnium bonorum amicitiâ dignissimus videtur, quem recepisti in tuam.

Notum illud Cic. in Lælio: *Virtus lumen suum agnoscit in alio, & ad id se admovet.*

Re-

RESPONSORIA XII.

Ad Conciliatoriam, qua quis amicitiam petit.

RUborem mihi extorsisti, quòd eam humanitatem non provocassem prior, quam ex túis planè raram & eximiam cognovi. Jam pridem apud nos magnum erat nomen tuum; & tamen meritis tuis longè minorem famam deprehendi, cùm libros tuos primùm legere cœpissem. Non sum is, qui parasitico more palpum tibi velim obtrudere; & novi præter eruditionem, virtutem tuam, quæ modestiam ac veritatem diligere, adulationem majestate sua repellere videtur: sed hoc mediocre ex animi sententia profabor, neminem esse, de quo præstantiora Reipublicæ literariæ promittam. Sunt enim ea quibus hactenus nos beasti, ad miraculum usque polita & exasciata, omnibus lineis arguentibus judicium, & ad difficillima quæque penetranda sum-

mam alacritatem tuam. Nos verò formidantes immensum hoc mare, ac periculosas *autorum syrtes*, adhuc circa litus ludimus; & qua tibi omnia liquent ac lucent, nobis dies altâ caligine interceptus est. Habes causas verecundiæ meæ; sanè quàm graves & justas. Sed & ob has ipsas, petitionem tuam, qua consilium & judicium meum de quæsitis tuis ambis, interpretari debui, minùs seriam esse, vel certè, si jocari noluisti, nimium erga me adfectum hoc glaucoma objecisse, ut sublimiora videre te crederes, quàm in me revera essent. An ego vel tenuitatem meam, vel doctrinam tuam ita nosse dediscam, ut me magistrum præbeam illius, cui nunquam me pudebit *μαθητεύειν*? Officium, candorem ac fidem me roga; quæ præstare possum, & volo, & debeo, & hac manu mea polliceor. Addo cultum & devotionem, qua neminem superiorem agnosco, *sive Hercules mecum certare velit, sive progenies ejus Alexander.* Si quid tamen erit, quo studia mea tibi profutura censes,

ex-

expone, ac de gratificandi voluptate, qua ardeo, nullus dubita, certè addictissimum me tibi crede. (a) *Dum res, & ætas, & sororum Fila trium patientur atra.*

(a) *Horat. lib. II. Carm. od. 3.*

RESPONSORIA XIII.

Ad Invitatoriam.

ITa te ardeo, *mi charissime*, ut per saxa, per ignes, intempestis noctibus, stridentibus Austris & Coris, iter ad te suscipere velim. Quid enim utilius confabulatione tua? Quid jucundius, quàm *contacta manibus* tuis & imbuta sanctitate *libare oscula* posse? Sed adeò malè per aliquot dies habui, ut amici pæne de inferis cogitarent; & postquam Dei beneficio enatavi, & à fatali metâ ad lucem revocatus sum, rursus *sub solito fasce desudo, & tanquam caballi, non hominis operam locâssem, negotiorum multitudine opprimor.* Ægrè igitur fero infelicitatem meam, quòd te amplecti & frui non licet; quòd in ædibus tuis garrire ac benè vivere. Quando verò neq;

tuo neque meo voto indulgere nunc possum; sperabo tamen occasionem aliam, qua conventuri simus; certè in id curas omnes impendam, ut aliquando negotia submittam mihi, qui me hactenus submittere coactus sum illis. Interim pro tam humanissima invitatione singulares ago gratias, & rogo, ut si quid studii vel officii à me absente tibi credis præstari posse, id benevolè aperire velis. Nunquam deero voluntati tuæ; qui mihi tam arctam, tam sanctam necessitudinem tecum intercedere puto, quàm cum Parentibus, cum Fratribus, cum Cognatis, Vale.

Responsoria XIV.

Ad Reconciliatoriam sive Adhortatoriam II.

Legi epistolam tuam non semel, nec perfunctoriè, sed super omnia verba, omnes rationes tuas, contemplationem injeci. Quid animi fuisse putas? Ne crede adversus querelas tuas com-

commotum vel incitatum. Agnosco potiùs amorem tuum, & ut tales amici plures mihi sint, qui me fortiter ament, quàm molliter colant, ex animo precor. Alii severitatem ægrè ferunt, & ab amicis expectant saltem *mellitos verborum* (a) *globulos, & omnia dicta factaq; quasi papavere & sesamo sparsa*, ut *Petronius* loquitur. At mihi in mente est illud junioris *Plinii* ad prosocerum suum, *nullarum literarum libentiùs sese meminisse, quàm illarum severioris notæ, quibus aperto pectore quidam scripserit.* Scio Deûm hominumq; pudorem hunc esse, inimicitias cum familiarissimis suscipere, ac semel susceptis nolle frangi pertinaciam suam. Sed tamen fidem judicii tui appello, mi charissime, quàm atrox hæc injuria fuit? quæ in secreto cum ipso locutus eram, & in quæ juravit sacramentum, tuta inter nos mansura; eorum indicium ad hostes meos defert, & omnia, quæ audivit unquam, invidiosâ proditione detegit. *Dignum os profectò, quod palmâ*

excussissimâ vel potius stricto acutoq́; articulo percuteretur. Sed imperavi mihi; & verbis castigasse perfidiam satis ratus, cùm obviam mihi fieret: Hoc, inquio, de te merui, *ut omnia mea sic vulgares, ut nec aves nesciant?* Dii Deæq́;! quàm peccavi hac nequissimâ libertate mea? quantum furoris ignem in me contulisti? statim enim immittis interpres excandescere, *& instar Galli Numidici omnem stomachum in strumam colligere*, certè contumeliosissimis verbis adeò me insequi, ut si parem animum attulissem, rabies ista sine duello non consedisset. Ab ea horâ nonnihil hominem vitavi, &, ut ingenuè fatear, aversatus sum, ob intolerabilem contumaciam, & tam ignominiosa verba, quæ si vino solutus in me jaculatus esset, putarem istud, non illum peccasse, ac linguam antecessisse animi moram. Sed ut omnes iræ meæ facilè laxantur; post aliquot dies rursus defervui, & in convivium me adduci passus sum, ad quod invitatus & ipse fuerat. Ibi salutavi, & inter mutuos hospitum sermones

nes aſpexi blandiùs, ut, quo poſſem modo, animum illius, à quo tamen læſus eram, candidâ humanitate reſtituerem, imò poculo invitavi; cùm ille ne tralatitiâ propinatione dignum me judicaret, aut, quod minimum eſt, ſermone communi vocaret. Adeò grave ſupercilium induerat! crederem, ſi capitis damnarer, non interpellaret ſupplicium, ſed potiùs ultioni ac triſtiori ſententiæ accederet. Igitur rurſus in præcordiis meis dolor ſævire cœpit, nec poſueram, quòd ad eam juſtiſſimæ bilis neceſſitatem contumaciä ſua me deduxiſſet, donec acciperem literas tuas, quas ſi primò ſcripſiſſes non dubito, quin omnis amaritudo in odium veniſſet. Sed mihi eo ipſo valde placent, quòd increpant, & ignem modò convaleſcentem extinguere conantur. Et ut ſcias, quanti adhortationem tuam faciam, in poſterum, quòd me læſerit, neſciam; quòd invidiam Studioſorum magnam mihi fecerit, ludum putabo, &, ſi voluerit, te caduceatore, in gratiam optimâ fide redibo. Nihil recuſo,

quæ jubes; nihil manum retraho,; & quoniam apud me omnia dixisti, quibus exulceratæ manus ac mentes ad sanitatem revocantur; tenta nunc illum, ut discussis odiorum nebulis, reconciliationis luce frui velit; sed hac lege, ne gratiam à te legato moliri me animadvertat. *Nam*, ut intellexisti, *superbus est*, & facilitate mea abusus fas esse putabit, ut pœnitentiam justissimæ expostulationis agam, & aperto rubore perfundar. Sin ad præcepta tua animum non componit, *vel ex gestibus timendam esse colliges verborum fidem*, mitte hominem, ac patere ire, quò destinat.

(a) Sive *crustulum ab amicis & mulsum* expectant, *è Lips. lib. I. de Constant. c. 10.*

Responsoria XV.

Ad Adhortatoriam III.

INcredibile dictu est, quanto vigore literæ tuæ plenæ gravitatis ac sapientissimorum monitorum animum meum perfuderint. *Nemo Imperatorum tam*

ani-

animavit milites suos, ut in contemptum ferri & ignium exardescerent, quàm tu me, ut nihil de industria remittam, omnia in oblectatione studiorum ponam, & quantum possim, ad virtutis præmia festinem, deniq; id unicè operam dem, ne spes tuas aut Parentum vota fallam. Videre mihi videor speciem habitumq; monentis & vernandos illos oculos, quibus solis inflammati auditores tui idem pæne sibi accidere sentiunt, quod familiaribus de se confessus est (a) divinæ vir eloquentiæ *Daniel Heinsius*. Quoties ille *Josephum Scaligerum*, maximum Heroa, intueretur, *toties non scintilla, sed flamma eum corripuit boni ignis, ut non rarò totas noctes ageret insomnes.* Utinam & mihi quotidiano aspectu tuo frui liceat! Sed cùm id fieri non possit, proximum ab illa felicitate mihi fuerit, eum ardorem in literis tuis injici, & animum saluberrimis præceptis augeri. Sequar te, Vir Clarissime, non ore, sed animo; nec animo tantùm, sed factis ipsis. Totus sum in autoritate, pote-

ſtate, conſiliis tuis. Quippenî! Verecundiæ mihi fuerit, talem Athenæo iſto exire, qualis ingreſſus ſum, nullumq; halitum doctrinæ animo adhæreſcere, ab inſeſſa per biennium ejus officina. *Ii,* (a) *qui in taberna aromatum aut unguentorum ſederunt, in veſtibus ipſis referunt ſecum odorem loci; ſic neceſſe eſt, niſi ſumptibus ac bonis horis abutimur, ut literata & ſapientia trahamus, è literarum & ſapientiæ ſede.* Multum ego tibi debere fateor pro tam paterna cura; & vellem adhuc plura. Quæſo, & in poſterum alta & præclara illa mecum communica, & quamvis à præceptis tuis ſemper calenti novas ſemper faces ſubjice.

(a) *Meurſ. in Athen. Batav. lib. II. p. 213.*

(b) *Lipſ. lib. II. de conſtant.*

Responsoria XVI.

Ad Objurgatoriam, qua quis fatetur culpam, & deprecatur.

ACcepi literas tuas, & incredibili mœrore affectus ſum; certè illas ipſas

ipsas lachrymis meis mundavi. Non tu, mi charissime Parens, sed ipsa Pietas, cujus igniculos in me ne credas extinctas, mihi manum injecit, *& obtorto collo rapuit causam* apud te *sine Patrono* dicturum. Quanquam quid est, quo me tuear aut purgem tibi? Nisi fortè pravorum consortia & juventutis meæ simplicitas patrocinari delictis meis possunt; cùm hoc ipsum teterrimum fuerit, malorum irritamentis faciliùs, quàm præceptis tuis saluberrimis me tradidisse. Habes confitentem reum; sed, quod supplex rogo, ne imperium illud, quod DEUS in liberos Parentibus dedit, exercere rigidissimo, quo uti potes, jure velis. Magnum in confessione illa momentum posuit *Paulinus* ille, cùm *ad Ausonium*, à quo fuerat increpatus, sic scriberet:

Amplector patrios submisso pectore motus,
Et mihi gratandas salvis affectibus iras.

Idem ad reconciliationem sit & mihi. Amplector, agnosco, & veneror casti-

gationem tuam, nec quicquam contumacis excusationis malefactis meis adjicio. Et quoniam *non tecum, sed cum cœlo bellum gessi, & per tuam pupillam Deum petii*; confugere mihi animus ad cœlestes epulas, & ad fontem misericordiæ SALVATOREM meum. Quod ut ritè fiat, nolo me Sacerdoti priùs sistere, quàm tibi: sed ante omnia supplex pedibus tuis me substerno, nec fictâ humilitate delictorum meorum veniam peto. Efficiam seria pœnitentiâ, & divini Flaminis auxilo, ne te ignovisse pœniteat, & novis objurgaturiis ad resipiscentiam excitandus tibi videar. Sin pergo, & contra, quàm decet, nitor, non objurgari ultrà dignum me putabo, sed fulminari.

RESPONSORIA XVII.

Ad eandem, qua quis se purgat ab intentatis criminibus.

Cùm literarum tuarum superiores legissem lineas, dubitabam, num ad me revera scriptæ essent. Adeò nihil sini-

ſiniſtri ſuſpicabar, de innocentia mea certus. Sed cùm denuò cognoſcerem, nec ad alium, nec ab alia manu eſſe; miratus diu multumque aciditatis hujus cauſas, eò tandem opinionis perveni, fuiſſe, qui *viperæ ritu niveo denticulo atrum venenum inſpirârit.* Cùm enim ea ſit hujus loci conditio, ut amicos inimicosque ex utilitatibus ſuis delegant, & in his inimicitiis frequentiſſimum ſit, amicos inimicorum perſequi; prorſus impoſſibile mihi, nullius odium incurrere. Sunt præterea quidam *ultra Virgilianos opiliones & bubſequas* ruſticani; & præter linguam frontemque ſed eam oppidò duram, habentes nihil, qui hanc *Univerſitatem, ut Bacchi & Floræ ergaſterium, nequitiæ & flagitiorum amphiteatrum, metallum denique omnium ſcelerum,* in baſilicis differre ſolent. Ut verò quondam ad contemptum ſufficiebat, *è Caribus vel Myſis eſſe:* ita nunc ad convitium, in hac Univerſitate vivere; ſed iniquè. Nam ut omnes non excuſem; ita mul-

multos esse novi, qui retinent memoriam sanctissimi nominis sui, & scintillantes reliquias purioris illius ignis. Ego certè *innocentiam, tanquam Vulcanium scutum, omnibus convitiorum telis ac catapultis obvertere* possum. Quid enim mihi cum *voluptatibus, quæ* dum nos amplectuntur, *more latronum Ægyptiorum strangulant?* Nec tam firma est valetudo mea, ut *officia lucis noctisque pervertam*, in popinam irruptionem faciam, *& inter sacrorum Bacchicorum callentissimos hierophantas adscribi* velim. Quid cum otio, in his rerum Germanicarum angustiis, & promotionum omnium difficultatibus? Versatur enim ob oculos non semel miserrima patriæ facies, & quàm ignota hodiè res sit, per saltum promoveri, tot viris hinc inde sine officiis errantibus, quos in pace Respublicæ tanquam Palladia colerent. Hæ cogitationes veternum facilè excutiunt, & vitam omnem circumcidere jubent scalpello rectæ rationis. Nolo plura, quòd innocentia sit instar prolixissimæ orationis,

& hæc ipsa sufficere putem ad re-
randum amorem tuum. Nec spe-
uenquam futurum ; qui solidè
idere possit à veritate me labo-
,

RESPONSORIA XIIX.

Ad Valedictoriam.

Unquam mel cum felle tantam mi-
xturam fecisse mihi videtur, quan-
è literis tuis hausi, *mi charissime.*
rum enim erat audire discessum
; dulce, relictum mihi abs te tan-
amoris ac benevolentiæ testem.
nquam autem nunquam minui vel
scere potest affectus erga te meus ;
n quoties literas tuas resumsero,
mam autem quotidiè, quòd nul-
atietatem faciunt) toties surget
ille, ac recordatione diligentiæ,
, moderationis, virginalis illius
is tui pectus meum demulcebit.
arum actione non erat opus,
ultra voluntatem nihil celebrare
; & si amorem inter beneficia nu-
meras,

meras, nemini plus debeo, quàm tibi, qui me non tam redamasti, quàm nimia benevolentiâ sæpe in ruborem dedisti. Eâ verò licèt omnia mea longè inferiora sint; tamen etiam atq; etiam rogo, ut quocunq; terrarum veneris, nos absentes complecti perseverare velis. DEUS Opt. Max. iter tuum adeò secundet, ut pax sit in obsessa via, & in aëris intemperie firma corporis valetudo, & in multa hominum colluvie illibata morum sanctitas: ut ad nos redire possis auctus innumerabilibus bonis, & *veræ peregrinationis* fructu. Neminem certè speramus meliùs, quam te, ad animum revocaturum confessionis illius turpitudinem; *Urbis speciem vidi, hominum mores perspexi parùm.*

JAm epistolas finieram, & manus spectabat ad *dispositiones & appendicem*: Cùm video ad *integram centuriam*, quam promiseram, *adhuc duas* requiri. Quamobrem cùm recordarer, sæpe à nobilissimis Dominis Collegis me roga-

tum, ut *per epistolam methodum scendæ Philologiæ aliorumq; melio- literarum proponerem*; ac præter- observarem, suprà amissam esse, *solatoriam ad Exulem*, argumen- ı sanè non infrequens; volui duabus is materiis defectum explere; ac in ero gratificari amicis, in alteró sa- facere mihi.

IETHODUS SUSCIPIEN- I AC TRACTANDI STUDII PHILOLOGICI, ALIARUM- QUE MELIORUM LI- TERARUM.

EXposuisti mihi desiderium tuum erga Philologiæ stúdium: rarum, ta me Phœbus! & ferè insperatum; Quotus enim quisque non in forum properat, & ad auream illam mes- sem? & cùm Philologorum fortunam videt, eos, tanquam mendicabula quædam hominum, non penitùs de- spicit, pedibusq; conculcat? Exper- tus sum ipse, quanquam Philologiæ deditus magis, quàm Philologus;

Cùm

Cùm ab alii Spiritus Reali tanquam gravissimum crimen olim mihi objectum esset, *versificatorem me esse, ac fabularum nundinatorem.* Nam inter id genus homines, & Philologiæ studiosos nullam differentiam ponebat. Sed scis, qualem ad istam calumniam, quam mihi factam putabat, me gesserim? Risi affatim; & cùm verbo etiam repellendus videretur, respondi, *me nullam differentiam ponere inter ipsum, & rabulam.* Paria tu facias, suadeo; & cùm desiderium tuum similis fortuna exceperit, *contemtum contemtu vindices.* Possem tibi enumerare non tantùm Viros Consulares, sed & Imperatores, & inter eos *C. Jul. Cæsarem,* (cujus virtutem omnibus priscis Heroibus anteponendam censuit *Jul. Cæs. Scaliger*) qui studiis nostris adeò delectati sunt, ut ad minuta descenderent. Sed hunc laborem jam præcepit, præter alios, *Just. Lipsius in lib. de pronunc. Ling. Lat.* Adjicere autem simul voluisti petitionem tuam, ut *tractandi studii Philologici, aliarumq; literarum,* quas

quas meliores dicimus, *methodum* tibi describerem, quod, num suscipiendum mihi foret, meritò dubitavi. Fretus enim amicitiâ tua, faciliorem mihi veniam sperabam, si me isti labori planè subducerem, quàm ab aliorum censurâ, si calamum sumsissem, nec satisfacerem tamen. Quod nôsti, *nemo non in censendis methodis saperda sibi videtur; nemo non à Professoribus methodos petit, ac impetratas respuit:* ut sæpe Clariss. Virorum facilitatem ægrè tulerim, quòd id laboris suscipere voluerint, cujus *certissima præmia* sint, *grave supercilium sapientulorum, & bonarum horarum dispendium.* Accedit intolerabile quoddam hominum genus, qui laborum impatientes, & *eruditionis gloriam ante tempus affectantes, tam compendiaria se viâ deduci jubent ad Philologiam; ut si duabus, vel tribus leücis illa prolixior sit, atq; ipsi sperârant, insidias crumenæ suæ fieri suspicentur.* Quod quidem superventuræ barbariei manifestum indicium est: Nam (ut præclarè *Salmasius*) *illo seculo, quo literæ jam in*

bar-

barbariem ibant, mos fuit, doctrinarum & Historiarum sectari compendia, & affectare. Quibus tum vacabat evolvere integra veterum scripta, ut pauci admodum numero erant, qui id possent, cùm & ipsos paucissimos esse scirent, quos cura legendi & discendi tangeret, quæ fusissimè ab antiquis tractata fuerant, ipsi contrahebant, quia fastidio sui temporis, vel potiùs inertiæ, rem se gratam facere intelligebant. Lecturos quippe sua non aliter habuissent. Ut autem præcipuus est finis eorum, qui aliquid literis mandant, quod victuram opinentur famam apud populum, qua docti videantur, mereri, idq; unum aucupantur; totum id pendere cùm cernerent à gustu & judicio lectorum, satisfacere eis conabantur. Alia viâ id obtineri non poterat, quàm ut scriberetur, quod legere aliquis dignaretur. Nam pro captu legentium, ut fata libri habent, ita & librorum auctores. Hinc desidia nata est scribentium, ex ignavia discentium. Imperitia deinde ex eodem fonte ebulliit.

Hæc

Hæc *Salmasius* de barbariei superioris initiis, quibus ad amussim respondent nostra. Nisi Græcam, Latinam, Barbaram Historiam uno libello ita coarctes, omniaq; discerpas ac mutiles, ut ab ambulantibus circumferri possit, fidelis ac diligentis Doctoris nomen tueri haud potes. *Compendia* quidem, minimè diffiteor, *primas ansas* esse, *quibus apprehendantur graviora*; sed in iis τὸ πᾶν eruditionis nunquam collocare potui, neq; eorum insolentiam probare, qui *compendiis suis freti, de omnibus rebus, & quocunq; in loco, judicium suum interponunt.* Quamobrem cùm compendium vel scribere, vel monstrare nesciam, è quo cuncta quispiam intra mensem unum & alterum hauriat, *in conviviis, in circulis ostentet, semetipsum magnificiat*; facilè conjiciebam, quàm grata esset futura methodus mea, quæ longiùs circumduceret. Sed nec illud ignorabam, in Germania vix quenquam, per negotiorum compedes, aut necessitates suas, studiis humanioribus

sur-

ſupereſſe poſſe; quod Nobiliſſimum & Ampliſſimum Reipubl. Auguſtanæ Conſulem, *Dn. Marcum Velſerum*, ad quendam Philologum queſtum eſſe, legere memini. Vides ergò, mi chariſſime, quàm præſtet ſententiam hac in re ſuam non exponere. At tu nihilominus urges, ac pænè convitio efflagitas, ut reſpondeam, & conſilio meo te juvem. Obſequar, ne in dubium voces amorem meum; ſed ante omnia ſcire debes, *quid hominis* ſit *Philologus*; is ſcilicet, qui, verſibus Ennianis,

--- *Molta tenet anteiqua, ſepolta, vetuſta,*
Quei faciunt mores veteresq; novosq; tenentem;
Moltarum veterum legum, Divomq; hominumq;
Prudentem,

Is, qui quicquid eſt liberalium artium, haurire debet, *Grammaticos*, *Poëtas*, *Hiſtoricos*, *Oratores*, *Philoſophos*, quà Gærcos, quà Latinos evolvere; neq; in his tantùm, ſed & *Medicorum aphoriſmis*, *JCtorum rubricis*, & *adytis Theologia*

-logiæ, non ut transfuga, sed ut explorator deprehendi. Nunc tu, quæso, vires expende tuas, è præcepto *Senecæ* (*de Tranq. anim. c. 5.*) cum ait: *Æstimanda sunt deinde ipsa, quæ aggredimur, & vires nostræ cum rebus, quas tentaturi sumus, comparandæ. Debet enim semper plus esse virium in latere, quàm in onere. Necesse est, opprimant onera, quæ ferente majora sunt.* Et mox; *His admovenda manus est, quorum finem aut facere, aut certè sperare possis. Relinquenda, quæ latiùs actu procedunt, nec, ubi proposueris, desinunt.* Tibi quanquam pulcherrimus & Herculeus animus penetrandi remota & difficilia, tamen per omnia Grammaticorum, Poëtarum, Oratorum, &c. pulpita trahere te, non permittit principalius studium. *Scaliger*, *Casaubonus*, *Lipsius*, *Salmasius*, *Heinsius*, *Seldenus*, *Vossius*, *Gronovius*, alii, studio isti se totos, ac pænè ab infantia devoverunt; quod tibi non licet. Etenim *alterum tantùm oculum humanioribus debes, alterum Jurisprudentiæ, & huic sæpè utrumq;.* Quòd si

L rarâ

rarâ felicitate divivina cujuspiam mentis, & ad omnia versatilis ingenii vigor, definito facultatis suæ genere non contentus, hæc omnia simul industriâ complexus est; *tu corporis vires expende*, & cum iis confer, qui, ut ferrei, ita etiam pluribus suscipiendis pares sunt. Vetus hoc verbum, sed prudentissimum: *Ita studendum, ut possis diu*; cui subjicio ego: *Qui rationem sui non habet, cum anima etiam gloriam, generosæ mentis unicam mercedem, amittit*. Quo enim modo hanc ad posteros propagabit, qui vitæ filum ipse abrumpit maturiùs? abrumpit autem, qui corpori suo plus imperat, quàm ferre potest. Nec exempla me deficiunt eorum, qui, dum vigilando, festinando, pervolutando omnia, præcipites ferebantur in gloriam, *experti sunt, quod nonnunquam ii, qui fructus arborum spectant, altitudinem non metiuntur: Dum* enim calidiusculè *ad cacumen pervenire contendunt* (ait Curtius lib. VIII. c. 8.) *cum ipsis ramis, quos comprehendêre, decidunt*. Quid ergò

tan-

tandem? in quibusdam literis consulo tibi, quod architectum suum docet Vitruvius: *Non equidem*, inquit ille, *debet, nec potest architectus esse Grammaticus, ut Aristarchus; sed volo eum non esse* ἀγράμματον: *nec Musicus, ut Aristoxenus; sed volo eum non esse* ἄμουσον; *nec pictor, ut Apelles: sed volo esse eum* γραφίδος *non imperitum: nec Medicus, ut Hippocrates; sed non* ἀνιατρολόγητος: *nec in cæteris disciplinis singulariter excellens; nec vero parum imperitus.* Hæc ille. Quæ licet ad studia tua translata velim, nihilominus humeris tuis adhuc multum oneris injiciam. *Non potes totus in Helicone habitare, ut Ovidius; nec penulatus incedere, ut Priscianus;* tamen nec Poëseos, nec Grammatices imperitus esse potes. Veteres hujus rei gnari, primùm omnium suos ablegabant ad Grammaticos, dein ad Poetas, quod aliquot auctoritatibus firmavi aliàs. *In Grammaticis* autem unicè suadeo tibi familiare *Vossii* opus de *Arte Grammatica*, in quarto: cui junges, velut affines, *lib.*

IV. & V. Rhetoricorum ejusdem auctoris. Quæcunq; dein occurrent apud Philologos notatu digna, ad hos, veluti ad Locos Communes, referes. Ajo, NOTATU DIGNA. Quis enim damnare te velit in latomias omnes, aut suadere, ut nomen petas à minutissimis quibusq; rebus; verbi gratiâ, ab *ad urbem esse*, apud Livium, pro *apud urbem*; *hominium* pro *hominum*, apud Sallustium &c. Quibus magno numero coacervatis, & recoctis, multi Sermones hodiè sibi videntur, & æternitati satis litâsse. *Poëseos studium* propter eloquentiam (quam & inventionum subtilitate juvat, & ne in pronunciatione offendas cum primis cavet) propter variorum auctorum interpretationem (quis enim vel ad Historicos, vel etiam majorum gentium Doctores explicandos feliciter unquam accessit, sine hoc adjumento?) seponere non potes. At graviorum negotiorum damnum veritus, *tantùm duas septimana horas* illi precor; alteram *lectionis*, alteram *imitationis*, vel exercitii. Cùm legis,

legis, vide, ne legas sine commentatore; *cùm imitaris, vide, ne imiteris sine censura hominis boni ac fidelis.* Quinam *commentatores* illi? *in Virgilio* (nam jure huic merito primas deferes) non ignoras operam *Taubmanni*; & cùm hic, licèt uberrimus, multos scopulos securè præternavigaverit, fortasse probas, quod ego facio. Nam cùm excutio monumenta doctissimorum hominum, qui vel *Variarum Lectionum, vel Electorum, vel Observationum, vel Animadversionum, vel Exercitationum*, & hujus notæ titulis præfixis aliis, pluriũ simul auctorum curam profitentur, quoties occurrit aliquid ad Virgilium, *adscribo margini* ipsius; quoties ad Nasonem, adscribo huic; quoties ad Justinum, Florum, Sallustium, Vellejum, Val. Maximum Pomponium, Apulejum, alios; adscribo istis. Initio tædium hoc aliquod habet, postea voluptatem, cùm crescunt opes, & miraris ipse tuas messes; ut alicubi consolatur *Lipsius.* Ita cùm interpretum publicè inopia est, tu privatim

 opu-

opulentus es, & fallor, an initium hoc tibi fuerit pulcherrimorum facinorum? Fuit certè quamplurimis, qui ad hanc notarum marginalium ſylvam, adjectis meditationibus ſuis, & adhibitis MSS. inter Reip. literariæ propagatores nunc ampliſſimam ſedem habent. Et hoc conſilium eò lubentiùs amplecteris, quò magis conſtat, memoriam rem ex omnibus partibus animi maximè delicatam & fragilem eſſe, in quam primam corporis mala incurrunt. Quod cùm confidentiores quidam inſuper habuiſſent, cum corpore ſimul nomen eorum in cineres defluxit. Plinius aliter, de quo filius adoptivus: *Nihil unquam legit, quod non excerperet.* Ut de eo taceam, quàm hujusmodi notis, ad auctorum marginem relatis, non opus ſit vaſtâ illa Locorum Communium ſtrue. Saltem hoc addo, ut *in collectanea iſta indicem conficias, & lectione creſcente augeas.* Venio ad *Græcos*: Et cùm tibi omninò ſedeat, laudem venari ex Hiſtoriarum & Eloquentiæ ſtudiis; plus

tem-

temporis hîc insumendum erit, quàm in Poësi: *Nemo enim, quà veterum, quà recentiorum, ad solidam doctrinæ famam pervenit, nisi Græcarum literarum auxilio.* Sive enim Eloquentiam spectes, hinc Cicero & alii venustatem, gravitatem & acrimoniam, etiam cùm Romanè scriberent, petebant. Quos imitati Poëtæ, *Virgilius ex Homero, Theocrito, Hesiodo; Horatius ex Alcæo, Pindaro,* &c. multa ad verbum transtulerunt; quod inter eruditos notissimum est, & passim demonstravit *Fulvius Ursinus.* Sive controversias circa explicationes locutionum, rituum, & versiones Interpretum, & emendationes malè habitorum; profectò altero pede ambulabis, nisi Græca didiceris, sive, ut uno verbo turpitudinem omnem complectar, eris *alienæ ignorantiæ, fatuitatis, stuporis, ac delirii mancipium.* En, quid olim acciderit festinandi mihi. Cùm *ad Velleji Lib. II. cap. 33.* disserérem de non restituenda libertate, semel oppressa, inter alia adduxi

locum è *Plutarcho*, Sullam potitum ferum, post debellatam Marianam factionem, Dictaturam, alioquin semestrem, ad annos 120. hoc est, perpetuam SCto sibi decretam suscepisse. Quem locum ad marginem Sallustianum prius notaveram ex observationibus *Viri Cl. Matthiæ Berneggeri, ad Suetonii Cæsarem cap. 77.* Fecissem autem hoc nunquam, si meis, quàm alienis oculis, credere maluissem. Nam aliquando post inter deambulationem rogatus ab amico sententiam, num Sullæ ad annos 120. decreta fuerit Dictatura? negavi; & cùm instaret, hanc ipsam assertionem meam fuisse non credidi. Adeò curam & intentionem antecesserat calamus! Sed cùm hoc demonstrasset, quod dixerat, ex ipsis prælectionibus meis; agnovi statim, & damnavi, oscitantiam meam quòd *Berneggerum*, simili properantiâ *lapsum*, secutus essem, contra Græcorum verborum sensum, contra Historias, & contra ipsam rationem. Ecquis enim credat, Sena-

tum

tum Romanum illo tempore tam ridiculi Senatus consulti auctorem esse potuisse? Quamobrem, descriptis Plutarchi verbis è Græco codice, quæ fuerunt: Δικτάτορα μὲν γὰρ ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε, δι' ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι τοῦτο τὸ γένος τῆς ἀρχῆς ἀνέλαβεν, facilè vidimus, quàm non cum Berneggero vertendum sit: *Dictatorem seipsum renunciavit, eumq; Magistratum ad annos 120. assumsit*; sed cum Xylandro: *Eumq; Magistratum ab annis 120.* (subintellige, *intermissum*, vel à nemine gestum) *assumsit*. Hoc enim dicit Plutarchus, quod *Vellejus Paterculus Lib. II. cap. 28. §. 2. Sulla Dictator creatus; cujus honoris usurpatio per annos 120. intermissa*. Sed, inquis, quomodo ad tam grande secretum perveniam? Si placet, Scaligerum sequere; & conjugationibus Græcis probè imbutus, Homerum, qui omnium eruditionem nostro seculo vinxit, ac pænè absolvit, diligens evolve; themata, dialectos, alia, quæ Grammaticorum regulæ te jubent, vestiga: quod non ita capies,

tanquam in illis regulis summam cognitionis ponam. Longè enim aliter sentio, & ut in Latinis, sic in Græcis comparatum reor, ut plurimùm usus ac lectio sibi vendicet. His verò junge frequens exercitium, dum Latina in Græcum, Græca in Latinum sermonem transfers. Id ut faceret *Heinsius*, monitum sese fatetur alicubi *à Scaligero*, in Orationibus. *Scaliger* hoc ad perfectionem cognitionis suæ plurimum contulisse & ipse fatetur. Memini præterea mihi ab affini, *Cl. Casparo Hofmanno*, aliquando referri, sibi puero atque adolescenti non quidem ad perfectionem (scimus enim, quàm Novi Testamenti stylus non sit Atheniensium) sed ad memoriam, ac firmam recordationem multorum verborum, plurimum profuisse quotidianam lectionem unius & alterius capitis Græci in dicto Testamento. Tantum de Græcis; ac fortasse cum fastidio tuo: sed ego hanc rationem sequor, quam in discipulis suis Præceptores, qui, teste Romano Sapiente, *plus labo-*

laboris ab his exigunt, in quibus certior spes est. Et tamen exegi parum, cùm te ducere debeo ad solidam aliquam, & laude dignam Philologiæ cognitionem. Nam hoc à me petiisti, & si petiisse pœnitet, quòd imparem tete cognoscis, ac jam Reipubl. potiùs, quàm Scholæ discere cogitas; age, num, quæ dicenda mihi supersunt, prodesse possint, tecum deliberes, ac constituas. *Eloquentiæ* Latinæ studium Regibus, Principibus, Magistratibus, omnibus, necessarium, utile, jucundum, nemo negavit, nisi qui, phrasi Petronianâ, apud se non fuit. Eam eò faciliùs tibi parabis, quò minùs fastidies *Ciceronem*, *Plautum*, *Terentium*, *Petronium*, *Plinium juniorem*, alios. In *primo* cùm sit lactea illa ubertas, declinabis *ariditatem*; in posterioribus illis habes elegantes illas ἀκριβολογίας, quibus Oratores hodierni tantoperè sese commendant. Sed nescio, an non hîc omnium efficacissimè loquantur *Senecæ*, pater & filius, ille in declamationibus, hic in

 phi-

philoſophicis. *Lectionem ſequatur exercitium.* Poſtquam tribuiſti horam unam vel alteram lectioni, ſurge, obambula, imitationem meditare; *tecum ipſe Latinè ſemper confabulare.* Vin' audire methodum Doctorum veterum Romanorum, ex Agellio, Quinctiliano, ſive Tacito de cauſſis corruptæ Eloquentiæ, Suetonio de claris Rhetoribus, & aliis? *Tyrones*, inquiunt, *Atticis literis accuratè imbuti, aſſueti ſunt à magiſtris, ut plurimùm Græcorum ſcripta in Romanum ſermonem convertere; quò beatiſſimam illam dicendi copiam, & rotunda enthymemata diſcerent feliciter exprimere, indeq; viros famoſos laudare, vel vituperare. Hinc itum eſt ad cauſſas & controverſias, quarum themata aut ex Hiſtoriis trahebantur, aut ex re, ſi qua recens accidiſſet; neque poterat facilè deeſſe exercitii materia, cùm juvenes in ipſa ſtudiorum incude poſiti, Oratorum perpetui comites eſſent. Et hac viâ M. Tullius, Hortenſius, C. Julius Cæſar, & magna illa nomina, ad eloquentiæ prin-*

cipa-

tipatum grassati sunt. Hæc, & plura, dicti auctores docere te queunt, viris magnis nunquam non probata. Certè Viro hujus Universitatis Clarissimo, &, quod Orationes ejus arguunt, eloquentiæ veræ peritissimo, *Dn. Andreæ Dinnero, JCt.* maximè quondam in votis erat, ut *vetus declamandi modus* & institutio in Scholis restitueretur. Ipse quoddam ejus rei specimen dedit in *Milite Vespertilione*, & adjecit super eadem re Nobilissimi cujusdam Itali judicium. Suadeo igitur, ut meditatio nullius rei sit, quàm declamationis, ad exemplum veterum, *Senecæ, Quintiliani, & Libanii Sophistæ*, conscriptæ, brevis, argutæ, & quæ paucis verbis includat acrem sensum. Præibit è recentioribus *Dan. Heinsius*, duabus declamationibus, primâ: *Quid dixerit Scipio, postquam in Africam venisset, ante primum conflictum*, secundâ: *Quid Callimachi pater, cùm filius prælio Marathonico stans exspirasset.* Etiam hoc non nescire debes, in Rhetoricorum Scriptoribus hodiernis primum

locum tenere *G. J. Vossii Institutiones Oratorias*, *& Nic. Caussini Lib. de Eloq. sacrâ & humanâ.* Eloquentiæ studium magnis ornamentis auget *Historia*: de qua non adeò multa; quòd quomodo legenda, & quid observandum in ea sit, erudita epistola ad *Nic. Hacquevillium*, quæ reperitur *Cent. III. num. 61.* docuit *Lipsius*, sed quia scripsit ei, qui totum doctrinæ Historicæ consummaturus erat orbem, adeoque tota vita hisce studiis assessurus; *Vir Cl. Dn. Michaël Virdungus*, Præceptor noster, se attemperavit eorum captui, qui Reip., quàm Scholæ discebant, suaque studia consecrabant. Primùm, & antequam biberent ex fonte legitimæ Historiæ, jubebat legere *Ortelium* in Synonymia locorum; in ratione verò temporum, *Sethum Calvisium*, cujus chronologicum opus ita commendat *Scaliger epist. ad* If. Casaubonum: *Nunc fervet Chronologia, omnes hoc forum excalfaciunt.* Solus desiit nugari *ignoratus hactenus* Sethus Calvisius, *homo Germanus, qui* accuratissi-

tissimum Chronicon *edidit nostrarum rationum munimentis insistens, ut ne latum quidem unguem ab illis discedat. Eum librum, propterea quòd ad nundinas delatus non est, videre non potuisti; quem verò ego habeo, ipsius Auctoris liberalitate ad me missus est, eleganter, ut captus Germanorum est, compactus, deauratus, pumicatus. Tam diu ego misellus in sterquilinio delitui, donec repertus est iste bonus & doctus Vir, qui rationes nostras in lucem proferret, earumq; fructum huic seculo βαρβαρίζοντι proponeret. Vivet ille liber.* Dehinc, cùm *Historia* duplex sit, *sacra & humana*; illam *Virdungus* petendam censuit, *è libris sacris; Josepho*, Ecclesiasticisq; Scriptoribus, *Eusebio, Sozomeno, Socrate, Theodoreto, Evagrio*, &c. Mihi valdè placet, si tyro, post Sacram Scripturam, primùm legerit epitomen Historiæ Ecclesiasticæ *Sulpitii Severi*, cum continuatione sua (*Lugd. Batav. 1626.* Drus. *edit. 1607.* Horn. *Lugd. Bat. 1647.* Schot. *Franck. 1656.*) editam.

Hu-

Humanam Historiam dividebat *Virdungus*, cum *Lipsio*, quadrifariam, in *Orientalem*, *Græcam*, *Romanam*, *Barbaram*. Primam indicabat hauriendam esse ex *Justino*, *Herodoto*, *&* *Diodoro Siculo*: Græcam ex *Thucydide*, *Xenophonte*, *Polybio*, *Plutarcho*, *Arriano*, *Q. Curtio*, *Zonara prioribus libris*: Romanam verò, cùm satis commodè dividatur in *veterem*, *mediam*, *ac novam*; primam è *Floro*, *Eutropio*, *Orosio*, *Sexto Rufo*, *Vellejo Paterculo*, in compendium redactam; ubertim verò traditam à *Dionysio Halicarnasseo*, *Livio*, *Polybio*, *Plutarcho* in vitis, *Appiano* in Libycis, Syriacis, Mithridaticis Civilibus. Quibus adjungendi sint *Fasti Romani à Carolo Sigonio* editi, & producti ad Augustum. Addo ego, *Sigonium* longè superari à *Steph. Pighio*, tribus *Annalium* tomis; quos *Andreas Schottus* edidit *Antverpiæ* A.S. 1615. Jam *mediam* ab Augusto ad Constantinum, è *Tacito*, *Dione Cassio*, *Suetonio*, cum animadversionibus *Casauboni* recognitis & auctis, *Herodiano*, Historiæ Augustæ
Scri-

Scriptoribus (hoc est, *Ælio Spartiano*, *Julio Capitolino*, *Ælio Lampridio*, *Vulcatio Gallicano*, *Trebellio Pollione*, & *Flavio Vopisco*) uno volumine editis, & luculentissimis commentariis ab eodem *Casaubono* illustratis; *utroq;* etiam *Victore*, quorum alter ab *Andr. Schotto* primùm editus, in Cæsaribus; nec non *Ammiano Marcellino*, quem doctissimis commentariis illustrarunt *Frid. Lindenbrogius*, & *Henr. Valesius*; additis ad seriem temporum, & rerum lucem, *Onuphrii Panvinii* Fastis. De *Augustæ Historiæ* Scriptoribus hoc scire te velim, *Salmasianas* in eos *notas* omnium cæterorum laborem prægravare, obscura explicare, perperàm explicata sub censuram vocare, denique magnam facem compluribus Historicis allucere. Mediam Historiam Romanam illustrabimus, & supplebimus nos cum cura, *in libris* nostris *de Imperio Romano*, quos absoluto Val. Maximo, prælectionibus publicis communicabimus. *Novam* deniq; *Virdungus* addiscere jubebat è *Zonaræ*

tomis

tomis *posterioribus*, *Zosimo*, *Procopio*, *Agathiâ* (novissimè à *Bonav. Vulcanio* edito, & latinitate donato) *Nicetâ Choniate*, *Nicephoro Gregorâ*, *Constantino Manasse*, *& Michaële Glyca à Leunclavio* latinè redditis, sed & *Cedrono*, quamvis anilium fabularum auctore pleno. Porrò ad *Barbaram* Historiam, præter Germanicos, Callicos, Britannicos Scriptores, in unum corpus conductos ac vulgatos, legendos judicabat *Car. Sigonium de regno Italiæ*, *& Leunclavium in Musulmannicis*, sive Annalibus Turcicis, nec non *Laonicum Chalcondylam*, *Wilh. Tyrium*, aliosq; de transmarinis sacrisq; bellis. Et hæc de Historicis omnis ferè ævi, omniumq; gentium sentiebat *Virdungus*: Cui, quoad *Barbaram Historiam*, hoc addo; non legisse me, qui magis eam illustrarit *Erycio Puteano* in Historia *Insubricâ*, & commentariis ad illam; quos etiam inscribere placuit auctori. *Facē barbarici temporis.* *Quo* verò *ordine* legēndi essent isti Scriptores, idem *Virdungus* docebat è *Lipsio*, initium faciendum ab univer-

sali

ſali aliqua notitia; & compendium *Flori & Eutropii* præmittendum: tum à capite & ab ipſo *Livio, cui Dionyſius, Polybius, Plutarchus, aut Appianus*, ſed quisq; *in conſimili argumento*, conjungendi ſint. His peractis, ad *mediam novamq;* veniendum, & conſtantiâ eadem pergendum. Ultima pars conſilii erat de eo, quid in ſingulis Hiſtoriis obſervandum eſſet, & quomodo conſtituen- Loci Communes. Hîc rurſus ſequebatur Lipſium, & excerpta tradi jubebat *libris quatuor, totidem titulos* habentibus rerum, quas præcipuè in Hiſtoria notaveris, *Memorabilium, Ritualium, Civilium, Moralium*; ac ſic quidem, ut quisq; horum librorum alios & *minores* ſuos *titulos* haberet. Hoc tamen adjiciebat, in *Ritualibus*, quæ latiſſimè pateant, leviori operâ defungendum eſſe, quàm Lipſius velit, & tantùm ea, quæ ad Jurisprudentiam & Rempubl. vel ſi quis aliorum ſtudiorum ſit, quæ ad illa faciant, curioſiùs excerpenda, ac digerenda per titulos. Nam aliàs in im̃enſum librum Ritualium excreturum, & plus
tem-

temporis ablaturum, quàm occupationes aliæ patiantur. Hæc fuerunt, quæ censebat pientissimus Præceptor meus in literis, ante hoc decennium (*A. S. 1639. 9. Cal. Febr.*) scriptis; quibus nihil verius, nihil utilius. Sed quoniam, judice Romano Sapiente, nunquam tam benè cum humano genere agitur, ut verè bona multis placeant; neminem è multis, quibus cùm ista communicâram, invenire potui, qui consilium istud amplecti vellet. Quilibet librorum legendorum multitudinem, studiorum severiorum molem, sumtuum etiam tenuitatem, & hujusmodi alia caussatus, metas interiore rotâ stringere jubebat. Nec dubito, quin & alii complures hoc auctorum numero deterreantur; sed profectò contra utilitatem suam. Nihilominus cùm negari non possit, *necessitatem magnum esse humanæ imbecillitatis patrocinium*; non solùm ignoscam ipsis, sed & per magis compendiariam viam, quantum quidem fieri pottest, suppetias feram. Omninò ab Histo-

Historia Universali ordiare necesse est; sed breviùs non habes descriptam, quàm à *Sleidano* in libb. de IV. summis imperiis, & qui vestigia illius premit, quanquam nonnullibi parum, considerate, *Besoldo*, in Synopsi historicâ, vel *Joanne Jonstono* in historia universali, Civili, & Ecclesiastica, quæ ob dispositionem suam mirificè placet. Prolixior *Joh. Cluverus*, quem ab elegantia styli semper commendavi. Post hæc abire te jubeo ad veteres, & legere *Justinum*, editum à *Berneggero*; nec quicquam Græcorum, eo lecto, studiosis imperârim ob causam, qua me ad brevitatem istam compellunt. Nisi quòd *Thucydidis*, *Xenophontis*, *Plutarchi*, sed & qui *Græcam Historiam* Romano stylo descripserunt, *Curtii & Cor. Nepotis* scripta, sine magno præceptorum ad Rempubl. facientium dispendio, negligi vix possunt. Plus autem temporis impensum velim *Romanæ*, quæ fabularum involucris non sic involuta, ut Græca; quæ recentior, sed rerum gestarum veritate certior; quæ minùs quidem copio-

nuum in Gallicis, *Buchananum* in S-
ticis, *Paulum Jovium, Sleidanum, T*
anum, &c. quibus ob præsentem us
libentiùs te mancipabis, quàm ulli
terum. *Navigationes* hodierni & su
rioris ævi, oblectandi otioli caussâ p
tiùs legentur, quàm singularis utilita
De *Locis Communibus* nescio, quid
bi suadeam. Mihi *notæ* meæ *margin*
les tum ad prælectiones publicas, tu
ad unum vel alterum auctorum, ins
illorum sunt, quod supra dixi; & si q
huc referri non possunt, habeo aliu
librum, cui memoriâ digna inscrib
sine ordine, sine cura, sine splendor
& in ejusdem margine noto titulu
in quem excerptus locus referend
est. *Indice* tamen opus, qui me du
in tam confusè scriptis ad id, quod v
lo. Idem institutum erat *Phil. Scherb*
Scip. Gentilis, aliorumque, quod è
nioribus audivi; ut scilicet multu
papyri lucrifacerent. De *Politicis* ni
ego; & potes eorum sententiam e
plorare, qui magnam in iis scientia
sibi compararunt. Quod si tamen *p*
co

compendium lectum, adeas *Aristotelem*, & ad eum conferas luculentissimos *commentarios V. Cl. Michaëlis Piccarti*; ac post hæc Principatum, ejusq; virtutes ac vitia nosse discas *è Lipsii Politicis, cum indice utilissimo*, nuper à *Cl. Freinshemio* editis. Inserviet hic idem, ut Locos Communes politicos constituere, & ad Lipsiana referre possis, quibus apud alios similia legis. Auctor etiam sum, ut ad cognoscendum potissimarum Rerumpublicarum & Regnorum statum, compares tibi *Respublicas* omnes typis *Elzevirianis* Lugduni Batavorum editas. Habes de omnibus consilium meum. Alii eruditiùs dissecent, nemo fideliùs; alii breviùs, nemo utiliùs. Quod si nonnulli me, tanquam adhuc prolixum, calumniabuntur, vagari per terras, ac quærere Doctorem jube, qui citiùs faciat *Philologos ac Historicos*, quàm asparagi coquuntur.

CONSOLATORIA AD EXULEM.

M ES

piosa, sed magnitudine admirabilior; quæ dives virtutis exemplis, ut illa doctrinæ; quod de utraque judicium est *Jani Gulielmii in libello de Magistratibus Reipubl. Rom. cap. 1.* Hîc primum leges *Florum*, usque ad tempora Augusti; ac dein *Eutropium*; tum recurres ad particulares ac fusiores Historicos; & ab Urbe quidem condita, non sine magno fructu, legendum suscipies *Dionysium Halicarnasseum*, editum à *Frid. Sylburgio*, *ac Livium*; illum usque ad *Decemvirorum* Historiam, hunc usque ad lib. XI. sive *bellum Pyrrhi* Regis. His absolutis, in Historia *belli Punici primi*, quæ apud Livium intercidit, consules *Polybium*, prudentissimum ferè Historicorum, usque ad *bellum Punicum secundum*: Tum ad *Livium* redibis, & unà *cum Polybio* leges, usque ad interitum *regni Macedonici*. In posterioribus Historiis, verbi gratia, *belli Punici tertii*, *Hispanici*, *Cimbrici*, *Jugurthini*, *Mithridatici*, *&c.* contentus *eris Appiano*, *& Epitomatoribus*;

& Sal-

& *Sallustio.* Tandem Historiam Augustam haurire poteris è VI. tomis Historiæ Augustæ in octavo in Galliâ editis, ac *Dion. Gothofredo* inscriptis. Quisquis enim editionis illius auctor est, & horis & sumtibus maximè consuluit, dum secundum rationes temporum Historicos præcipuos, *Suetonium*, *Tacitum*, *Xiphilinum*, & reliquos omnes, ad recentissimos Imperatores usque, tum Germanicos, tum Constantinopolitanos, ita disposuit, ac in dicta VI. volumina redegit, ut *Thesaurus Scriptorum dici possit.* Annotati in margine Loci Communes politici, atq; adeò fructus hujus lectionis statim ob oculos positus. Quanquam autem hæc omnia secundùm Chronologiam edita sunt, tamen, ut in omni Historiarum lectione, sic in Augustæ, ad manus tibi sit *Calvisius*, cum Synonymia locorum *Orteliana*, quam *Virdungus* commendavit. Ultimum erit, ut te conferas ad recentiores, *Paulum Æmilium* in Francicis, *Guicciardinum* in Italicis, *Comi-*

naeum

piosa, sed magnitudine admirabilior; quæ dives virtutis exemplis, ut illa doctrinæ; quod de utraque judicium est *Jani Gulielmii in libello de Magistratibus Reipubl. Rom. cap. 1.* Hîc primum leges *Florum*, usque ad tempora Augusti; ac dein *Eutropium*; tum recurres ad particulares ac fusiores Historicos; & ab Urbe quidem condita, non sine magno fructu, legendum suscipies *Dionysium Halicarnasseum*, editum à *Frid. Sylburgio*, ac *Livium*; illum usque ad *Decemvirorum* Historiam, hunc usque ad lib. XI. sive *bellum Pyrrhi* Regis. His absolutis, in Historia *belli Punici primi*, quæ apud Livium intercidit, consules *Polybium*, prudentissimum ferè Historicorum, usque ad *bellum Punicum secundum*: Tum ad *Livium* redibis, & unà *cum Polybio* leges, usque ad interitum *regni Macedonici*. In posterioribus Historiis, verbi gratia, *belli Punici tertii, Hispanici, Cimbrici, Jugurthini, Mithridatici, &c.* contentus eris *Appiano*, & *Epitomatoribus*; & Sal-

& *Salluſtio.* Tandem Hiſtoriam Auguſtam haurire poteris è VI. tomis Hiſtoriæ Auguſtæ in octavo in Galliâ editis, ac *Dion. Gothofredo* inſcriptis. Quisquis enim editionis illius auctor eſt, & horis & ſumtibus maximè conſuluit, dum ſecundum rationes temporum Hiſtoricos præcipuos, *Suetonium*, *Tacitum*, *Xiphilinum*, & reliquos omnes, ad recentiſſimos Imperatores usque, tum Germanicos, tum Conſtantinopolitanos, ita diſpoſuit, ac in dicta VI. volumina redegit, ut *Theſaurus Scriptorum dici poſſit.* Annotati in margine Loci Communes politici, atq; adeò fructus hujus lectionis ſtatim ob oculos poſitus. Quanquam autem hæc omnia ſecundùm Chronologiam edita ſunt, tamen, ut in omni Hiſtoriarum lectione, ſic in Auguſtæ, ad manus tibi ſit *Calviſius*, cum Synonymia locorum *Orteliana*, quam *Virdungus* commendavit. Ultimum erit, ut te conferas ad recentiores, *Paulum Æmilium* in Francicis, *Guicciardinum* in Italicis, *Comi-*

neum

piosa, sed magnitudine admirabilior; quæ dives virtutis exemplis, ut *illa* doctrinæ; quod de utraque judicium est *Jani Gulielmii in libello de Magistratibus Reipubl. Rom. cap. 1.* Hîc primum leges *Florum*, usque ad tempora Augusti; ac dein *Eutropium*; tum recurres ad particulares ac fusiores Historicos; & ab Urbe quidem condita, non sine magno fructu, legendum suscipies *Dionysium Halicarnasseum*, editum à *Frid. Sylburgio*, *ac Livium*; illum usque ad *Decemvirorum* Historiam, hunc usque ad lib. xi. sive *bellum Pyrrhi* Regis. His absolutis, in Historia *belli Punici primi*, quæ apud Livium intercidit, consules *Polybium*, prudentissimum ferè Historicorum, usque ad *bellum Punicum secundum*: Tum ad *Livium* redibis, & unà *cum Polybio* leges, usque ad interitum *regni Macedonici*. In posterioribus Historiis, verbi gratia, *belli Punici tertii, Hispanici, Cimbrici, Jugurthini, Mithridatici, &c.* contentus *eris Appiano*, & *Epitomatoribus*;

& *Sal-*

& *Sallustio.* Tandem Historiam Augustam haurire poteris è VI. tomis Historiæ Augustæ in octavo in Galliâ editis, ac *Dion. Gothofredo* inscriptis. Quisquis enim editionis illius auctor est, & horis & sumtibus maximè consuluit, dum secundum rationes temporum Historicos præcipuos, *Suetonium*, *Tacitum*, *Xiphilinum*, & reliquos omnes, ad recentissimos Imperatores usque, tum Germanicos, tum Constantinopolitanos, ita disposuit, ac in dicta VI. volumina redegit, ut *Thesaurus Scriptorum dici possit.* Annotati in margine Loci Communes politici, atq; adeò fructus hujus lectionis statim ob oculos positus. Quanquam autem hæc omnia secundùm Chronologiam edita sunt, tamen, ut in omni Historiarum lectione, sic in Augustæ, ad manus tibi sit *Calvisius*, cum Synonymia locorum *Orteliana*, quam *Virdungus* commendavit. Ultimum erit, ut te conferas ad recentiores, *Paulum Æmilium* in Francicis, *Guicciardinum* in Italicis, *Comi-*

neum

pioſa, ſed magnitudine admirabilior; quæ dives virtutis exemplis, ut *illa* doctrinæ; quod de utraque judicium eſt *Jani Gulielmii in libello de Magiſtratibus Reipubl. Rom. cap. 1.* Hîc primum leges *Florum*, usque ad tempora Auguſti; ac dein *Eutropium*; tum recurres ad particulares ac fuſiores Hiſtoricos; & ab Urbe quidem condita, non ſine magno fructu, legendum ſuſcipies *Dionyſium Halicarnaſſeum*, editum à *Frid. Sylburgio*, *ac Livium*; illum usque ad *Decemvirorum* Hiſtoriam, hunc usque ad lib. XI. ſive *bellum Pyrrhi* Regis. His abſolutis, in Hiſtoria *belli Punici primi*, quæ apud Livium intercidit, conſules *Polybium*, prudentiſſimum ferè Hiſtoricorum, usque ad *bellum Punicum ſecundum*: Tum ad *Livium* redibis, & unà *cum Polybio* leges, usque ad interitum *regni Macedonici*. In poſterioribus Hiſtoriis, verbi gratia, *belli Punici tertii*, *Hiſpanici*, *Cimbrici*, *Jugurthini*, *Mithridatici*, *&c.* contentus *eris Appiano*, *& Epitomatoribus*;

& *Sal-*

& *Sallustio.* Tandem Historiam Augustam haurire poteris è VI. tomis Historiæ Augustæ in octavo in Galliâ editis, ac *Dion. Gothofredo* inscriptis. Quisquis enim editionis illius auctor est, & horis & sumtibus maximè consuluit, dum secundum rationes temporum Historicos præcipuos, *Suetonium*, *Tacitum*, *Xiphilinum*, & reliquos omnes, ad recentissimos Imperatores usque, tum Germanicos, tum Constantinopolitanos, ita disposuit, ac in dicta VI. volumina redegit, ut *Thesaurus Scriptorum dici possit.* Annotati in margine Loci Communes politici, atq; adeò fructus hujus lectionis statim ob oculos positus. Quanquam autem hæc omnia secundùm Chronologiam edita sunt, tamen, ut in omni Historiarum lectione, sic in Augustæ, ad manus tibi sit *Calvisius*, cum Synonymia locorum *Orteliana*, quam *Virdungus* commendavit. Ultimum erit, ut te conferas ad recentiores, *Paulum Æmilium* in Francicis, *Guicciardinum* in Italicis, *Comi-*

naum

gnæum in Gallicis, *Buchananum* in Scoticis, *Paulum Jovium, Sleidanum, Thuanum, &c.* quibus ob præsentem usum libentiùs te mancipabis, quàm ulli veterum. *Navigationes* hodierni & superioris ævi, oblectandi otioli caussâ potiùs legentur, quàm singularis utilitatis. De *Locis Communibus* nescio, quid tibi suadeam. Mihi *notæ* meæ *marginales* tum ad prælectiones publicas, tum ad unum vel alterum auctorum, instar illorum sunt, quod supra dixi; & si quæ huc referri non possunt, habeo alium librum, cui memoriâ digna inscribo, *sine ordine*, sine cura, sine splendore; & in ejusdem margine noto titulum, in quem excerptus locus referendus est. *Indice* tamen opus, qui me ducat in tam confusè scriptis ad id, quod volo. Idem institutum erat *Phil. Scherbii, Scip. Gentilis*, aliorumque, quod è senioribus audivi; ut scilicet multum papyri lucrifacerent. De *Politicis* nihil ego; & potes eorum sententiam explorare, qui magnam in iis scientiam sibi compararunt. Quod si tamen *post*

com-

compendium lectum, adeas *Aristotelem*, & ad eum conferas luculentissimos *commentarios V. Cl. Michaëlis Piccarti*; ac post hæc Principatum, ejusq; virtutes ac vitia nosse discas è *Lipsii Politicis, cum indice utilissimo*, nuper à *Cl. Freinshemio* editis. Inserviet hic idem, ut Locos Communes politicos constituere, & ad Lipsiana referre possis, quibus apud alios similia legis. Auctor etiam sum, ut ad cognoscendum potissimarum Rerumpublicarum & Regnorum statum, compares tibi *Respublicas* omnes typis *Elzevirianis* Lugduni Batavorum editas. Habes de omnibus consilium meum. Alii eruditiùs dissent, nemo fideliùs; alii breviùs, nemo utiliùs. Quod si nonnulli me, tanquam adhuc prolixum, calumniabuntur, vagari per terras, ac quærere Doctorem jube, qui citiùs faciat *Philologos ac Historicos*, quàm asparagi coquuntur.


CONSOLATORIA AD EXULEM.

E Saucio pectore descendit illa vox apud Maronem:

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva.

nec dubito, quin eadem calamitas mentem & viscera tua dividat, *mi charissime!* Nollem, quæ nolles. Interim quàm nec abs te, nec ab aliis miser dici debeas, his argumentis evincere mihi videor. Quinam sunt illi, à quibus secessisti? Ingrati, mali, te indigni; *quorum odio spontaneum sibi exilium quivis bonus indiceret.* His tu plus doloris facies discessu tuo, quàm illi furore suo tibi: quòd hæc plebejarum mentium præpostera consuetudo sit, fastidiis & odiis præsentes, absentes veneratione prosequi. Sed, inquis, nihil atrocius exilio, quod *supplicium* vocatur Valerio, *mors civilis* JCtis, quo cœlum & spiritus, dominiumq; civitatis amittitur. Unde Cicero diem, quo redierat ab exilio, modò παλιγγενεσίαν suam vocat, modo *natalem reditus sui.* Erras, si exulare te putas. Tunc, *cùm in civitate tua vixisti, superante jam hominum*

minum nequitiâ, impietate, avaritiâ & quo non malo? & exul & mortuus fuisti. Et quomodo te credam exulare, cùm, ubicunq; vivas, patria sit? Benè ac sapienter de se Romanorum Philosophorum Princeps: *Non sum uni angulo natus: Patria mea totus hic est mundus.* Imò, professionem tuam decet, ut digitum mentemq; in æthera intendas, & cum Anaxagora dicas: *Hic mea patria.* Rursum, ignominiosa hæc sine lare errantium vita est, inquis: sed falleris. Catoni, Scipioni, Ciceroni, tot Corneliis; & quid Ethnica tibi refero? *tot martyribus & Ecclesiæ veteris doctoribus exilia sua detrahe, magnam partem gloriæ ipsorum abstuleris.* Bonorum amissionem tolerabiliorem faciet Deus Opt. Max. conciliatâ etiam apud exteros omnium bonorum amicitiâ. Nulla enim terra tam raram eruditionem cum probitate conjunctam non æstimabit, venerabitur, promovebit.



FORMULÆ, TESTIMONIA SIVE ELOGIA, DESCRIPTIONES.

PRÆFATIUNCULA.

HÆc tertia pars Collegii nostri; nil aliud quàm Locorum Communium liber. *Nil jucundius* (inquit Manutius Com. ad lib. I. Epist. Cic. ad Fam. Ep. 9.) *atqe etiam utilius, quàm in legendo similia conferre; quo in genere qui versantur, his ferè neque deest unquam, quod scribant, & ea, quæ scribunt, augere & exornare facilè possunt.* Sed ne idem tibi eveniat, quod Lucullo, cui, teste Horatio, plura domi erant, quæ fallerent dominum, & prodessent furibus, operam dedi, ut singula in suos digesta nidu-

nidulos ſtatim in procinctu eſſent, ac velut in numerato. Præſtabit hoc ordo iſte, quem ſecundùm *alphabeticum* inſtituimus; quanquam ſi hunc neglexiſſemus, potuiſſet idem nobis index accuratiſſimus ſub calcem horum excerptorum parandus. Sed quinam illi Auctores, quorum loquendi modos excerpimus? Selegi è Veteribus pauca quædam è *Cicerone*, cùm mallem omnia. Non enim hoc me docuit unus vel alter è trivio, ſed præter *Michaëlem Virdungum*, judicii exactiſſimi cenſorem, vir de Latinis & Græcis, ſacris & profanis, literis benè merentiſſimus, totoq; orbe Chriſtiano celeberrimus *Iſaacus Caſaubonus*, ut pro Cicerone contra *omnes Marrucinos & argutiarum affectatores*, quibus genuinam indolem Romani ſermonis plerique nunc frangunt ac vitiant, ſentirem. Verba maximi virorum hæc ſunt, epiſt. 567. ad Andream Schottum: *Quòd ſcribis in eo te eſſe, ut Ciceronem juventuti commendes, & vel averſanti eum obtrudas, moriar, niſi is*

 mihi

mihi fuit longè jucundissimus nuncius. Amo enim illum Scriptorem ἐκπαθῶς, & stultitiam eorum demirari satis nequeo, qui Latinam linguam & facundiam ab alio potiùs sibi putant quærendam. Inter morbos ἐπιδημίους nostri seculi hunc recenseamus licet. Et epist. 588. ad eundem: *Qui à primis annis divinum M. Tullii ingenium semper suspexerim & amaverim; nunc senex aut senectuti proximus, ita ejus scripta admiror, ita eorum lectione delector, ut nemini hac in parte eorum, qui sese Ciceronianos dici volunt, sim concessurus. Et olim quidem facundiam atq; doctrinam in illo sum miratus; nunc etiam probitatem, prudentiam, & alias magno Politico proprias virtutes.* Deniq; ep. 589. ad Joann. Brantium: *Subiit sæpè mirari stultitiam nostrorum hominum, qui unicum germanæ Latinitatis autorem scholis propè jam expulerunt. Quin eò insaniæ multos venisse videmus, ut ille censeatur disertissimus, qui ab illo dicendi magistro absolutissimo abierit quàm longissimè &c.* Et quid ego seculo in

ab-

abavitam barbariem eunti obverso tantùm recentiora? Idem judicarunt olim *Seneca Pater*, *Asinius Pollio*, *Titus Livius*, *Cremutius Cordus*, *Cornelius Severus*, *Vellejus Paterculus*, alii innumeri; (a) quorum judiciis sua longè dexteriora putant Suffeni nostri. At quòd pauciora hîc proponam è Cicerone, facit, quòd à nonnullis hunc laborem felicissimè susceptum nôrim. Plura erunt è *Plauto*, *Plinio juniore*, & *Historicis*; quibus jungendos duximus præter alios, sanè quàm nitidos, scriptores, tum epistolas nondum vulgatas, tum eundem *Casaubonum* & *Erasmum*, quorum alterius laudes jam exsecutus est *Fridericus Gronovius*: alterum calumniis oppressum ad me sæpe conquestus est, vir in auctoritate summa humanissimus, & in magna negotiorum publicorum multitudine de literis nostris meritissimus, *Dn. Georgius Richterus*. Audivi adolescens ipse in *Erasmi nomen* de cathedra sæpe frigidissimè debacchantem. Sed cùm postea

lectio nostra crevisset, observavi ac miratus sum, idem ferè mortuo nunc accidere, quod olim acciderat vivo. Nam ut ipse conqueritur *lib. II. Ep. ad Bovillum pag. 77.* fuerunt tam impudentes adversarii, qui damnarent, ac lacerarent libros, quos nec legerunt quidem. Tantùm *audierant inter cyathos & in conciliabulis fori, prodiisse novum opus*, quod omnibus Theologis, ceu cornicibus, oculos tentet configere. Certè non aliter hîc fuit; & cùm Philologus ille vidisset, *Erasmum* à quibusdam Italis, cumprimis *à Mureto* ignominiosiùs haberi, sed & in eundem, maximum heroa *Julium Scaligerum* infestis quondam signis ivisse, secutus est & ipse, non qua eundum, sed qua itum erat. *Muretum* quidem, cujus ille intumerat paucissimis contra Erasmum observationibus, non moror, quòd tantas illius hallucinationes, & tam pueriles ineptias, in emendandis & explicandis scriptoribus animadvertimus, ut *cum Erasmo collatus, umbra literati hominis* vide-

videri queat. De Scaligero audire vos velim doctissimi *Vossii* censuram *è lib. IV. Inst. Orat. c. 2. sect. 4. p. 53. Erasmum valdè exagitat Cæsar Scaliger oratione illâ, quam adversus eum doctius quàm modestius, magis ad ostentationem & famæ aucupium, ex magnitudine adversarii, quàm veritatis studio, scripsit. Sed hanc culpam heros ille postmodo pœnitudine ductus quodammodo eluit divino Epigrammate, quo Erasmum usq; adeò extulit.* (b) Potuissem hoc Erasmi defendendi labore facilè carere; sed ut hactenus reliquam fortunam meam, sic & hoc ipsum prævideo, fore non paucos, qui ad Erasmum sese deduci, & damnatam aliorum calculis lectionem restitui, ægrè ferent. Hos à me nihil aliud responsi expectare jubeo, quàm quod hac præfatione dictum est.

(a) Quintil. lib. XII. Inst. Orat. c. 10. A. *M. Tullium non illum habemus Euphranorem, circa plurium artium species præstantem, sed in omnibus, quæ in quoq; laudantur, eminentissimum.* Ad-

de insigne elogium *Plinii lib. VII. cap. 30. Lucan lib. VII. v. 62. Andr. Dudithius* tantus fuit Tullianæ eloquentiæ sive sectator sive admirator, ut *totum Ciceronem ter propriâ manu descripserit.* *Thuan. lib. XCVI. fol. 476.*

(b) Reinesius: *De Des. Erasmo nihil quicquam tam magnificè dici potest, quin eruditio illius examussitata, & luculentissima de bonis literis merita id superent; & reperti tamen sunt viri non minus egregii, qui in ejus scriptis multa castigarent, & quidem justissimè. Videte vel Adr. Junium, Henr. Stephanum in Animadvers. & Paulum Leopardum in Emendationibus. Multi etiam asperius agentes, veluti Itali quidam obnunciatores, & acerbè in eum facetus Scaliger* lib. III. Var. Lect. c. 17. p. 624.

***

FOR-

FORMULÆ ABOMINANDI, EXECRANDI.

PLaut. in Asin. a. 5. sc. 1. v. 13. *Utinam malè qui mihi volunt, sic rideant!* Curt. lib. IX. c. 6. n. 12. *Horrescit animus atrocitate rei, quam paulò antè vidimus.* Et alibi: *Quod Jupiter omen avertat!* Symmachus lib. 2. ep. 55. *Dii meliora procurent!* Virgil. III. Georg.

DI meliora piis, erroremq́ue hostibus illum.

Et III. Æneid. *Dii tantam terris avertite pestem!* Casf. ep. 711. ad Thuan. *Vidisti ne Alastoris Scioppi Ecclesiasticum? ibi illa infernalis furia plenis velis in te invehitur: quod si iniquo animo fers, indignus es illo honore, quo te Deus immortalis afficit, quando ἀξιοῖ σε ἀτιμασθῆναι ab illis, quos scis esse instrumenta Diaboli, certissimosq́ue Dei hostes. Parricidæ in hoc libro defenduntur, cælis inferuntur. Deum immortalem! in quæ tempora reservati sumus? qui hæc tuen-*

tuentur, illi mihi Paganis & Mahumedanis longè pejores. EANT, VALEANT, PEREANT! Ubi observa promicantem Tullianæ dictionis flosculum ex ea pro domo contra Clodium: *Ista autem fax & furia patriæ.* Cui similis alter in eadem Ciceroniana: *Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atque otii, qui in naufragio Reipubl. tenebris offusis, demerso populo, everso atque ejecto Senatu, dirueris, ædificaris, religione omni violatâ, Reipubl. tamen nomine contaminaris.* Idem Casaub. ep. 52. ad Scal. *Absit à me ὡς πορρωτάτω illa cura.* Et ad eund. ep. 177. *Neque Deus sirit, ut ingenium meum aulicis artibus velim accommodare, ἀφρήτωρ ille mihi, ἀθέμιστος, ἀνέστιος, qui natus ad majora, eò tamen se dejecit. Egone, ut regiorum γαζοφυλάκων aditus colam & limina teram? τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.* Id. ep. 656. ad Thuan. *Ne augustissimæ quidem Reginæ parcebant linguæ viperinæ; fugisse illam orto tumultu ex arce Lupara, & in Bastiliam se cum paucis recepisse. Regem illi esse ademtum,*

tum, omnia deniq; facta esse ἄνω κάτω. Deus omen in capita fingentium vertat, & Regem, Reginam, atq; universum regnum ab omni malo ac periculo protegat! Et ep. 233. *O invisum mihi diem, & atro lapillo notandum!* Possis abominari hujusmodi diem ex orat. Virdungi: *O meritò lachrymabilem, atrum, funestum, adeòq; ante omnes & Allienses & Cannenses dies Fastis damnandum!* Idem Casaub. ep. 264. ad Scal. *Amicus Venetus furit ὀλοαῖς μανίαις (Theocriteum Eidyll. XI. insaniis perniciosis.) Urget nos Epistolis, proponit gryphos: sic ipse vocat, & verè. Sunt enim παιγνιώδη προβλήματα, (ludicra problemata) & si, ut de re gravissima, enixissimè petit à me, respondeam & solvam: eâ tamen lege,* inquit, *ne mihi satisfactum putes, si me ad scripturarum tribunal obtorto collo rapueris. Ipsa verba illius posui, quæ ut βλασφημίας γέμοντα (blasphemiæ plena) sine horrore non descripsi. Atqui ille addit, pridem explosam penitùs à magno illo Ebroicensi Episcopo fastuosam provocationem scri-*

plurarum. Judica nunc, & dic quæso mihi, putesne aliquid posse huic impietati adjici. Et ep. 314. ad eund. *Quò tandem ista evadent? audistine aliquid unquam τερατωδέςερον; Fateor tibi vix parem me ταῖς ἀνιαροτάταις ἀνίαις (tristissimis tristitiis) quas ex impendentium malorum cogitatione præcipio.* Id. ep. 317. ad eund. *Illud μυςήριον ἐφανερώθη (Mysterium vulgatum est) non amore literarum nos huc esse accersitos; verùm ut de veritate Dei per nos triumpharetur, ὃ μὴ γένοιτο ὐδ' ἔςαι (quod absit, nec erit)* Idem ad eundem, ep. 379. de Delrio Jesuita: *Nunquam sine detestatione τῆς μιαρᾶς κεφαλῆς (scelesti capitis) ejus nomen usurpavi; neq; honestiùs de illo sum locutus apud Gonterios, Frontones, & alios θιασώτας τῶν ἀυτῶν ὀργίων, (sodales eorundem sacrorum) quam nunc ad te scribo.* Id. ep. 598. ad eund. *Vidisse te non dubito Stygii cujusdam canis Amphiteatrum honoris. Quis hic furor? quæ rabies? quis dubitare potest homines cerbereos nihil nisi flammam & ferrum meditari? Ego non dubi-*

dubito, omnia eorum consilia eò referri, id agere, id studere unum, id assiduè urgere, ut in bonos impetum faciant, piorum sanguine, quem pridem sitiunt οἱ ἀλάστορες καὶ ἐναγεῖς (*pestilentes & sacerrimi*) *proprias maculent manus;* ἀποφράδος (*nefasti vel inauspicati*) *deniq; illius diei, qua sola ipsis placet, lanienam instaurent.* Et ep. 416. ad eund. *Unicum adhuc ex istis nundinis librum vidimus, Minerval tibi appensum à Serrario, qui feræ inter retia captæ similis, fœdum in modum jactat sese, nodum etiam magis adstringens. Deum immortalem! quantum ineptiarum quantum* Λωιωλιτικῆς ἀναισχυντίας, πανουργίας, συκοφαντίας, καὶ οὐκ οἶδ᾽ ὅτι λέγω, (*Jesuiticæ, impudentiæ, versutiæ, calumniæ, & nescio, quid amplius dicam*) Et ep. 422. ad eund. *Deus meliora, quàm ut in literis quicquam mihi eximium arrogem.* Et ep. 225 ad Petr. Matthæum: *En fidem, en integritatem judicum Charitatensium, quibus pro hac insignita improbitate aut meliorem Deus mentem duit, aut* πανώλειαν παντὶ τῷ

γένει

γένει εἰσενέγκῃ (*exitium omni genere inferat!* Eraſ. lib. 4. ad Rich. Bartholinum, p. 62. *Sed ut contingat victoria, quid æquè votis expetant Turcæ, & ſi quibus etiam inviſus eſt nomen Chriſti, quâm pulcherrimam ac munitiſſimam orbis Chriſtiani partem ferro igneq; vaſtari, floremq; noſtræ religionis indignis modis proteri. Prohibeat Deus O. M. ut iſtorum amentiæ, fortunæ favor, aut calculus principum, accedat!* Et huc pertinent omnes execrationes bellorum civilium, quarum apud Hiſtoricos & Oratores & Poëta, ingens numerus. Vide inſignem apud eund. *Eraſm.* lib. II. ep. p. 101. *Virdungum* noſtrum in Oratione funebri *Nobiliſſimo Volckamero* dicta. Plena etiam, ut verborum majeſtate, ſic parricidii deteſtatione, illa *Caſauboni* querela ſuper obitu Heinrici IV. ep. 586. ad Thuan. *Impium in patriam, & Gallici nominis hoſtem eſſe juratiſſimum oportet, quem publicè acceptum damnum, unius illius ſacri capitis amiſſione non commoveat, non ſquallore luctuq; afficiat. Amiſimus enim,*

enim, amiſimus, & quidem teterrimo parricidio, (heu ſeculi infamiam) amiſimus, inquam, Chriſtianiſſimum Regem, Heinricum Magnum, Principem Principum, Europæ decus, Patrem patriæ, bello invictiſſimum, pacis amantiſſimum, prorſus ad Homericam (Il. 3.) *perfecti Regis ideam.*

Ἀμφότερον βασιλῆ ἀγαθὸν κρατερόν τ᾽ αἰχμητήν.

Utrumq; regemq; bonum, fortemq; pugnatorem,

ſcientiâ bellandi vel Julio Cæſari parem; arte & peritiâ regendæ Reipubl. vel Auguſto: clementiâ, facilitate ignoſcendi & felicitate perficiendi deſtinata, omnibus omnium ſeculorum Principibus aut parem, aut ſuperiorem. Et potuit tamen inveniri, qui talem tantumq; Principem, in quo ſalus communis nitebatur; in quo tranquillitatis & quietis in Europa ſpes prudentibus præcipuè vertebatur, violare ſceleſtus ſuſtineret? potuit inveniri, qui omnia divina humanaq; jura ſceleris nova & inaudita immanitate polluens, nefario ſe patriæ parrici-

dio

dio obstringeret? potuit unius (si tamen unius) perditissimi Alastoris mens perversa tantum, tam inexpiabile ἄγος concipere? nec mens solùm concipere, sed etiam (proh dolor! horresco referens;) manus scelerata exequi? O prodigium, non hominem! O furiam! Adde *Heins. in orat. de secunda ætate Pop. Roman.* & pulverariæ conjurationis execrationem apud eund. *Casaub.* ep. 624 ad Frontonem Ducæum, pag. 754. cujus verba descripsit *Lansius* in orat. contra Britan. ab iis: *Quòd enim obsecro vos post homines natos &c.* usque ad illa: *quòd pro satisfactione omnium suorum in omni vita peccatorum sufficeret.* Sil. lib. XI.

-- *Falsa ut præsagia nostra*
Sint oro, mensq́ue augurio ludatur inani!

Stat. lib. VI. v. 915. *abigant hoc numina!* Liv. lib. IX. c. 34. *quod ominari etiam reformidat animus*, & lib. XXI. c. 10. *falsus utinam vates sim!* lib. XXII. c. 13. *id quod Dii omen avertant.* lib. XXIIX. c. 41. *quod omnes Dii omen avertant, & dicere etiam reformidat animus; sed*

quæ

quæ acciderunt, accidere possunt. lib. XXXIX. c. 10. *Dii meliora, inquit, mori, & sibi & illi satius esse, quàm id facere, & in caput eorum detestari minas periculaque, qui id suasissent.* Affines quære in Form. DEHORTANDI, DEPLORANDI, REPREHENDENDI.

NOTA.

Veteres, quæ abominabantur, despuebant. Plaut. Asin. 1. 1. 26.

Neq; herclè ego istud dico, nec dictum volo

Teq; obsecro herclè, ut, quæ locutus despuas.

Vid. Wouwer. *ad Petr. p. 475. Cl. Minoem ad Alc. embl. 110. pag. 399.* Prud. contra Symmach. l. I. v. 580. *Qui Jovis infectam sanie non* despuat *aram.* Tertull. de Idol c. 11. *Quo ore Christianus thurarius, si per templa transibit fumantes aras* despuet, *& exsufflabit, quibus ipse prospexit?* Minut. Felix in Octavio de Christianis: *Latebrosa & lucifuga natio, in publico muta, in angulis garrula, templa ut busta despiciunt,* Deos despuunt. *Vid. ibi Des. Herald.*

rald. Taubm. ad Plaut. Capt. 3. 4. 18. & in Cirin. v. 372.

ACCLAMANDI.

QUæ olim in Senatu fiebant, quæ à militibus, quæ à vulgo, congesſit Briſſon. in libb. Formular. p. 187. 188. 189. 349. 819. & adde Caſaub. ad *Theophr. Charact. p. 118. 119.* Non aliorſum traho illud Senecæ lib. 1. de Clementia cap. 1. *O dignam vocem, quam audirent omnes gentes, quæ Romanum Imperium incolunt, quæq; juxta jacent dubiæ libertatis, quæq; ſe contra viribus aut animis attollunt! O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba Principes Regesq; jurent! O vocem publicâ generis humani innocentiâ dignam, cui redderetur antiquum illud ſeculũ.* Ut nec illud Flori lib. 2. c. 6. *O horribilem in tot adverſis fiduciam! O ſingularem animum ac ſpiritum Populi Romani! O populum dignum orbis imperio! dignum omnium favore & admiratione hominum ac Deorum!* Lipſ. lib. 1. antiq. lect. c. 13. *Inſignem locum, & quaſi*

& quasi notæ Opimianæ! Cas. ep.311. ad Heins. *O perge, magne juvenis, & literarum spes altera, quo cœpisti pede! Nam quid sperari à te viro, nedum sene, queat, facilè iis æstimare, qui eximiam eruditionem, quæ in iis, quæ edidisti hactenus, apparet, non possunt satis mirari.* Et ep.526. ad eund. *Macte hac pietate, hac generositate mentis, hac deniq; capitalis atq; ignei ingenii beatissimâ copiâ.* Et epist.233. ad Scalig. *Næ, tu homo divinus es; quis non demiretur ingeniosissimam conjecturam?* Et ad eund. ep. ead. *Omninò adquiesco sententiæ tuæ: quæ aut vera est, aut sic verisimilis, ut, qui meliorem non attulerit, caussam dicere non queat, quin illa pro recta ac certa sit nobis accipienda.* Et ep.74. ad Velserum: *Macte esto, & perge bonis avibus, istoq; ingenii ac judicii temperamento ad asserendam literis suam dignitatem diu felix utere!* Similes formulas quære in tit. ADHORTANDI, qui statim sequitur, & LAUDANDI.

AD

ADHORTANDI, EXCITANDI.

CIceronianum est: *Incumbe, per Deos immortales, in eam curam & cogitationem, quæ tibi summam dignitatem & gloriam afferat*, lib. X, ep. 3. Ubi simul nota peculiare artificium adhortantis, cùm scribit: *Hæc amore magis impulsus ad te scribenda putavi, quam quòd arbitrarer, te monitis & præceptis meis egere.* Item: *Hoc significandum putavi, ut potius amorem tibi ostenderem meum, quàm ostentarem prudentiam.* Adde Ciceronem eund. d. lib. epist. 5. 10. 12. 13. 14. 19. 20. & ad Quintum Fratrem, lib. 1. ep. 1. hujusmodi adhortatoriis refertam. Idem ad filium: *Suscepisti onus præterea grave & Athenarum & Cratippi: ad quos cùm tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem & urbis authoritatem & Magistri. Quare quantum coniti animo potes, quantum labore contendere, (si discendi labor est potius, quam*

quàm voluptas) tantum fac, ut efficias: neve committas, ut cùm omnia suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse videare. lib. 3. de Offic. Pleni etiam historiarum libri. Scipio ad Masanissam: *Vince animum, cave deformes multa bona uno vitio, & tot meritorum gratiam majore culpâ, quàm causa culpæ est, corrumpas.* Liv.l.xxx.c.14. Cato ap. Sallust. in Cat. c. 52. *Sed per Deos immortales vos ego appello, expergiscimini aliquando & capessite Rempubl. non agitur de vectigalibus, non de sociorum injuriis. Libertas & anima nostra in dubio est.* Et Micipsa apud eundem in Jug. c. 10: *Nunc per hanc dextram, per regni fidem moneo, obtestorq; uti hos caros habeas.* E Brunnerianis etiam quibusdam lib. I. pag. 13. hanc formulam constituerim: *Humilis est sensus, qui se ignobilis vici quam mundi civem mavult dici; humanus animus cœlo cognatus, more siderum quietem odit, gaudet raptatione, & vult in spectaculum emitti; torpor videtur, nolle currere ad gloriam. I proinde, ac patriam famamq; utram-*

utramq; in arcto sitam, fortibus factis extende. Et ex eod. p. 25. *Hoc virtutis tuæ theatrum puta, & vide, ne à proavito consortio gloriæ excludaris.* Deniq; ex ejusd. lib. 2. p. 154. sic loquere: *Noli tibi vitam nihil agenti elabi, sed aliquid grande in fastos & posteritatis memoriam mitte; cùmq; scias, famam nusquam tutiùs, quàm ex literis quæri, his te totum consecra.* Item ex alio: *Recordare veteris gloriæ, & præter hanc, recentis decoris. Retracta spiritus illos tuos, & æquales cœlo animos.* Audi nunc Casaub. epist. 325. ad Christ. Putean. *Quod scribis impetum cepisse te noscendi propiùs & penitiùs historiam Ecclesiasticam: laudo inceptum, atq; adeò, qui meus est in te amor, seriò tibi gratulor tam generosæ mentis. Nam quotusquisq; est ex hodierna juventute, ejus præsertim, cujus es tu, loci eorum majorum, quẽ hæc tangat cura? &c. Meliùs tu, qui animum tuum ad verè sublimia, verè cœlestia paras appellere, aut jam potiùs appulisti.* Βάλλ' οὕτως αἴκέν τι φόως Δαναοῖσι γένοιο, *jaculare sic, si fortè ali-*

aliquod lumen Danais fiat. Homer. Il. Θ. v. 282.) *Quicunq; ille fuit, qui tam salutaris consilii fuit autor, hunc sequere, & propitio numine aggredere studium utilissimum simul & suavissimum. O mihi præteritos referat si nunc Deus annos! testor nihil mihi eo genere literarum antiquius; sed nobis cùm erat adhuc* γόνυ χλωρόν, (Theocr. Eid. 14. *genu virens,* imitatur Horat. Epod. 13.) *dux defuit atq; hortator. Tui, cui virent genua, i bone, quò tua virtus vocat. Spero equidem* οὐκ ἀθεεὶ (*non sine Deo*) *obortum in animo tuo rei tam præclaræ desiderium.* Et ep. 379. ad Heinf. *Non putabam tibi tantum esse masculæ bilis, ut in hosticum venire auderes. Macte hac virtute, &* γενναίῳ παραστήματι τῆς ψυχῆς (*generoso animi robore.*). *Censeo tamē, pareas tibi; quando in tuo capite propè unico omnes literarū Veneres periclitantur.* Et ad Molæos fratres ep. 271. *O illucescat brevi ille dies, cùm studiis istic feliciter peractis, solidam* τῆς γνησίας νομικῆς, (*legitimæ Jurisprudentiæ*) *cui nunc incumbitis, cognitionem, ceu spolia*

quædam opima domum deportabitis. Sic enim habete, προσφιλέστατοι νεανίαι, *(dilectissimi juvenes) esse neminem, qui vos nôrit, quin de vestra indole rari aliquid sibi spoponderit; quò diligentiùs enitendum vobis est, magnaq; animi intentione efficiendum, ut hanc expectationem tantam non solùm ne destituatis; sed verò enim superetis. Superabitis autem cum bono DEO facilè, si adversùs omnes juventutis illecebras maturè animum obfirmaveritis, vobisq; seriò persuaseritis,* σὺν Ἀθηνᾷ δεῖν καὶ τὴν χεῖρα κινεῖν. (verba oraculi apud Plut. *manum movendam esse cum Minerva,* hoc est, orandum & laborandum.) *Nam quòd omnia abundè vobis, quæ natos ad magna adolescentes decet, contigerunt, genus, ingenium, educatio, alia, &c.* Et ep. 217. ad eosdem: *Ab utroq; vestrûm peto atq; contendo, ut temporis, rei pretiosissimæ, quantam maximam fieri poterit rationem habeatis. Rex Medicorum dixit olim:* ἡ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς. *(ars longa, tempus s. vita brevis) Verè prorsus & pro sapientia illa sua divina. Neq; sola*

est

est Asclepiadarum ars, cujus longitudo aut difficultas ejus studiosos reddere debeat temporis avaros. Quod sapientissimus Senex de sua dixit, de omnibus potest dici; maximè autem de illa, cujus nunc studium, mox, ut speramus, notitiam, professuri estis. Porrò autem generosi est animi, in ea, quam profitearis, arte velle excellere: ἔμφυτον γὰρ, ut Aristoteles ait, τοῖς κρείττοσιν ἡ μεγαλοφροσύνη, *(insitus melioribus animus erectus atque excelsus) &c.* Erasmiana sunt l. I ep. ad Capiton. p. 9. *Nos pro nostra infelicitate, quod licuit, præstitimus; tibi nihil non egregiè suppetit, quod ad hoc pulcherrimum facinus requiri videatur. Ætas integra & vigens etiamnum virensque: corpus vegetum, ac laborum patiens; ingenium felix, judicium acre, eloquentia tantum, quantum non sustinendo solum, verùm etiam illustrando negotio sufficiat; pectus ardens, nec ullius rei appetentius, quàm benè merendi de mortalium universo genere.* Et ad ipsum Erasmum Jacob. Faber lib. II. pag. 82. *Perge imitator publici Solis. Sic namq; ille*

ille candida lucis plenissimus, non intra se illam oculit; sed omnibus mortalium oculis, non suo, sed illorum usu manifestat & ingerit. Budæus ad eund. pag. 89. *Admonitum te oportuit ab amico, ne cessare videar in amici discrimine, tuve invitus arbitrio stare meo cogêris, si tecum jure summo agere velim ex formula legis amicitiæ. Quare æquum est, ut hæc* εὐγνωμόνως, *(benevolè) accipias.* E manuscriptis deniq; habe tibi ista: *Quos admiraris, imitare homines divinos, qui artis simulandi verbis imperitos se simulantes, facto effecerunt contrarium. Instar enim oraculi tibi habendum illud vetus:* τέχνη γὰρ τέχνην παίζει, *ars artem eludit s. ut Scalig. reponit:* δόλος δὲ δόλον κρατήσει, *fraus fraudi imperabit. Quod tibi eò magis necessarium putabis, quò occultiùs non nemo te mordere satagit, qui astutam vapido servat sub pectore vulpem.* Item: κειμήλια *(pretiosa) ista ut mecum exoscularis; ita curare non grave erit, ut per ea optimi auctoris gloria perennet.* Et ex alia: *Super operis fortuna, quam indicas, planè exsilio;*

filio; urge, ne intepescat negotium. Et ex alia: *Laboribus tuis an sic excidemus & libro carebimus, adeò afflictim desiderato,* καὶ ἀξιοκτήτῳ μάλιστα ἄλλων *(ac præ cæteris acquiri dignissimo) Urge saltem, ut gustum habeamus. Quàm vellem prolegomena introspicere ad cognoscendã operis æterni rationem: non erunt, scio, inferiora iis, quæ reliquis vestris olim præmisistis, planè eximia, prudentiæ eruditionisq; solidæ plena, ad quæ juventus,* ὡς πρὸς κάνονα καὶ στάθμην, *(velut ad regulam & amussim) sua studia conformet. Ego certè ab iis, quandocunq; semel diverti, non discedo, nisi confirmatior, & cum aculeo admirationis, & cum sensu suavissimæ voluntatis.* In alia: *Quid si tu ingenii tui felicissimum fœtum aliquem præclarum ederes, atq; sic viris principibus, literatorum amantissimis, &* μεγαλοφροσύνης *laude eminentissimis innotesceres. Si quid recti ominor, laboris te non pœnitebit. Certè heros ille, si quisquam, qui per ora volitet virûm dignissimus,* ἀποθέωσιν *meretur singularem, vel etiam plures: attamen,*

 ut

ut Achilles aut Alexander, non à quovis, sed à te tuiq; similibus; qua de re ipse tecum statuas. Mihi verò tam liberè monenti ignosce, & de me animum tui amantissimum certè sanctèque tibi persuade.

AD ADHORTATORIAS.

Respondendi Formulæ.

CAsaub. epist. 19. ad Scalig. *Hac tuâ epistolâ planè alium me, quàm prius eram, fecisti: jacentem, inquam, erexisti, & ad audendum deinceps aliquid animos fecisti; tantum deniq; alacritatis ad scribendum adjecisti, ut quicquid unquam mihi Resp. literaria debebit, (si quid debitura est) id totum uni tibi in solidum acceptum ferri debeat.* Et ep. 157. ad eund. *Te auctore & suasore non è portu solùm exiimus, & oram solvimus; verùm etiam in altum jam sumus provecti.* Idem ep. 117. ad Philip. Canajum à Fraxinis: *DEUM supplex oro, ne meâ indiligentiâ aut culpâ committam, ut tuæ de nostris studiis pollicitatio-*

tationes, & νεανικαὶ ἐπαγγελίαι probro tibi vertant. Hic mihi ad connitendum aculeus, hoc intentivum, hæc fax esse solet. Omninò enim eò ventum, ut sine existimationis tuæ immutatione frigere studia nostra non possint. Nam equidem ad docendum nunquam accedo, quin ob oculos mihi obverseris, ut si possim, tuâ quoque approbatione digna promam. Erasm. l. 11. ep. ad Joan. Sixt. p. 91. *Quòd hortaris, ut Musas meas excitem, Mercuriali virgâ opus esse scito, ut expergefiant. Et haud scio, lethargus ne sit, an somnus; utcunq; est, melius, opinor, dormiunt; ineptiæ sunt, obstreperæ, garrulæ importunæ. Nihil periculosius, quàm Panem ad canendum provocare, enecabit, ubi semel cœperit,*

Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirundo.

Excitavimus nuper, & quidem iratas, à somno plusquam decenni, &c. Et ep. ad Joan. Eckium p. 96. *Sed tu accuratiùs aliquando, quàm par est, præmollis admonitionem tuam apud me, cui tantam tribuis humanitatem, si tamen*

ex animo tribuis. Ego à quovis admoneri non gravatim fero, tantùm abest, ut abs te viro tam eximio reverenter admoneri postulem: & tamen aliquanto plus vel reverentiæ vel civilitatis habent tuæ præfationes atq; interlocutiones, quàm admonitiones. Sic enim rem proponis, velut alien[illegible] referas calumniam; sic insectaris, quasi tuam tuearis sententiam. Jam Manuscripta sic loquitur: *Alii mordent clanculum, tu candidè mones ac incitas. Ego adfectum tuum & amplissimam voluntatem, quâ in me devergis, quanti faciam, frustrà sim, si ambitiosè fuero elocutus; stabit ejus memoria & studium demerendi mecum, &, si legemq; priorem reddat, & adflictum melior Deus auferat avum, non intra verba, neq; unquam ero immemor observantiæ quâ præclarissimas dotes tuas colo sine fuco & sanctè εἴπερ τις ἄλλος (si quisquam alius) venerabor. Istos verò latratus invidorum & iniquorum magnificè contemno;* τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, καὶ τὸ δίκαιον, *(bonum enim & justum à mea parte.)*

Pu-

Putean. promulſ. Ep. 2. ad Bernart.

Quòd adhortaris, ut quâ occœpi ire viâ pergam, gratum: & ego pergam, etſi nulla, infelicis hujus ſeculi labe, præmia ſunt; carmine ſententiam exprimam:

Virtutem ſolidum ratus putari
Virtuti pretium; paratus ultrò
Lubens temnere, quicquid undequaque
Offertur, benè, cùm ſat eſt mereri.
Non ambitur: at optimè omnium hoc fit:
Nolle ſumere, cùm ſat eſt mereri.

It. ep. 9. *Hodiè qui iter faciunt, contuſa & cribro ſuccreta quadam aromata circumferunt, aëris aut ſtomachi causâ: at quantò ſatius ad conſtantiam animum animare, ſicut ego ſalutaribus tuis monitionibus & dogmatis animavi! Nam in una illa Epiſtola mihi ſtacte, cinnamomum, macer, caryophyllon inſunt, quibus univerſam hanc itineris acrimoniam ſic condio, ut acerbum nihil ſentiam: temnam*

Et quodcunq; mali eſt, & quidquid triſte timemus.

ADHORTATORIÆ.

Quibus ad amicos valetudinis suæ negligentes usi sunt Viri docti.

CAsaub. ep. 409. ad Cunr. Rittershusium. *Is* (scil. Georg. Remus) *nuper scribebat, te ita assiduum esse in opere Musico, ut,* ἐπικεκυφὼς τοῖς βιβλίοις νύκτας τε καὶ ἤματα πάντα *(incumbens libris omnes noctesq; diesq;) laborandi finem nullum facias. Quid tibi vis, mi Rittershusi, cur te is perditum? cur non te respicis? quin exemplo utere potiùs meo, qui postquam huc veni, & minùs in studiis assiduus esse cœpi, factus sum* ἐῤῥωμενέστερος καὶ ὑγιέστερος, *(robustior ac valentior) quàm essem priùs. Tu quoque, ut quod agis, diutiùs agas, age remissiùs, & valetudinem tuam sedulò cura;* Erasmus Petro Ægidio lib. III. ep. p. 127. *Per nostram amicitiam, quâ non potest arctior esse, per tuam incolumitatem, quæ mihi non secus ac mea ipsius est cordi, mi Petre, da operam, ut revalescas, ut reversus te offendam hilarem*

larem ac lubentem. Ita mihi demùm videbor reversus incolumis. Cave ne crebris pharmacis vires nimis exhauri.u. Imprimis tempera tibi ab omni vehementiori motu animi, ab immodico gaudio, ab intemperanti risu, ab ambulatione graviore, à studio vehementi.

ADHORTATORIÆ.

Quibus urgentur promissa scripta.

QUam festivum illud Casauboni ep. 84. ad Grut. *Tuus Plautus quamdiu dormit? ut video, non aberis, quin pipulo sis poscendus. Quid tuæ illæ observationes? Imperator quidam olim scripsit: Apud verecundam conscientiam mendacii genus est, promissa tartiam dare. Hoc quam vim habeat, intelligis.* Et ep. 215. ad eundem, de iisdem observationibus: *Adeon' te inclementem esse, adversùs tuam prolem, ut tollere eam nolis? Si non moveris* φυσικῆ στοργῆ *(naturali amore) at solitudinem vide.*

quæ est in Musarum ædibus; specta ingeniorum infrequentiam, & paucitatem τῶν γνησίως αὐτὰς θεραπευόντων, *(eorum qui illas ritè colunt) illis* τῦ χρυσῦ γένυς λειψάνοις, *(aurei ævi reliquiis) partim culpâ docentium, partim arcanâ lege fatorum, ætas successit ferrea; juventus nempe* ἀμαθὴς, ἀψίκορος, δοκησίσοφος, *(rudis, fastidiosa, falsis persuasionibus turgida.) Quamobrem, mi Grutere, stationem ne deseramus; quin potiùs imminenti & propè jam instanti barbariei fortiter nos opponamus.* Juvat id genus flosculos decerpere plures. Elegerim præ cæteris illum ep. 478. ad Scalig. *Divinis illis tui Parentis in Historiam Animalium lucubrationibus quid tandem fiet? Adeonè infeliciter cum melioribus literis agi, ut nemo adhuc sit inventus, qui publicandi ejus thesauri provinciam ambiret? Oro te, obsecro atque obtestor, Illustrissime Domine, allabora, enitere, ac demum perfice, ut tot adoreis incomparabilis Herois, absque te foret, hic titulus laudis accedat.* Longè etiam

sua-

suavissimæ reperiuntur ep. 496. quam absoluto Eusebio scripsit *Casaubonus*, & de aliis auctorum scriptis illustrandis, nomine totius Reipublicæ literariæ, solicitavit eumdem divinum virum. Inter alia sic inquit: *Age igitur, vir summe, capesse hanc provinciam verè tuam. Cujus enim potiùs? cùm certissimum sit à magno Hieronymo, incomparabili, ut rectè tu quoque judicas, viro, neminem unum ad id negotium* (loquitur de animad. in LXX. Interpp.) *se accinxisse iis præsidiis, quibus ipse abundas, æquè instructum. N[illegible]ò, obsecro te, venerande Senex, adeo bonam occasionem prætermittere, de Studiosis literarum simul egregiè merendi, & æquissimis eorum postulatis satisfaciendi; qui inusitatam hanc eruditionem non alio fine ab ingeniorum parente in te collatam esse contendunt, nisi ut tuæ industriæ fructus, velut* προσφοράν καὶ θυσίαν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας (*oblationem ac victimam in odorem bonæ fragrantiæ*, ex epist. Pauli ad Eph. V, ℣, 2.) *Christo, & sanctæ ejus Ec-*

clesiæ, pro ea, quæ in te est pietate, animo de voto conferres. Mox: *At tui Parentis commentarios in libb. Philosophi de Historia Animalium quando luce publicâ donatos videbimus? aut quamdiu operis divini desiderio sapientiæ Studiosis erit languendum? En unquam ille dies illucescet, qui nos voti hujus damnabit?* ἔξεχε, ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε *(orere, orere, O amice Sol!) Per ego te paterni nominis reverentiam convenio atq; obtestor,* Nobilissime Scaliger, *per amorem tuum in literas, per quicquid deniq; tibi charum est, ut inæstimabilem thesaurum, non librum, Herois* θεοεικέλȣ *(Dii[illegible]pa-randi) primo quoq; die in vulg[illegible]edas.* Mox: *Cum animus, inquies, tuus, etiam ubi videtur cessare, opere pascatur, & oblectamenta tua sint opera; quid causæ esse dices, cur* παρέργοις *tuis, quæ plerorumq;* ἔργοις *sunt potiora, frui nobis per te non liceat?* Mox: *Hujusmodi sunt tui lusus; quos postquam aliud agens effudisti, ut pro tuis agnoscas, aut velis ipse publicare, nullis amicorum precibus adduci potes. Ut vinum generosum etiam nul-*

nullâ appensâ hederâ facilè emtorem invenit; & bona forma neq; commendatitiis neq; conciliatore opus habet: ita quicquid erit ab ingenio tuo profectum, licèt à te exponatur, inveniet tamen, à quo tollatur. Equidem quoties ferè ad Dan. Heinſ. *admirandæ doctrinæ & ingenii maximi virum ſcribo, monere, orareq; non prætermitto, ut pro ſumma illa gratia, quâ apud te valet, omnibus* πειθοῦς *artibus te aggrediatur: duritiem tuam in proprios fœtus molliat: efficiat demùm* ἤ δόλῳ, ἠ ἐβίηφι *(aut dolo aut virtute) quo deſcripta ex autographis tuis hoc genus opuſcula, vel, ut ipſe mavis, ludicra tua, foràs emittantur.* Id. Caſaubonus ep. 740. ad Pithœum: *Macte hoc animo,* Pithœe, *& quam videris ingreſſus viam, conſtanter inſiſte. Spera & confide, adfuturum inceptis tuis Deum immortalem, ſi, quod tui patrui ſemper fecerunt, de generé humano, præſertim verò de literaria Republ. omni ſtudio atque operâ benè mereri contendas.* Et mox: *Non potui non te hortari, atq; adeò rogare, ut quorum gloriam*

riam participas propter nominis & sanguinis communionem, eorum facta & egregia κατορθώματα constante animo æmuleris. Idem ep. 575. ad Erpenium: *Laudo constantiam, & quantum possum, te hortor, ut maneas in sententia, neque ab illa te avelli ullâ ratione sinas, Debes certò statuere, ὄυκ ἀθεεὶ factum, ut ad hoc genus literarum appelleres animum.* Et mox: *Tu unus es omnium, qui futuri, volente DEO, ædificii fundamenta jecisti firma & solida. Noli spem nostram fallere.* Deniq; ep. 353. ad Rittershusium, ubi de repertis Isidori Epistolis: *Beâsti me hoc Evangelio, macte hoc studio atq; hermæo istô. Multum quidem tibi jam Respubl. literaria debet, propter egregia ingenii tui monumenta, quibus illam auxisti, ornâsti: sed magnum cumulum prioribus meritis tuis adjeceris, si tam pium & eruditum Scriptorem ἐξ ἅδου παλίνορσον (ex orco reducem) nobis dederis.* In manuscriptis meis invenio: *Cùm de opere illo non cogitaturum te ampliùs dicis, lapides loqueris, qui cerebrum mihi tre-*

hi excutiunt: deprécor autem hanc pre-positi pertinaciam. Item: *Brutus sum, quod volo, valde volo; eoque, ut quæ dare commoraris, solicitare induxerim. Scriptum illud tuum intelligo. Bis dabis, si citò.* Sed ne in hoc argumento obliviscar veterum, adire te etiam jubeo Plin. lib. I. epist. 3. ad Canin ibi: *Quin tu humiles & sordidas curas aliis mandas? & ipse te in alto isto pinguiq; secessu studiis adseris. Hoc sit negotium tuum, hoc otium, hic labor, hæc quies: in his vigilia, in his somnus reponatur. Effinge aliquid & excude, quod sit perpetuò tuum, &c.* Et lib. II. ep. 10. ad Octavium: *Hominem te patientem, vel potiùs durum, ac penè crudelem, qui tam insignes libros tam diu teneas!* Et lib. III. ep. 7. ad Canin. *Quicquid est temporis futilis ac caduci, si non datur factis, certè studiis proferamus.* Adde lib. V. epist. 10 ad Antoninum, & lib. cod. ep. 11. ad Tranquillum. Et lib. VIII. epist. 4. ad Canin. lib. IX. epist. 14. ad Tacitum. Martial. lib. I. Epigr. 25.

Ed-

Ede tuos tandem populo, Faustine, libellos,
Et cultum docto pectore profer opus.
Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces,
Nec sileant nostri, prætereantq; senes.
Ante fores stantem dubitas ne admittere famam,
Teq; piget curæ præmia ferre tuæ?
Post te victuræ, per te quoque vivere chartæ
Incipiant: cineri gloria sera venit.

AD ADHORTATORIAS HASCE Respondendi Formulæ.

FOrmulam sanè peregregiam habes apud eundem Plin. lib. VI. ep. 8. ad Capitonem, cujus initium: *Suades, ut historiam scribam, &c.* Huc pertinet illa Casaub. ep. 500. ad Salmasium: *Polybius neque dormit, neque currit; sed βάδην procedit.* Item ep. 467. ad Heinsium: *Polybius lentè procedit, sed non stertit*

ſtertit tamen, longius illi πρόκειται δόλιχος, *(diſtat ſpatium) priusquam perveniat ad metam, ſi modò dabit aliquando Deus, ut eò perveniat.* Poſſis & ex illis ep. 235. ad Labbæos: *Nonnunquam opus eſt in medio opere pauſam facere, & ut in ſalebroſa ſcrupuloſaq́; via interjungere.* Et ep. 307. ad Carol. Labbæum: *Occino mihi,* σπεῦδε βραδέως, *(feſtina lentè.) Eximia eſt provincia, quam ſuſcepi; ſed ejuſmodi, opinor, quæ properanter adminiſtrari nolit. Quid enim latius fuſum eo argumento? Volo igitur non ſegniter,* ἀφοσιώσεως χάριν *eâ curâ defungi, quod conſilium ipſe laudabis.*

E manuſcriptis hæc habe: *Aliorum periculo cautus nihil dum vulgo. Quid enim hac feſtinatione efficitur aliud, niſi ut multa* εὐχερείας *&* κουφότητος *(facilitatis & levitatis) monumenta poſteris tradantur?* Et in alia: *Probabis, quòd non nimium properem. Hac enim ratione non ſolùm multorum declinabo invidiam, & judicia fors ſequiora; ſed multorum etiam vigiliis iſtis utiliter fru-*

endi

endi accendam cupidinem; utrumq; non sine favore & hinc famæ incremento.

ADMIRANDI.

JOseph. Scalig. ep. 2. *Hercules tuam fidem! quod portendum audio!* Cas. ep. 309. ad hunc ipsum Scalig. *Miratur te ut δαίμονα quendam inter mortales versantem.* Et ep. 391. ad eundem: *Libellum tuum accepi, cujus lectione adeò expleri nequeo, ut ponere de manibus non possim. ὢ τοῦ πλούτου τῆς παιδείας! ὢ τῆς τῶν ἐπιχειρημάτων δεινότητος! (O doctrinæ opulentiam! O conatuum solertiam!) quàm magis lego, tam magis stupore & admiratione rapior.* Et epist. 484. ad Scipionem Gentilem: *O Viros! O exactam earum rerum cognitionem, quas in illis oris nemini putabant plerig; esse notas!*

AD FORMULAS ADMIRANDI Responsoria.

CAsaub. ep. 199. ad Scalig. *Nunquam ferè adduci potui, ut quæ in tuis super nostro opere non sine rubore legi, ea seriò à te scripta existimarem. Tune enim? ut meorum quicquam mireris? culpas duntaxat excipio; quarum nonnullas nobis animadversas, & ipsi sanè miramur.*

AMICITIAM PETENDI. Formulæ.

HUjusmodi formulas è Veteribus Nazianzenum suggerere, ep. 46. quâ amicitiam Africani petit, & ep. 128. quâ Adelphii, jam ab aliis passim observatum est. Huc pertinet illa Ludovici Odaxii ad Angelum Politianum: *Nisi mihi de liberalissimis moribus & humanissimo ingenio tuo constaret, hanc ad te scribendi provinciam non desumerem, &c. Caterùm, quia non*

non tam ex aliorum sermone, quàm ex mea opinione mihi persuasi, te eum esse, qui omnes tibi ac virtuti tuæ deditos nullo unquam tempore rejiceres: ea propter has nunc ad te literulas amoris atq; observantiæ in te meæ testes esse volui. Item illud Manut. ad eundem: *Tuis impulsus laudibus non potui ad te aliquid literarum non dare, ut facerem te certiorem, me ita esse tuum, ut possis omnia de me tibi constantissimè polliceri. Incredibilis enim erga doctissimum quenquam meus est amor, qui etiam coëgit, ut ad te scriberem, peteremque, ut me pro tua erga studiosos viros humanitate, inter tuos, mi Angele, connumerares; quod ut facias, te, quantum possum rogare, rogo.* Apud Casaubonum palmaria est illa ad Thuanum epist. 9. *Stimulabat me pridem latè audita tui nominis fama, ut aditum ad te omni ratione quærerem. Flagrabam enim desiderio, qui te summâ observantiâ multos jam annos tacitus colerem, noscendi propiùs virtutes tuas; &, si fas optare, amicitiam tecum jungendi,* ἀεὶ γὰρ τὸ καλὸν *(scis ipse)*

ἐφ' ἑαυτὸ καλεῖ. (*pulchrum enim semper ad se vocat,*) & *quod Poëta ait:* αὐτὸς ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος. Hom. Od. XVI. v. 294. *Ferrum ipsum trahit virum.* Et Od. XIX. v. 13. Val. Flacc. lib. V. v. 540. ita reddidit: *Jamq; virum trahit ipse chalybs. Sed quid agerem? aut quam rationem inirem, ut mei me voti facerem compotem? Verebar, ne, si frontem perfricarem, & prior appellarem, statim tu mihi:* τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες. (Hom. Od. XV. v. 264 & Od. XIX. v. 105. *Quisnam hominum? unde domo? quæ patria? quivé parentes?* Imitatus est Virg. lib. IIX. Æn. v. 114. & lib. I. v. 373 *Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Quòve tenetis iter?*) *Meritò; quid enim nos sumus, ut iter affectare ad tuam, eâ dignitate viri, eo splendore, addam etiam eâ doctrinâ, amicitiam non dubitemus? Vadũ tamen, etsi, uti tum judicabam, periculosum, tentare aliquoties memini. Nam & ante menses sedecim Theophrastum à me Hotomano datũ memini tibi meo nomine cum officiosissima salute offerendum; sæpe*

etiam

etiam calamum in manus sumsi, scripturus ad te, ut hunc saltem affectum meum tibi indicarem, &, quod ajunt, palàm procarer; sed meum hunc impetũ pudor semper inhibuit. Hic enim, quoties hiscerem, & te, vir maxime, affari conarer, ἂψ ὄκνῳ ποτὶ χεῖλος ἐλάμβανε μῦθον ἰόντα *(metu ad os recepit sive remisit sermonem euntem.) Tacui igitur, & ignem hunc intra mea præcordia fovi hactenus, donec mihi offeruntur à D. Tabaterio tuæ ad ipsũ literæ, in quibus honorifica nostri nominis facta mentio, &c.* Altera ab hac 8. ad Scalig. *Dubitavi diu, vir Illustris, auderemne adire ad te, & amicitiam tuam palàm petere atq; ambire: quod ne hactenus facerem, pudor me semper inhibuit. Quoties enim te, virorum maxime, affari conarer, toties mihi* ἂψ ὄκνος ποτὶ χεῖλος ἐλάμβανε μῦθον ἰόντα. *Vadum tamen tentare, & fores amicitiæ tuæ pulsare tandem constitui. Nam & desiderio pridem ardebam, tuas virtutes in omni genere summas propius noscendi. Et, ut auderem, conantem impulit ingens illa tua humanitas, quæ nihilo est*

cæte-

cæteris tuis planè heroicis virtutibus obscurior. Nihil enim, quod in te sit, obscurum esse potest, quem unum, quotquot in orbe, pænè dixerim, universo μουσάων sumus θεράποντες, *unicè observamus, unicè colimus.* Tertia, epist. 137. ad P. Fabrum: *Posteaquam in hanc provinciam lares meos transferre me DEus voluit, habui nihil antiquius, quàm ut tibi innotescerem, ac si possem, in tuam amicitiam me insinuarem. Diu enim est, cùm ego illustre nomen tuum* σιγῇ ἐπ' ἐμοῦ, *(silentio mecum) ut ait Poëta, colo, veneror que Debetur id maximis tuis in omni genere virtutibus, & eruditioni illi summæ, quã omnes in te* μουσάων θεράποντες, *quibus cor sapit, admirantur; pauci invident, quibus animus ærugine suffusus. Sed si quisquam est, qui doctissima tua scripta plurimi faciat, teque ex animo plurimùm amet, plurimum colat, is ego profectò sum, &c. Accedit eò, quòd non alienum esse te à nobis ex verbis Amplissimi Præsidis, Philippi Canaji â Fraxinis, nuper intellexi; quâ re quàm non delectatus, sed gavisus sim, noli quærere,*

Ego enim, vir maxime, tuam tuiq; similium amicitam tanti facio, ut illam consequi ὅσον fere statuimmea, dum hominem fungar, εὐτυχίας; petoq; à te, & peto obnixè, sic, ut nihil queam magis, recipias me in tuorum numerum, prorsusq; tibi persuadeas, eum esse me, qui secundùm pietatem in DEUM, eas literas, quæ te nobilitant, tanti faciam, nihil ut putem in rebus humanis cum illis comparandum. Vale, & me, non quia sim meritus, sed quia moribus tuis dignum est, tui observantissimum, redama. Ab Eras. l. III. epist. ad Th. Cardinalem Eboracensem, mutuaberis id genus Epistolis exordium tale: *Non eram nescius, quàm religiosè etiam maximis viris sis adeundus, quanquam multis malè cesserit, numina parùm ritè compellâsse. Verùm hanc fiduciam mihi fecit rara quædam & inaudita comitas, quàm ipse tum aliàs, tum nuper expertus sum. &c.* In Manuscriptis invenio ad virum doctum scriptum: *Quæso virum illum mihi concilia; cupio enim in jam illu-*

stribus amicitiis & vivere & mori. Item: *Vir nunquam satis pro meritis honorande, singularis tuæ humanitatis non minùs, quàm eruditionis fama, omnium qui te nôrunt, vocibus celebrata, præsidentiam mihi fecit, Te, Doctorum* κορυφαιότατον, *his venerandi literulis; tum ne ampliùs, quàm tui vivam nominis studiosus, ignorare posses; tum ut de re, quæ tuam ad dignitatem visa est oppido pertinere, certiorem te facerem &c.* Puteanus promulsf Epist. 14 ad Henr. Farnesium: *Tu, V. C. in amicitiam tuam me admittes; cujus, velut tesseram, RELIQUIAS hasce habe. Quibus si non ubique probi saporis vigor, & nidoris gratia; alicubi tamen erit, &c.*

AD AMICITIAM PETENDI

Respondendi Formulæ.

CAsaub. epist. 93. ad Joann. Coceum: *Literas tuas, & eleganter scriptas, & omnis humanitatis notis tinctas, Cocee Nobilissime, reddidit mihi*

nuper vetus hospes tuus. Lætatus sum, & DEO O.M. gratias egi, quòd valeres, quòd viveres nostri memor, quod amicitiam nostram faceres tanti, ut etiam lacessere literis tuis, & provocare ad vices scribendi sustinueris. Antevertisti me, fateor, & occupâsti partes, quæ meæ potiùs erant. Nam ego in ære sum tuo, non mediocri à te beneficio affectus; tu à me nullo. Verùm ego te alti animi virum arbitror, sic tecum rationem putare, quasi acceperis ipse beneficium, quum dedisti memori, nec fortasse indigno. Macte generosâ ista indole esto; ac persuade tibi, si quis est ex omni necessariorum tuorum numero, qui te amet ex animo, & bona fide colat, eum esse me. Et ep. 71. ad Joan. Drusium; *Qui te plurimùm semper amaverim, ex quo primùm cœpi gustum aliquem sacrarum literarum habere, lætatus sum nuper non parùm, postquam te conspirare in amore, & paria mecum facere intellexi.* Et epist. 184. ad Joann. Meursium : *Gratissimæ mihi fuerunt literæ tuæ. Postquam in manus meas lucubra-*

cubrationes tuæ primùm venerunt, nunquam ex eo destiti, & amare te & favere nascenti famæ tuæ. Multos habes, scio, qui tibi cupiant, & spei tuæ omnia fausta ac læta à DEO O. M. *precentur. Sed, mihi crede, eorum, qui te plurimùm diligunt, & tuos in literis conatus magni faciunt, nemini nos concedere.* Item ep. 16. ad Cunr. Rittersh. *Næ, tu me non nôsti, vir doctissime, qui te diu contatione ais impeditum, quò minus ad me scriberes. Si tuæ voluntatis ad me vel tenuis ulla suspicio pervenisset, ademissem tibi pridem dubitationem omnem, teque prius lacessissem. Quid enim mihi queat esse jucundius talis tantiq; viri amicitiâ? Ego verò tacitus te pridem, etsi ignotus, amo; nempe ab illo tempore, quo primùm licuit in manibus N. nostri* (loquitur de socero suo) *tuas in Oppianum lucubrationes leviter inspicere.* Et epist. 35. ad Lindenbrog. *Anno hunc affectum tuum, & φιλοῦντα sincere atq; ex animo ἀντιφιλῶ. At causas amoris, quas allegas, non admitto, neq; agnosco; humanitati tuæ acceptum fero, non merito ulli meo*

quod meam notitiam & amicitiam expetieris. Habet hoc communio studiorum, ut & animos jungat, & ignotos atque in diversissimis oris positos conciliet invicem atque devinciat. Ex eo factum, ut tu me, simul nosti de libellis nostris, amare cœperis. Idem & nos facturi eramus, etiamsi lacessiti à te non fuissemus; postquam nuperum illud γεῦμα tuorum studiorum vidissemus. Cùm igitur constent nobis causæ institutæ inter nos amicitiæ, superest, ut officiis inter nos certemus. Angelus Polit. L. III. epist. ad Lucium Phosphorum: *Sentio te esse hominem plenum humanitatis. Humanitatem cùm dico, non magis φιλανθρωπίαν, quam etiam παιδείαν intelligo. Itaque ne cornu quidem copiæ, aut virgulam divinam pluris quam amicitiam tuam fecerim. Esque tu jam nunc meo infixus cordi, & quidem trabali clavo; daboque operam, quantum quidem præstare potero, ne tu avidiùs, quàm prudentiùs, tibi me adscivisse, amicū videare: & quanto longiùs abs te agitare contigit, quàm ut subservire usibus tuis queam,* fa-

faveb o certè laudibus, omnique, quod a-junt, pede in te honestando consistam. E-pistolam certè ipsam tuam, non tam e-pistolam, quam Venereum illud cingu-lum, amoribus medicatum, nunquam à me dimittam: Quin potius quasi imagi-nem animi tui identidem contemplans, ita meum desiderium consolabor. In Manuscriptis reperio: *Diu est, cùm scriptum tuum vicino meo commodante vidi; ex quo præter insignem eruditio-nem, animi quoque ingenui & erecti no-tas deprehendisse visus sum Neque ta-men molestum est, sicut in aliis, ita his quoq; primas tibi concedere, & quando benevolentiam tuam officiis mereri non potui, tanquam DEI munere oblatam, agnoscendo beneficium, & quâ possum gratitudine tueri,* Item: *Pergratas mi-hi fuisse literas tuas, ambitiosè prædica-re supervacaneum arbitror. Quantò verò lubentiùs familiaritatem meam profiteris, & amorem jactas ardentiùs; tantò ego solidioris gaudii fructum per-cipio; ut qui eum amicum habeam, qui præclaris doctrinæ suæ radiis non Ger-*

quem elegantissima tuæ præferunt, amorem. Qui uterq; si (quod in tali negotio maximè spectandum & sectandum) genuinus esse debet; ab illa, quam in te animadvertere videor, hæsitatione & dubitatione penitùs abstinendum, & candidâ simplicitate, simplicique candore & corde cominus agendum est; id quod ex mea parte futurum recipio, de te verò mihi promitto. Idem: *Probum tu profectò & solidum amicitiæ jecisti fundamentum, dum munere Philologico me ivisti mactatum: quo adeò me tibi obnoxium reddidisti, ut, quibus* προθυμίαν *hanc modis compensem, aut paria faciam, quasvé gratias reddam, vix invenire habeam. Esto igitur hoc symbolum & tessera novæ amicitiæ, quam deinceps tecum constanter colam, dum res & ætas, & Sororum fila trium patientur atra!*



RESPONDENDI

Ad has ipsas Responsorias formulas, quibus nimirum de amicitia impetrata gestientis animi signa promimus, hujus generis esse possunt.

E Casaub. epist. 11, ad Scalig. *Accepi literas tuas, & lætor immensum, quod fores mihi ad amicitiam tuam patere videam; certè gaudio, crede mihi, triumpho.* Item ep. 14. ad eundem: *Intellexi è tuis, probari tibi studia nostra, &, quod ait ille, nostras te esse aliquid putare nugas. Agnosco, vir illustris candorem animi tui; qui tantus est, ut cùm, fatente invidiâ, mortalium sis κριτικώτατος, videaris tamen in æstimandis scriptis alienis, meis certè, plus χρηστότητος quàm κρίσεως adhibere. Meritò igitur te à teneris annis unum colo, unum veneror; meritò etiam unum te nunc amo, qui fores amicitiæ tuæ tam benignè aperuisti mihi; mihi inquam, qui pridem*

in

in votis istud unum habebam, ut quâ observantiâ te tacitus prosequerer, ipse non nescires. Perit enim procari, ajunt, si latet. Faciunt huc tanquam similes, *Amoris testandi* formulæ, quæ statim sequuntur.

AMORIS TESTANDI

FORMULÆ.

VEteres Latini suos dicebant *ocu-lissimos*; quo verbo utitur Plautus. Alii *suos ignes, suam animam, suum delicium, suæ dimidium animæ.* Cic. in ep ad Atticum: *Amoris equidem, cùm à fraterno domesticoq; discessi, tibi primas defero.* Et alibi: *Metellus noster non homo, sed litus atq; aër, & solitudo mera.* Item: *Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus.* Minutius Felix: *Tua contemplatio quantum subtracta meis est oculis, tantum pectore meo, ac penè intimis sensibus implicata est.* Item: *Vir eximius*

& sanctus immensum sui desiderium nobis reliquit; utpote cùm & ipse tanto nostri amore flagraverit, ut & in ludicris & in seriis pari mecum voluntate concineret; eadem vellet & nollet. Crederes unam mentem in duobus fuisse divisam. Calpunius Poëta.

Te sine, væ misero mihi, lilia nigra videntur,
Nec sapiunt fontes, & acescunt vina bibenti.
At si tu venies, & candida lilia fient,
Et sapient fontes, & dulcia vina bibentur.


In eodem ferè censu illud Casauboni epist. 136. ad Pinaldum: *Gratum mihi suprà quàm verbis possum exprimere, quòd nostri memoriam & amorem adeò constanter servas. Persuade verò tibi & penitùs imbibe, neq; me inferiorem te esse in mutua benevolentiæ contentione.* Item desiderium illud epist. 14. ad Scalig. *Utinam, utinam fecisset DEUS O.M.*

O. M: ut στόμα πρὸς στόμα *te alloqui, & suavissimo atque exoptatissimo tuo conspectu frui liceret! O illos* μακαρίους τῆς θέας, *(beatos hoc aspectu) quibus tale concessum est spectaculum! Nobis non datū est* θεόθεν *(divinitus) esse tam felicibus. Quanquam fallor equidem; nam ego te, Vir Nobilissime, in oculis, in ore, in pectore habeo, habeboq;* ἀδιαλείπτως, ἔστ' ἂν γούνατ' ὀρώρῃ *(perpetuò usque dum genua moventur.)* Et ad eundem epist. 177. *Atque utinam, o iterum iterumque utinam, tecum aliquando vel paucissimas horas possem fabulari! Esset mihi id* χάρμα πάντων χαρμάτων ἀντάξιον, *(gaudium omnibus gaudiis anteponendum)* Ad eund. epist. 225. *Labbæi fratres* τὸ ἐῤῥωμένον τῆς σῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας *(validum illud amoris tui erga nos) abundè testantur. Agis nimirum vir sapientissime, convenienter moribꝰ tuis; tibi, inquam, constas, & quem semel ornandum suscepisti, commendatione tuâ & patrocinio non desinis honestare.* Et ep. 212. *O merum mel! ô delicatissimas delicias! ubi sunt, qui voluptatibus omnibus docent absti-*

nendum? Equidem isti quid voluptatem appellent, nescio; ego me ajo ex tuarum epistolarum lectione incredibili quadam affici voluptate. Idem epist. 233 *Literis tuis si putas potuisse mihi accidere aliquid jucundius, necesse est, te lateat, qui meus sit, & quantus adversùs te amor, quæ gloriatio mea de tua erga me benevolentia. Parum, inquam, me nôsti, si non habes persuasissimum pluris esse apud me vel brevissimam epistolam tuam, quàm ulla cujuscunque Principis diplomata.* Idem ep. 174 *Nulla temporis pars est, quam tanta cum voluptate transigam, atque cùm ad te scribo aut tuas lego. Quanquam tu profectò, cui uni acceptum fero, si quid in literis didici, & vigilanti & somnianti ob oculos semper versaris. Quotidie magis magisq; in tuis scriptis versanti nova subit admiratio tam altæ, tam abstrusæ eruditionis.* Idem epist. 249. ad Vulcan. *Utrumq; affectum (honorem & amorem) largè pridem tibi exhibeo. Ita meretur singularis tua eruditio, & earum literarum notitia,*

quas

quas plurimi semper fecimus. Indignus sit quem Musæ ament, qui Vulcanium Ἑλικωνιάδων Μουσάων τὰ παιδικὰ *(Heliconiadarum Musarum delicias) non amet. Ego facio, & ex animo quidem :* Idem ep. 279. *Utinam aliquid tuâ causâ possem, scires, ex omnibus, qui summam eruditionem tuam, & in Rempubl. literariam merita maximi, pro eo ac debent, faciunt, neminem esse unum, cui ego in amore tui sim concessurus. Tu vicissim, ut nos ames, te oro,* Et ad Fr. Lindenbrog. epist. 564. *Scito, semper in amore mutuo paria me tecum facturum. Pars probitatis est, me judice, in suscepto semel amore præbere se constantem. Quod ego faciam,* σὺν Θεῷ εἰπεῖν, *(DEUM testor) dum terras colam!*



AD

AD AMORIS TESTANDI,
Respondendi Formula.

CAsaub. epist. 284. ad Scalig. *Amoris verò tui vehementia* πῶς, δοκῆς, ἡμᾶς διέθηκεν, (*quantum, putas, mihi tribuit?*) *Principibus placuisse viris*, inquit ille, *non ultima laus est: Amari verò à te, literarum unico Rege & Imperatore summo, amore præsertim adeò vehementi, quantum est?* quo pertinet & illa, quam supra jam dedimus ex epist. 136. & 223.

CALUMNIIS RESPONDENDI

FORMULÆ.

E Veteribus consule *Sen. in Excerptis*, sive, ut alii vocant, *de Remediis fortuitorum*; è recentioribus *Lips. lib. II. Elect. c. 23.* ibi: *Si qua mihi nota honestior est, ecce, qui ducere & abducere eam velit, non unus Sponsus. Si juvenes hæc tantum, ferremus; at senes & viri serii etiam in ludicra hac cymba. Modestia mihi constat & constabit, quàm*

diu

diu hac vita. Et mox: *Cum minutis illis meis calumniatoribus nihil eqidem altercor. Latrant me, taceo & jaceo; &, ut ille ex Albania canis, vindico me ab istis solo contemtu.* Diogenes *olim* Cynicus *cùm irrisui esset turbis, & ingereret quispiam:* Non vides, ut hi te rident? Ego verò non rideor, *inquit; magnanimâ & pulchrâ voce, quam imiter: & lacessentes pungentesque istos non sentiri à me clamo, non cerni; dignos eos non habeo, non dicam, quos remordeam, sed in quos restringam semel istos dentes. Scio nec flammam ullam sine fumo solere surgere, nec sine calumnia famam.* Idem lib. V. Epist. quæst. 17. *Eamus ad Judices; pagina una lecta illum absolvet, tibi periculum est à litera illa, quam lex Remmia sive Memmia minatur.* Casaub. epist. 682. ad Grot. *Clamoribus ἀμύσων καὶ θορυβοποιῶν (illiteratorum & turbulentorum) non magis moveor, quàm* Scioppii *perditissimi nebulonis ineptiis.* Idem epist. 455. ad Caseliū: *Fremant, & ilia rumpantur,* οἱ παπομανοῦντες

νῦντες (papalithyrso percussi) Thrasones & athei, ut ille Dæmoniacus Scorpius me vocat, stultè & falso. Nam si Thraso essem, aliter scripta mea loquerentur; si atheus, planè Romæ essem, quo non semel invitatum me fuisse amici nôrunt, & habeo testes Baronii Epistolas. Sed mihi à puero fuit persuasum, eam sedem esse τοῦ μυστηρίου τῆς ἀδικίας (mysterii iniquitatis.) Itaq; bonis & suæ salutis amãtibus mihi posse aut debere esse commune cum illa ἑπταλόφῳ λοκιδίων (septicolli carcinomatum) matre. Sed de homine ἐπάγῳ (impuro) nimium multa. Ego semel apud me constitui, convitiis ejus canis nihil moveri: neq; illucescat illa dies, quæ me in arenam videat descendere cum tam infami gladiatore. Nos aliter educati sumus, Dei beneficio in aliã spem literas docti ab optimo & sapientissimo Parente. Quòd si pergat homo amens in furore, & tandem mihi stomachum moveat; non ipsum quidem, (τοῦτο μὴ γένοιτο) sed aliũ majoris dignationis, ex eadem urbe, deligam mihi antagonistam, quicũm componar. Et jam profectò pruriunt

manus,&c. Idem epist.645. ad Joann. Casaub. filium de Jesuitis: *Scribat, quicquid est turbonum; non magis movebor, quàm si musca in me involaret. Deus O. M. à me stat, veritas à me stat; & ego timebo? aut deerit mihi animus? DEus meliora! Tu verò maledictis impurissimi nebulonis ne movearis. Ut nulla sine crista nascitur galerita; sic nemo aliquam ex his studiis gloriam consecutus, quem non comitetur invidia.* Et epist. 285. ad Scalig. *Nequissimus morio nunc Iliada κακῶν, vel certè κακολογιῶν dicitur in nos meditari; & jam opus editur. Nobis certum est, furiosi Orbilii rationem habere nullam.* Et ep. 444. ad eund. de Scioppio: *Demiror, quibus machinis sit probaturus suspicionem ἀθεότητος in me competere. Mihi facillimum erit palàm facere ipsum, & πολύθεον & ἄθεον esse.* Et ad Marc. Welserum epist. 535. *Neque ita otio abundo, neque ita prostituti sum pudoris, ut descendere in arenam cum feris istis sustineam. Sunt alia, quæ potius curem.*
Et

νοῦντες (papalithyrso percussi) Thrasones & athei, ut ille Dæmoniacus Scorpius me vocat, stultè & falso. Nam si Thraso essem, aliter scripta mea loquerentur; si atheus, planè Romæ essem, quo non semel invitatum me fuisse amici nôrunt, & habeo testes Baronii Epistolas. Sed mihi à puero fuit persuasum, eam sedem esse τοῦ μυστηρίου τῆς ἀδικίας (mysterii iniquitatis.) Itaq; bonis & suæ salutis amãtibus mihi posse aut debere esse commune cum illa ἑπταλόφῳ λοκιδῶν (septicolli carcinomatum) matre. Sed de homine ἐπάγῳ (impuro) nimium multa. Ego semel apud me constitui, convitiis ejus canis nihil moveri: neq; illucescat illa dies, quæ me in arenam videat descendere cum tam infami gladiatore. Nos aliter educati sumus, Dei beneficio in aliã spem literas docti ab optimo & sapientissimo Parente. Quòd si pergat homo amens in furore, & tandem mihi stomachum moveat; non ipsum quidem, (τοῦτο μὴ γένοιτο) sed aliũ majoris dignationis, ex eadem urbe, deligam mihi antagonistam, quicum componar. Et jam profectò pruriunt

ma-

manus, &c. Idem epist. 645. ad Joann. Casaub. filium de Jesuitis: *Scribat, quicquid est turbonum; non magis movebor, quàm si musca in me involaret. Deus O. M. à me stat, veritas à me stat; & ego timebo? aut deerit mihi animus? DEus meliora! Tu verò maledictis impurissimi nebulonis ne movearis. Ut nulla sine crista nascitur galerita; sic nemo aliquam ex his studiis gloriam consecutus, quem non comitetur invidia.* Et epist. 285. ad Scalig. *Nequissimus morio nunc Iliada κακῶν, vel certè κακολογιῶν dicitur in nos meditari; & jam opus editur. Nobis certum est, furiosi Orbilii rationem habere nullam.* Et ep. 444. ad eund. de Scioppio: *Demiror, quibus machinis sit probaturus suspicionem ἀθεότητος in me competere. Mihi facilimum erit palàm facere ipsum, & πολύθεον & ἄθεον esse.* Et ad Marc. Welserum epist. 535. *Neque ita otio abundo, neque ita prostituti sum pudoris, ut descendere in arenam cum feris istis sustineam. Sunt alia, quæ potiùs curem.*

Et

Et epist. 105. ad Tremuleum: *Multorũ iniqua judicia experior pro libito quidvis fingentium, opinantium, garrientiũ. Fateor, mi Tremulee, non est mihi cornea fibra; & ad hos sermones movetur mihi interdũ vitrea bilis; modicè tamen & sic ut me statim colligam. Subiit enim animum hæc cogitatio, non primo aut soli hæc evenire: Solatur etiàm me conscientia anteactæ vitæ.* Idem epist. 401. ad Rittersh. de Jesuitis: *Me quòd nominatim traducere tanti putârunt, non pluris equidem facio, quam olim Socrates asinum λακτίζοντα (calcitrantem.)* Et ep. 549. ad Hœschelium: *Fuerat animus tam absurdæ sententiæ autorem traducere; sed mutavi, & tenebris oblivionis dignam opinionem εἰς φῶς ἄγειν οὐχ ὅσιον ἡγησάμην (in lucẽ producere nefas existimabam.)* Denique epist 801. *Ego expecto ex ea cerberea familia, qui conatu ingenti adversùs me insurgant, & nullum non criminis genus in me conjiciant. Esto! prædixit olim Spiritus sanctus, per malam æquè ac per bonam famam perveniri in cœlum.* E Manuscriptis meis

his

his fruere, cùm occasio se dederit: *Vidi literas agyrtæ plenas veneni & pestilentiæ, planeq; dignas hujus seculi fæce, & effreni protervitate calumniandi, cum incredibili tam arrogantia barbara, quam impudentia canina conjunctas; eoq; præsertim auctore commendabiles, qui earum se legum Doctorem profitetur, in quas turpissimè committit. Absit à me furor iste, ut tanto flagitio me meosq; contaminatum eam, quamq; apud florentissimos homines à multis annis colligere studui gratiam, subitò atque uno momento effundam! Cogitavi tanquam* ἁλιεὺς πληγεὶς *piscator ictus) exemplo Diogenis, alterum ictum non expectare: sed vineas pluteosq; ad eum vicissim agere, qui totis castris me sexcentis locis oppugnâsset, atque ab ea præcipuè parte movisset copias; unde initium mihi calamitatis atq; fortunæ exoriri posse putabat. Est enim profectò ultima quadam adversæ fortunæ sarcina, infamia; quam ille gravissimum plagii crimen consecuturam sperabat; omniumq; prima, quod quidam (Boëthius)*

thius) dixit, infelices existimatio bona deserit. Quid quòd non mihi tantùm tam insignita injuria facta est, sed promotorum meorum jugulum per corpus meum nefarius obtrectator petiit? quorum famam negligere, & dedecori meo succedaneos dare, non solùm turpe, sed etiam impium videtur. Nôram praeterea Juris interpp. sententiam, quòd non respondere objectis, vel animi sit indicium elati, vel ignorantiae tenebris involuti. Nihilominus non desunt ex amicis complurimi, qui contemnendam hanc injuriam omninò putant; quod licèt atteri à talibus sordidum sit, tamen & vincere eosdem ingloriosum putetur; praesertim cùm ab ea me labe vel conniventem vel tacentem, & in recti conscientia (qua me hercle nullum virtuti theatrum illustrius est) acquiescentem, vel studiorum meorum ratio, vel bonorum doctorumq; virorum, quibus notus sum, consentiens judicium suo quasi jure vindicet. Quod judicium ejus censent esse dignitatis, ut nihil apud bonos excogitari religiosius possit. Negant autem eos, qui

vul-

vulgò laudantur, vel meliores; vel deteriores, qui vituperantur, fieri; non secus, quam umbrâ crescente vel decrescente, corpus ipsum, cujus est umbra illa, neque augeri, neque minui conspicimus; quodque ferè compertum est, virus hoc calumniarum ac Thersiticæ maledicentiæ, non iis, quos contra evomitur, sed auctoribus ipsis, fœdissimas inurere notas ignominiæ & infamiæ, quibus ad posteritatem, si qua forte illorum memor futura est, commendentur, vel sponte suâ tandem, ceu viperarum inter se connexas caudas, dissolvi atq; evanescere. Theophrastum *præterea ajunt, eruditissimum Philosophum, (cùm Leontium meretricula quædam nescio quid mendaciorum contra ipsum emisisset) illo facto ne commotum quidem:* Philemon *autem vetustus Poëta quantoperè ab hoc certamine maledictorum & ultionis specie abhorreret, elegantissimos ipsius versiculos testari, quos ita Latinè reddidit* Bersmannus:

Haud

Haud auribus concentus est jucundior,
Quàm devorare criminantis jurgia.
Nam mussitando si quis hæc redarguat,
Ipsum refutant criminantem crimina.

His ferè persuaderi mihi passus sum quò minùs cum bestia illa congrederer, sed eò maximè, quod imperitissimum adversarium objectum mihi à fortuna videã, Putean. prom. Epist. 25. ad Lips. *Carpunt, imò corripiunt, non corrigunt, si quid peccatum est; imò si quid non peccatum: ut scilicet suæ desidiæ medelam alienis culpis faciant, & suo nomine obscuri, alieno innotescant.*

FORMULÆ CONSOLATORIÆ.

Ad præcedentes de CALUMNIA querelas

MAnuscripta sic habet: *Fumus iste ne te mordeat, qui actutum evanescens in ventos abibit. Adeò nihil ab*

ab omni parte beatum; virtusq́ semper & ubiq́ locorum suos hostes aut habet, aut invenit. Tu contrà audentior ito! nec frangaris istis incursibus petulcis & temerariis, (penè scripseram, temulentis,) sed virtute tua elude masculè & pedibus conculca vesaniam. Alia: *Gravissimum scelus à sceleratissimo tibi objectum, virtutis conscientiâ, quod facis, contemnes. Nihil* συκοφαντικώτερον *neq́ mendaciloquius confingere potuit ille bipedum* συκοφαντικώτατος. *Artes illius homine Christiano indignæ jam ita palàm sunt & exosæ, ut nulli bono quicquam exinde metuendum amplius sit. Imò ridere tu illum aut* μακρὰ κλαίειν *(multum plorare) jubere potes; nos verò tibi gratulari, quòd laudes tuas improborum obtrectationibus inclarescere videmus.* Plura vide in CONSOLATORIIS.

ab omni parte beatum; virtusq; semper & ubiq; locorum suos hostes aut habet, aut invenit. Tu contrà audentior ito! nec frangaris istis incursibus petulcis & temerariis, (penè scripseram, temulentis,) sed virtute tua elude masculè & pedibus conculca vesaniam. Alia: *Gravissimum scelus à sceleratissimo tibi objectum, virtutis conscientiâ, quod facis, contemnes. Nihil* συκοφαντικώτερον *neq; mendaciloquius confingere potuit ille bipedum* συκοφαντικώτατος. *Artes illius homine Christiano indignæ jam ita palàm sunt & exosæ, ut nulli bono quicquam exinde metuendum amplius sit. Imò ridere tu illum aut* μακρὰ κλαίειν *(multum plorare) jubere potes; nos verò tibi gratulari, quòd laudes tuas improborum obtrectationibus inclarescere videmus.* Plura vide in CONSOLATORIIS.

COMMENDANDI FORMULÆ.

POssem harum afferre tam multas,

Quàm multa in sylvis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia.

E veteribus haberem *Cic. lib. I. epist. 3.* ubi Lentulum commendat Trebonio, *lib. II. ep. 6.* ubi Milonem Curioni, & 14. ubi M. Fabium Cælio *lib. VI. ep. 9.* ubi Aul. Cæcinam Furfano. *lib. XI. ep. 16. & 17.* ubi L. Lamiam D. Bruto; & 22. ubi Ap. Claudium eidem. *lib. XII. ep. 27. & 29.* ubi Aufidium & Lamiam Cornificio. *lib. XIII.* pænè omnes, adeò commendatitiis refertus est. Nec destitueret me *Plinius*, in quo commendatitiæ sunt, *epist. 14. & 16. lib. I. Ep. 13. lib. II. epist. 2. lib. III. epist. 4. & 15. lib. IV. epist. 8. lib. VI.* E recentioribus succurreret *Erasm. lib. II. epist. pag. 73. & lib. III. ep. p. 132. sub fin. Cas. epist. 54. 98, 103. 118. 125, 129, 178. 186. 191.*

191. 203. 240. 273. 292. 295. 334. 348. 347. 404. 463. 487. 524. 553. 562. 623. 642. 695. 799. Marſilius Ficinus apud *Angelum Politianum lib. VIII. epiſt.* cujus initium: *Alamannus Donatus.* Ipſe *Politianus lib. X. epiſt. Conatus perſæpè ſum, &c.* & alibi.

Sed quidni tantorum virorum verba in medium profero? quoniam certa mihi ſpes eſt, fore, ut & avariſſimo & pauperrimo è ſolis MSS. meis ſatisfaciam. Sic igitur in iis vir quidam doctus: *Hic cùm ad vos, me non diſſuadente, commigraret, rogavit, ut viro docto ſeſe commendarem. Ad te igitur ivi, ad neminem alium. Tu, ſi bonas, quod facis, literas amas; ſi Studioſorum, quod cupis, progreſſus juvas; & hunc meum ama & juva. Imò, quia facis cupisq́, juvabis abundantiſſimè.* Alius: *Venit ad vos antiquiſſimæ Nobilitatis adoleſcens N. niſi fallor (hoc tamen minimè auguror) ad omnia ſumma natus. Profectò per aliquot annos civis noſter Academicus optimè ſe geſſit, diligens, induſtrius, modeſtus, pius. Flagrat amo-*

voce & meo praconio tantoperè commendari toties audivit, innotescere cupit. Sine quæso, ei patere summæ doctrinæ tuæ fontes, &, quod quidem citra incommodum tuum fiat, ope consilioq́ studia ejus juva & dirige, adeoq́ præsta, ut sibi meam commendationem profuisse sentiat. Pluribus te rogarem, nisi de promptitudine tua in promovenda studiosa juventute mihi constaret optimè.
Alius: *Qui has tibi reddet præstantissimus & doctissimus vir juvenis N.N. ad functionem sibi destinatam reversurus, rogare me non destitit, ut uno atq́ altero verbo ipsum tibi commendarem. Id qua spe, quove consilio, proprio an alieno ab ipso factum sit, operosè non inquiro. Illud fateor, parùm abfuisse, quin quicquid est officii, penitùs illi denegarem. Cùm enim talem eum esse per biennium cognoverim, qui ingenio florentissimo, multiplici doctrinâ ac virtute sua, ipse se omnibus commendare possit, (quod genus commendationis verè γνήσιον omniumq́ efficacissimum est) quæ extra illud commendationes quærerentur, non potui*

ad inclutam Universitatem vestram transiturus nullo negotio impetravit, ut tibi se, Vir Cl. tribus verbis commendadarem; ut si qua in re consilio & autoritate tua, qua meritò magna polles, opus habiturus sit, eidem deesse nolis. Ita namque à multis annis, quibus commoratus apud nos est, se gessit, ut qui punctum omne tulerunt, majorem pietatis, honestatis, & erga superiores observantiæ laudem vix consecuti fuerint. Quibus rebus cùm ipse, Deo benedicente, (sine quo nihil possumus) tibi se satis superq; commendaturus sit: ne benevolentiæ tuæ, priùs à me non tentatæ, diffidere videar. hîc calamum sisto; ubi hoc priùs adjecero, quicquid illi præstabitur, hoc eo me loco habiturum, quasi mihi ipsi præstitum fuisset. Planè Parens hujus juvenis non committet, ut beneficii, consilii vel operæ filio impensæ, vel te, vel alios unquam pœnitere possit; qui ut est fautor summus doctorum ac literatorum omnium; ita omnia, quæ ad referendam gratiam necessaria sunt, vicissim animo suo complexurus est, req; ipsâ dignum se offi-

esse sejunctum. Recens est hujus rei exemplum in causa præstantissimi juvenis N. N. quem tibi anno superiore coràm commendavi, ut officio, quod tum vacabat, præficeretur. Quanquam autem, Deo sic dirigente, eum exitum sortitum non est, quem ille optabat; tamen Nobilitatis tuæ illustre studium in eodem ornando & juvando mirificè tum temporis enituit, cujus ego testis sum locupletissimus. Idem ergò, cùm tali tantoq; Patrono porrò quoq; nihil desperandum putet, alterâ hac vice, licèt alio fine, fores gratiæ & humanitatis vestræ per me pulsare constituit, sicut ex libello supplice ipsius videre est. Neq; autem ipse, qui commendandum semel suscepi, ad eundem lapidem bis impingere videbor, (ut in proverbio est) qui sciam Nobilitatem tuam à Deo præpotente eo loco collocatam esse, in quo benè merendi occasio erga doctos & honestos viros (quorum operâ Ecclesiæ & Scholæ carere nequeunt) nunquam eidem deesse potest: ut neq; quorum desideriis initio reflare venti ut si sunt, animũ propterea penitùs despondeani-

tua. Pauca verba facio: si totidem cum illo, satis se ipse commendârit.

AD COMMENDATITIAS

Responsoria.

E Manuscriptis: *Reddidit nobis tuas ille ipse, qui in iis commendatur. Etsi verò præstantissimus juvenis suavi illa indole & præclara eruditione, moribusq; ab ipsa humanitate factis, domesticum secum testimonium circumferat, adeoq; omnium animis sic influat, ut alieno teste indigere minimè videatur, sed virtute sua universis se probare possit, ob eamque nemini, qui Musas amat, non gratissimus sit, accessit tamen tua, Clarissime Vir, commendatio, velut auctarium, quæ nos invitat meritò ad constans studium politissimo juveni in omni officiorum genere cumulatissimè approbandum. Quem affectum nostrum, & calamo hoc tanquam interprete apud te testamur; ipse autem quandocunq; affulgebit occasio, re ipsa abundè experie-*

tur. Adde *Plin. lib. VI. epist. 9.* & vide plura in RESPONSORIIS AD PETITIONES.

RESPONDENDI FORMULAM

ad has ipsas præcedentes Responsorias

habes apud *Erasm. lib. III. epist.* ad Anton. à Bergis pag. 132. *Quam multis nominibus jam olim tuæ benignitati debeo, Patrone incomparabilis, tum hoc etiam sub obstrictior, quòd Morum, animæ meæ partem penè chariorem, tam amanter acceperis. Adeò in literis ad me suis sibi plaudit, quòd tuæ Amplitudini abs me commendatus sit. Quod tamen non ideò mihi minùs gratum est, quòd in te novum non sit. Habebis utrumque, neq; malæ fidei, neque ingratum, quamvis jam olim sic tuus sim, ut obligatior quam sum, esse non possim.*

In

In gratiam Benevoli Lectoris, placuit hîc ſubjungere epiſtolarum Cl. Domini Authoris ad hoc argumentum ſpectantium bigam.

LECTORI BENEVOLO S. & Obſ. dico.

Chriſtophorus-Adamus Rupertus, in Univerſitate Noricorum Altorfinâ Hiſtoriarum Profeſſor Publicus.

NIhil tam ſanctum, tam honeſtum eſt, in quod homines mali non evomant malignitatis & invidiæ virus. Hinc fit, ut repulſam ſæpe ferant Catones, & contrà in curulibus Vatinii & Nonii Strumæ ſedeant. Accedit commune mortalitatis vitium, quo *fumum noſtrum igne alieno ſplendidiorem credimus; nullisq; minùs fidimus, quàm extra pomœria noſtra natis.* Ita quidem res habet; quod peregrinum eſt, inexploratum eſt; tamen communis illa cognatio, de humanitate peregrinis etiam præſtanda, cuivis aurem vellicat. Quid, quod *Reip. intereſt, ne virtus*

undecunq; tandem sit, auxilii succo destituta, sub perpetua infelicitatis suæ contemplatione marcescat. Ne verò circumveniri quisquam facilè possit, introductus mos commendationibus instruendi eos, qui alibi terrarum virtutes suas proferre cogitant. Qualem quidem commendationem nunc me rogavit Præstantissimus ac Doctissimus Dn. N.N. eò quidem magis, quò per complures annos musæum propinquius habuit, id est, uno vel altero pariete divisum à meo. Credebat enim, efficacissimas rogandi causas habere, qui actionum & studiorum ipsius interiorem habeat notitiam. Ut verò ingenuè dicam, absq; superioribus rationibus fuisset, imò nisi tanta charitate illum complecterer, quæ etiam non necessaria petenti tribuere cogit, parùm abfuisset, quin, quicquid hoc est *officii*, penitùs denegarem. Quum enim per tot annos talem eum esse cognoverim, qui multiplici doctrina, diligentia, indefessa, modestia, fide, candore, aliisque virtutibus verè Christianis, ipse se omni-

omnibus commendare possit; lusorium hoc omne putavi, quod extra commendationem illam propriam quæreretur. Et quid post tam sincerum totius Universitatis nostræ testimonium, quod illi L. M. Q. pro commeatu dedit, desiderare posset aliud, non videbam. Quicquid tamen sit, seu necessarium hoc esse credidit, quod ego superfluum; seu nostri amoris, qui sanè haut tralatitius fuit, argumentum extare voluit; ad voluntatem illius, cujus conversatione nunc ægerrimè careo, bonos & eruditos omnes veneror, quos accessurus est, ut hunc nostrum affectu benigniori prosequi velint.

VIRTUTI FAVEAMUS: AMABIT NOS QUOQUE VIRTUS!

Quod bonis benè fit, nunquam perit, ait Comicus. Et profectò si ab exiguitate nostra nihil aliud proficisci potest, saltem ut tantam gratiam, benevolentiam & humanitatem grata memoria celebremus, inter præcipuas numeris nostri partes deputabimus. B. V.

Epi-

Epistola ejusdem Autoris ad Virum quendam Nobilissimum, partim gratulatoria, partim responsoria ad commendatoriam.

LIteras à Nobilissima Dominatione Tua accepi, & responsum maturassem altero die (quod ad officium boni clientis id pertinere credam) nisi obsequendi voluntatem adversa quædam fortuna suffulminasset. Non enim possum aliter eam appellare, quæ tot ignobiles occupationes hucusq; mihi adstruxit, ut Patrono Op. Max. non quum volo, sed quum possum, observantiam ac devotionem meam tester. Quamobrem apud Te veniam me obtenturum confido, nec unam; sed, quòd præter responsum debitum etiam gratulandi officium in hoc usq; tempus distulerim, geminam. Nimirum, postquam inclytæ Reip. Tuæ consul factus es, etiam me decebat excitare subitos *pietatis igneis*, ne, qui velut *sub cineribus sepulti* tamdiu latent, *prorsus extincti* crederentur. Tamen, ut ad Curionem

nem ſcribit Tullius, *nec ſera gratulatio reprehendi ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt*; & tam prudentis viri judicio animatus, non ſine magna benevolentiæ reportandæ ſpe, quod meum eſt, nunc facio, Deumq; immortalem ſupplex veneror, ut novas iſtas Dignitates tam Tibi, tum univerſæ familiæ, tum in hoc ferali rerum Germanicarum ſtatu, velut inter ſacrum & ſaxum metuenti patriæ, Felices, Fauſtas, Fortunatasq; eſſe velit! Quo voto meo, ſicut nullum ſincerius judicari poteſt (quòd ab eo profectum ſit, qui felicitati Tuæ ſalutem ſuam alligatam ſentit) ita omnem cunctationis culpam, vel hoc nomine facilè absterget, & inter cætera quoq; æſtimabitur,

Sint ea vaſta licet, genibusq; adfixa Deorum.

Filium Tuum quod attinet, utinam ita mihi facultas eſſet, ſicut voluntas ſemper fuit! næ ego tam illuſtre judicium, de ſtudiis erga illum meis, in ſumma felicitatis parte collocarem. Nunc poſtquam

quam iis negotiorum tricis ſemel involutus ſum, quæ & magnam temporis partem, & plerosq; in ſtudiis *labores*, ſanè non meo conſilio cœptos, penitùs intervertunt, nec aliorum expectationi, nec mihi ſatisfacio. Nihilominus operam dabo, ut, quem Nobiliſſima Dominatio Tua in contubernio meo eſſe voluit, conſilio & auxilio meo juvem frequenter, & ad autores melioris cominatis deducam. *Sacra res eſt*, ſcio, *tantorum nominum progenies*, & eò ſolicitùs habenda, quò magis *in Univerſitatibus ſua cuique impudentia Sphynx eſt*. Meretur verò ille Tuus, ut rectè ducatur, vel illo religioſo animo, quo, ut video, magnorum Virorum ſcripta proſequitur; vel ſingulari modeſtia, quæ potiſſimùm Nobilitatem illius arguit.

***

CON-

CONSOLANDI FORMULÆ.

CONsolationem super obitu amici ita petit *Plinius* I. ep. 12. *Adhibe solatia mihi: non hæc; senex erat, infirmus erat, (hæc enim novi) sed nova aliqua, sed magna, quæ audierim nunquam, legerim nunquam. Nam quæ audivi, quæ legi; sponte occurrunt, sed tanto dolore superantur.*

Breviores sunt istæ *Ciceronianæ*, quibus consolationem præconio ejus, quem consolatur, ceu condimento aliquo, gratiorem ac suaviorem reddere solet, lib. I. ep. 7. *Magnitudinem animi tui, quam ego semper sum admiratus, semperq; amavi, ne unquam inflectas fortunæ injuria.* Et lib. VI. ep. 11. *Est tuæ sapientiæ magnitudinisq; animi, quid amiseris, oblivisci, quid recuperaveris, cogitare.* Et lib. I. ep 6. *Præsta te eum, qui mihi à teneris (ut Græci dicunt) unguiculis es cognitus. Illustrabit, mihi crede, tuam Aplitudinem fortunæ injuria.* Tota consolatoria est

illa

illa prolixa *Servii Sulpitii ad Cic. l. IV. ep. 5.* qua argumentis undiq; collectis utitur ad tollendum dolorem super obitu Tulliæ; & *Cic. lib. V. ep. 16.* qua Titum consolatur mœrentem filii obitum; & Luccei, *eod. lib. ep. 14.* ad Ciceronem. Apud *Plin. lib. VIII. ep. 14.* reperio consolationem ad Hispullam, quam *de abortu* fratris filiæ consolatur; & *lib. eod. ep. 16.* argumenta, quibus seipsum. *Daniel Heinsius not. in Odas Horatii pag. 20.* notat, hanc formulam veteribus fuisse è *Sen. l. de ira*, quòd in luctu dici solet efficacissimè: UTRUM ALIQUANDO DESINES, AN NUNQUAM, AN SEMPER HÆC COGITATIO DURABIT? Ut præteream longissimas illas *consolationes ad Helviam, Polybium, Marciam*, ejusdem *Senecæ*. Sed efficaciora lego apud Christianos Scriptores; ac inter vetustiores magnifacio par illud consolationum è *Nazianzeno & Erasmo*, quas in Digesta Pietatis retulit Vir Amplissimus, *Dominus Georgius Richterus, pag. 800. & 807.* Et recentioribus *Casaubonus* his uni-

utitur. *Epist.* 131. consolatur *Bongarsium*, qui Sponsam amiserat: *Ex literis amicorum intellexi nuper, Nobilissimam Sponsam tuam ante nuptias obiisse, teq; ex ejus obitu, pro eo ac par erat, summum dolorem percepisse. Non miror, tanto & tam inopinatu casu tangi te, ac propè dejici. Homo non sit, quem non moveat & afficiat tristis adeò res, & mors ita intempestiva. Me certè pupugit hic nuncius, & ad ejus primam auditionem vix lachrymas tenere fui potis. Pridem enim est, cùm Stoicorum* ἀπαθείᾳ *renunciavimus, ac suas eam res habere jussimus. Nobis placet* μετριοπάθεια, *displicet* ἀπάθεια, *quam vix putamus in hominem natum posse cadere,* καὶ μὲν γὰρ ἔσμεν ἄνθρωποι, *& velimus, nolimus, dum hominem fungimur, humanos animos geramus, necesse est. Quæ non eò à me dicuntur, ut luctum hunc tuum accendam & augeam; verùm eo fine potiùs, ut animum meum atq; amicitiam tibi probem. Est enim vera amicitia,* τοῖς αὐτοῖς χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι, *(iisdem & lætari & dolere.*

lere. Videtur alludere ad dictum. *Aristotelis* II. *Eth.* 3.) *Sed vin' tu Bongarsi te respicere? Neq; enim longa dies tibi expectanda est; quæ dolorem hunc minuat, & te officii tui admoneat. Quò enim literæ nobis, si tempore necessario nihil nobis prosunt? Fac igitur, Vir doctissime; veniat tibi in mentem eorum, quæ adversus ægritudinem disputata, in scriptis veterum sapientum pridem legisti. Intelliges ex facili, quam nihil sit, cur τὴν μακαρίτιν illam lugeas; ut interea de præsenti Galliæ nostræ statu nihil dicam: quam vides, & pro singulari prudentia tua agnoscis, certò scio, ita affectam, ut pro conclamata habenda videatur, nisi aliquis Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς quod vix sperandum, brevi adfuerit. Qui igitur tantum Imperium ruere, ac lento igne consumi ac perire vides, unius mulieris interitum miraberis, aut feres ita graviter, ut παρακληθῆναι nolis? Tu verò non facies: sed DEO potiùs te tuaq; regenda tuendaq; committes atq; permittes.* Et ep. 371. ad Scalig. *Perculisti me nuncio molestissimo tot adver-*

sorum,

sorum, quæ te brevi tempore oppressérunt; atq; ego supplex Deum veneror, velit ἐνδυναμοῦν σε ut hæc omnia & similia his inevitabilia τῆς ταλαιπώρου istius vitæ stipendia eo animo feras, ut qui cæteras virtutes tuas stupent, fortitudinem etiam & ἐν δεινοῖς καρτερίαν jure mirentur. Vellem, si per fatorum legem licuisset, quod evenit in fortissimo tuo cognato, ne evenisset; utq; ille vivus valensq; ea gloriâ frueretur, quam, inusitatæ fortitudinis exemplis editis, & toto vitæ suæ curriculo, jure optimo erat consecutus. Nunc cùm aliter summo & clementissimo Parenti visum est, faciendum tibi censeo, ut Regem Prophetam Davidem illum ὑπέρμεγαν imiteris, cùm præsertim in ea tempora devenerimus, eaq; jam parari videamus, ut sors illorum prædicanda videatur, qui maturè impendentibus malis eximuntur. Similes reperies *epist.268.316.348.372.382.476. 524. 536. 542. 566. 804.* Adde *Erasm.* tum alibi, tum *lib.* I. *epist. pag. 83. & lib.* III. *p. 124.* In MSS. meis reperio. *Vir Clarissime,* τὶ πρῶτον; τὶ δ' ἔπειτα·

τὶ δ'

τί θ' ὑςάτιον καταλέξω; (*Quid primum? quid secundum? quid ultimum dicam?*) *Ita me perculerunt ea, quæ domum tuam nuper funestatam fuisse nunciant hisce Idibus Febr. Vellem sanè, quæ velles, sed* τὸ φέρον ἡμᾶς φέρει: φέρετε οὖν, καὶ φέρεσθαι. Ἐι ταύτῃ τῷ Θεῷ φίλον, ταύτῃ ἔςω. πράττωμεν ταύτῃ, ἐπειδὴ ταύτῃ ὁ Θεὸς ὑφηγεῖται. (*Sustinens nos sustinet. Sustinete igitur, & sustinemini. Si hoc modo Deo placet, sit hoc modo Faciamus hoc modo, postquam Deus hoc modo præcepit*) *ut ait Socrates apud Platonem in Critone. Hoc enim erit* τῷ Θεῷ ἕπεσθαι, (*Deum sequi*) *in quo sapientiam constituêre sapientum primi. Eam in te non requirimus, sed reperimus & admiramur. Luge,* ἀλλὰ μὴ ἀγεννάιως (*sed non molliter*) *Vivit filia tua, superato hoc vitæ somnio, veram & ad quam nata fuerat, vitalem vitam.* In alia: *Cum hesterno demùm die, nuncius acerbissimus, de obitu Nobilissimi & Sapientissimi Parentis tui, sparsus per oppidum fuisset, gratitudinis meæ esse putavi, quanto dolore ex morte incomparabilis Viri*

Viri & Patroni mei, affectus essem, ad te perscribere; quam & infiniti alii homines, nullo fortè beneficio privatim ab ipso affecti, & publica tantùm jactura permoti, impatientissimè ferre se ostendunt. Et sanè quid in hoc Viro vestra Civitas, quid vicini Principes, quid Germania universa (cujus ille bonorum omnium judicio pars magna fuit) amiserit, consiliis summi & experientissimi Senatoris alienissimo tempore destituta, tacitus intra me sentio potiùs, quàm scribere valeo: sed scribent & deprædicabunt alii in Germania & Gallia Viri eloquentes, quamdiu memoria aliqua Germanici nominis futura est. Quomodo autem ille de me meritus sit, quoq; animo semper me fuerit complexus, tu, Vir Nobilissime, testis esse potes, quem ego ob id jure Patrem & Autorem felicitatis meæ apud amicos & familiares semper appellare solitus sum. Caeterùm cùm easdem ob causas exsequiali quoq; officio interesse privata pietate constituissem, mutare consilium defluxionum violentiâ coactus sum. Quod autem &

facere debui & potui, literas has doloris & luctus mei testes ad Nobilitatem tuam mitto, Deum O. M. orans, ut quando tam excellenti bono (virtute, inquam, Parentis tui) indignas terras hoc velut præjudicio prænunciavit, te saltem bono Reip. natum, & artibus paternis à puero ad omnẽ laudem eruditum, patriæ cumprimis, aliis deinde nominis tui studiosis, & inter eos mihi, quam diutissime incolumẽ servare dignetur. Cujus vel media in pœna admirabilis hæc benignitas cernitur, quòd is non ante Patrem adimere nobis voluit, quàm hic te magnitudini suæ supparem lætus conspexisset. Euph. part. 5. sat. *Prævisum exitum fortiter tolerate, ne constantiam defuncti impatientiâ vestra maculetis. Relinquite præficis commendatitios fletus, cùm sciatis, verum dolorẽ lachrymis indicere ne cadant; & egesta muliebriter suspiria detrahere de Generosissimi Ducis laudibus. Vocant ad se Dii, quos amant, subtrahuntq; eos hominibus, ut & nomen eorum ab oblivione vindicent, & permittant eos à cœlo inquirere in laudes suas, & patientiam nostram.*

AD

AD CONSOLATORIAS
Respondendi Formula.

CAsaub. epist. 333. ad Scaligerum: *Per mihi gratum, quòd etiam ea res ad tuum dolorem pertinet; amorem enim tuum ex eo* μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον *agnosco.* Et ep. 532. ad eundem: *Initio hujus anni, cùm repentino quasi fulmine erepta mihi esset filia charissima, & utriq; Parentum non vulgarem in modum dilecta, quantum ex ea re dolorem ipse ceperis, testes habeo literas hasce tuas, quibus luctum meum consolando monendoq; ivisti levatum. Non malè operam posuisti,* δῖε γέρων*: lectione enim gravissimæ epistolæ tuæ sensi me non mediocriter levatum. Itaq; pro hoc pietatis & sinceræ amicitiæ officio, quas tibi gratias agam, non invenio.*

In MSS. meis ita Vir Nobilissimus: *Literas tuas, nuper ad me datas, quibus de filii quondam mei, nunc verò Dei Opt. Max. pio & felici obitu mihi condoles, grato animo accepi, utpote humanitatis & consolationis plenissimas;*

pro quibus tibi, non quas debeo, sed quas possum, gratias ago. Et quidem inficias ire non possum, quin iste tam inopinatus nati mei ex hac vita discessus, animum meum, utpote paternis affectibus minimè carentem, graviter perculerit, ne dicam, penitùs sauciarit: non quòd ipsum ad meliorem vitam transiisse, atq; mortalitatem cum immortalitate commutasse nesciam; sed quòd verè pio & obsequenti filio, quem senectutis meæ scipionem fore sperabam, sim orbatus. Veruntamen cùm præsentem temporum statum & conditionem considero, & qualis ille futurus adhuc sit, mecum examino, in divina voluntate totus acquiesco.

CONSOLANDI FORMULÆ

Ad eum qui calumniam passus est.

ERasmus lib. III. pag. 137. *Reperient aliquando similes labra lactucas; continget malo nodo malus cuneus, & dum fragili quærunt illidere dentes, illident solido.* Casaub. ep. 420. ad Scalig.

At



At tu istos terræ filios, irâ tua parùm dignos, aspernare, Virorum Maxime, & quod fecisti hactenus, arcana literarum, tibi uni nota pande mortalibus. Et ad eund. ep. 439. *Te verò* δῖε γέρων, *si hæc moverent; equidem mirarer. Quid? potuisti in hoc fastigio virtutum & eruditionis constitutus, aliud tibi de scelestissimis hominibus polliceri? qui bellum atrox cum Deo palàm gerunt: qui reges* ἀνεπαισχύντως καὶ ἀναιδῶς *(impudenter & inverecundè) in ordinem cogunt, &, quoties lubet, occidunt, ii tibi parcent? mihi crede, in eorum potestate si esses, dentes eorum* σαρκοφάγους *(carnivoros) non effugeres. Nunc quia Dei benignitas in tuto te collocavit, ōmnia expectare ab illis debes, quæ ab hostibus veritatis possunt proficisci crudelissimis. Oro te, Sapientissime Scaliger, moveri his contumeliis noli, non deerunt, qui tua, & Semonis illius tui, Parentis causâ, in arenam cum id genus monstris velint descendere. Tuæ hîc nullæ sunt partes; nisi ut, quod fecisti hactenus, pergas constanter de hominum genere benè*

benè mereri. Item epist. 496. ad eund. *Quòd tibi obtrectant, tibi inclementer dicunt, tibi probra ingerunt, quibus sunt ipsi dignissimi; non est is contemtus, à quo insignis virtus semper est tuta, sed livor, & alienorum processuum aversatio, ex suorum desperatione nata. Ut Sol vi eadem alia indurat, alia liquefacit; & unde salutem boni petunt, mali perniciem sibi accersunt: sic præstans virtus, velut ex alto inter mortales refulgens, in aliorum animis admirationem & amorem incredibilem (ut ajebat Plato) solet excitare; alios odio honesti inflammatos, in furorem agit; & cùm oculos deflectere à laudatissimis quibusq; viris non queant, miseri pœna incubant sua, dum tædet sui pigetq;. Verissimè enim Satyricus Philosophus dicebat, nullum esse dirius tormentum, quàm si qui*

Virtutem videant, intabescantq; relicta.

In MSS. meis, præter suprà jam allatas occurrit ista: *Apud me supervacua res est, quàm agis; respondisti enim dudum malevolis, & depugnasti hanc pugnam, non-*

non sine splendida oratione. Audi verò Theodosium Imperatorem, in sago militari philosophantem, de maledictis & omni linguæ lubrico. l. 1. C. Theodos. Si quis maledixerit Imperatori: *Si ex levitate processerit, contemnendum est; si ex insania miseratione dignum; si ab injuria, remittendum. Et alioqui, si agnoscas talia, tractesque, augescunt; spreta exolescunt.* Casaub. ep. 494. ad Scaligerum: *Vidisti, quæ prodierunt adversùs te? equidem digna non puto, quæ te vel levissimè commoveant; nam canes illi Antvverpienses, Moguntini, & Romanus Apostata, quid aliud faciunt, quàm quod unum possunt & nôrunt? latrant, canes sunt, & quidem Stygii, veritatem mendaciis obruere conantur,* ὡοὶ γάρ εἰσι τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους, *(filii enim sunt patris mendacii) Nobilitatem tuam obscurare nituntur? non aliud expectes à terræ filiis, quorum nomina nihil è tenebris vindicat, nisi virtutis, honestatis, & omnis decoris Vatinianum odium. Me certè quod vituperent, qui te non amant,*

pluris ego facio, quàm ludis Olympicis coronatum fuisse, contra quemvis τῶν ἀλήπτων ἀθλητῶν (exercitatissimorum athletarum.)

CONSOLANDI FORMULÆ

Ad eum, qui de temporibus conqueritur.

CAsaub. epist. 740. ad Pithœum: *Spera & confide, adfuturum tuis inceptis Deum immortalem. Verum quidem est, in difficilia tempora adolescentiam tuam incidisse; quando neq; literis neq; virtuti sua semper sunt præmia parata. Sed tu illud potius cogita, virtutem & doctrinam à generosis hominibus propter spem præmii non solere expeti; verùm propter ipsas, quia sint τῶν ἐν ἀνθρώποις τὰ κάλλιστα. τὸ δὲ καλὸν αὐτὸ καθ' αὐτὸ καλεῖ (in rebus mortalium pulcherrima. Pulchrum autem propter seipsum allicit) quod tu non nescis. Ecquod verò tam beatum unquam seculum fuit, quo defuerit bonis, quod dole-*

dolerent, & in quo facerent suæ constantiæ periculum? Nunquam ita benè cum humano genere actum, ut instituta, quæ vulgus hominum probaret, sapientibus probarentar. Hoc neq; legimus in ulla Republ. aliquando factum, neq; sperare debemus aliquando futurum. Hodie verò in hoc communi mundi senio ire pessum omnia, mirari admodum non debemus; sed quantum in nobis est, publicam salutem, & benè sentiendo & vivendo benè, ire adjutum debemus.

CONSOLANDI FORMULÆ

Ad eum, cujus ratio habita non est in distributione officiorum.

CAsaubonus ep. 618. ad Thuanum: *Etsi magno repentè affectus sum dolore, qui meus in te amor est & observantia, cùm intellexi, non eam esse habitam dignitatis tuæ rationem, quam tua in Rempubl. summa merita postulabant haberi, & omnes cupiebant ac spera-*

rabant; mox tamen ubi ex illa indignatione colligere me cœpi, & præsentem rerum in patria statum apud me reputare institui; rationibus (ut mihi quidem videbatur) non levibus sum adductus, ut tecum actum non malè putarem, & dictum vetus usurparem: ταὐτόματον ἡμῶν πολλάκις κάλλιον βουλεύεται (fortunæ nostræ temeritas sæpius pulchrius consulit.) *Fateor durum esse ea spe excidere, quæ non ex inani arrogantia, sed ex merito concepta primùm fuerit, deinde ab iis toties firmata, quorum in potestate erat efficere, ne verba viro gravi data videri possent: at non clam te est, rerum humanarum eam esse conditionem, ut ea sæpius eveniant, quæ nemo futura aut fieri debere putaverat, quam quæ ὁ ὀρθὸς λόγος suadebat eventura, &c.* Et epist. 620. ad eundem: *Quòd dignitatis tuæ ratio non est habita,* οὐκ ἀθεεὶ *(non sine numine) factum putamus, & magno tuo bono. Nam si tu illo dignus eras loco, & eras profectò dignissimus; haud tamen scio, an ferreum*

hoc

hoc seculum satis esset dignum, quod te videret ad clavum illum Reipubl. sedentem. Denique epist. 705. ad Erpenium: *Doleo, non esse tibi aditum ad illam professionem, cui sustinendæ solus par es τῶν νῦν ὄντων (ex iis, qui nunc vivunt.) Noli animum despondere. Scit DEUS immortalis, quid tibi conducat, in illum rejice omnes curas tuas. Interim conare, si potes, de literis benè mereri.*

CONSOLANDI
FORMULÆ
Ad Ægrotum.

CAsaub. epist. 517. ad Scaligerum: *Accepi Heinsii nostri literas, quæ majore ne dolore me perculerint, an virtutis tuæ admiratione adfecerint, nondum equidem constitui. Illam sanè partem, quæ de languore tuo erat, Nobilissime virorum, siccis oculis, & sine ingenti animi cruciatu non legi. Neq; verò mea privatim periculo magis moveor, quàm universæ Reipubl. literariæ; quam tu ma-*

magne Senex, solus prope mortalium, tot jam annos dignitate ornas, & divini ingenii tui luce illustras. Cogito dies noctesq;, quantum in uno capite literæ omnes meliores periculi adeant. Sed Deus meliora. Neque verò adhuc ad ultimum periculi esse ventum, Heinsii epistola narrabat. Oro venerorq; supplex Dominum Jesum, ut Reipubl. literariæ misereatur, tuique usuram diuturniorem, bonis & veræ doctrinæ studiosis, velit concedere. Nemo hîc est, qui literas amet, quin pro tua salute Superos mecum fatiget. Omnes interim tuum illud animi robur, & piam in morbo constantiam, quam ex literis Heinsianis cognovimus, miramur; eoq; nomine DEO Opt. Max. gratias agimus, & tibi gratulamur. Hoc est, verè pium esse, id velle, quod magnus Imperator jusserit: non trahi, sed duci: &, quod pauci facimus, hominem se natum, tempore necessario, meminisse. Nimirum hoc est, ἀξίως τῶν προβεβιωμένων τὴν πεείςασιν φέρειν *(vitæ dignè anteactæ punctum vel momentum fer-*

ferre.) Enimverò non poterat Scaliger Scaliger non esse. Quam semper hactenus supremo Numine fueris carus; quum sciant omnes mortales; ipse non potes ignorare. Confide, Senex Venerande, proprium & perpetuum hunc Superûm erga te favorem futurum: ἀμέλητα γὰρ τοῦ Θεοῦ χαρίσματα, *(non enim in dantis DEI manibus hærent beneficia;* ut è Seneca vertam) *Bonum certamen certasti, fidem servasti; restat nunc illa* ἀμάραντος *corona, in cujus spem tulisti tam multa. Iterum iterumque* τὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου *obtestor, ut tibi adsit; dolores tuos, suavissimâ crucis suæ recordatione, leniat; pristinam tibi valetudinem restituat; Te faciat ex animo velle, quod ipse voluerit.*

***

CONVIVALES
FORMULÆ.

QUæ quamvis *ad epiſtolas non pertineant*, tamen, cùm inter familiarem ſermonem & epiſtolam vix ullam ajant differentiam; propter iſtam cognationem ſuperfluus iſte labor vitio nobis verti non poteſt. Excerpimus autem plerasque è *Lipſ. lib. III. Antiq. lect. & libb. II. Saturn. Serm.* Sic igitur primùm amicos ſuos excipit: *Vos eſtis? O ſperati mihi optatique ſalvete! Unde autem & quo per hanc anni hyemem? nec enim iter temerarium eſt, credo.* Item: *Ut ego vos reduces conſpicio lubens? ſed ſatin' ſalvæ? cùm quidem vos ſalvos amplector.* Reſpondent: *Junxit nos in via bonus aliquis Deus, tua unius causâ venientes. Mihi certè bonus,* inquit Lipſius, *& jam vivo valeoq́; cùm vos teneo.* Item: *Forſan adſumus importuni.* Lipſius: *Non potuit ipſa Opportunitas tam opportunè.* Exceptos hac formulâ ſedere jubet: *Sedete, agite, mihi hoſpites! Votius*

Vetus verbum nôstis: Romanus sedendo vincit. Trepidantibus de loco: *Etiam inter vos hæ deliciæ? amicitia aut pares omnes accipit aut facit. Sede tu Dousa, sede tu Pighi, vos reliqui!* Post multos sermones sic ad cœnam invitat idem: *Vos amici, ajo, cœnabitis apud me unà cum isthoc hodiè.* Renuentibus illis: *Nonne adventitia cœna vobis hodiè debita? jure communi peregrinantium impetrabo hoc certè; si minùs, vel ἐν χειρὸς νόμῳ (ut Græci dicunt) manuariâ lege.* Qui nihil recusat, sic loquitur: *Nihil necesse est, ut me multùm roges. Etiam musca sum, ut antiqui loquebantur, invocatus advenio.* Qui cum conditione promittit, hunc in modum: *Negotium est, nam recens de via ad Valerium & Carrionem, communes amicos, committere non debeo, quin visam.* Respondet Lipsius: *Malè narras; & jam intelligo, quam vim habeat illud tuum, aliorum amicum usu te esse, mancipio meum; nam penes alios quidem usus & fructus est; mibi quid præter nexum superest?* Reditum promitti

alte

alter iſtis: *Semihoram hanc tibi dcre= ptam uſurâ ſolidæ noctis penſabo. Nam tu hodie mihi parochus eris, ligna & ſalem præbebis.* Abiturienti cùm manum injiceret Lipſius, cum ſubriſu excipitur: *Hæc quidem vis eſt. Cæſar videor, ita jugulum mihi petit iſte Brutus.* Alibi: *Ne ſcinde penulam:* præſentes & annuentes invitationi omnes ſic porrò acceſſit Lipſius: *Eamus ad cœnam, non illam Pontificiam aut Saliarem, aut aditialem, ſed qualem* (a) *lex Fannia juſſit, aut Licinia centenaria. Nam noſtra hæc cœna dubia* (b) *non erit; & vereor, ne nihil niſi terrâ natum habeat. Terreſtres vocat Plautus; cœnas ſine ſanguine* Horatius. Dein converſus ad famulum: *Age ti: vaſum cum aqua!* Tardiùs apparente famulo: *Adesdum*, inquit, *teſtudo, non homo; & qui ignaviorem poſſis facere ipſam ignaviam.* Similiter alius ad miniſtrum, qui tardior in adminiſtrando potu: *Scelus pueri! caſſus oculis manibusq; tu? monitum hoc à me oportuit?* Cùm leviculæ contentionis quid

quid esset de loco rursus Lipsius: *Eja! delicias facitis. Tuus hic est Deini; per leges hospitii te migrare nolo: Regi & patri cœnæ parendum est.* Post multas eruditas fabulas in prima mensa habitas. Lipsius iterum: *Næ, ego exhibitor elegans, qui convivas meos sermonibus pasco. Heus puer, secundam nobis cœnam!* Illatâ gallinâ rusticanâ cum pullis, olivis, rapulis, capparis, conversus Lipsius ad hospites: *Ad hunc sanè apparatum nec structore, nec Chironomonte* (c) *opus erit; Indice multò minus. Nam solitum Athenæus tradit, domino convivii, simul ac decubuisset, schedam dari, quæ descripta ordine obsonia omnia haberet, ut jam tum scire posset, quid postremum coquus missurus esset. Hac molestia quidem nos carebimus.* Et ad Carrionem: *Visne frater, de ista parente trium liberorum?* & simul abruptâ gallinæ alâ, eâq; Carrioni antepositâ. *Mirum*, inquit, *ni hæc avis ex familia Curionum fuerit, aut certè ex gente Licinia,* (d) *cujus cognomen manifestè præbet. Nolo tamen*

frustrà

frustrà vos esse, hæc tam malè habita gallina cœnæ nostræ caput est. Ita quidem in *Antiquis.* Sed in *Saturnalibus* illato secundo missu, sic affatur hospites: *En paravi ad illud Comicum; non ampliter, sed munditer convivium. Tempus non tulit; nec inter eos ganeones ego, quibus est modulus vitæ culina, ut ait Varro. Itaq; sumite, quæso, contenti istis.* Item: *Mi hospites, pauca præstinavi. Nam per hos dies, ut scitis, promiscuæ cœnæ non solùm cande- sed etiam vacue-faciunt annonam macelli.* Respondet hospes: *Epulæ sanè lautæ, & quæ (ut Plauti jocus) cinerem non quæritant.* (e) Item Pighius: *Sibi habeant sua regna Reges, sibi divitias divites; nobis dum sic sit. Et quæ cœna præ ista, quam suavissimæ doctissimæq; fabulæ condiunt?* Cui rursus Lipsius: *Vellem paulò magis: nec tu, Pighi, sermonis esses tam parcus; Parcus ego,* inquit Pighius, *cui linguarium me hercle dandum fuit; ita insolitè hac omni cœnâ sum loquax. Scis enim ingenium meum; quàmq; illud Homericum in me conveniat,*

niat, ἀλλ᾽ ὐ ἡ χάρις ἀμφιπεριςέφεται ἐπεέεσιν, (*sed non illius cingebat gratia labra.*) Excipit Lipsius: *Tace, nam tu quidem* λέγειν ἄριςος, ἀδυνατώτατος λαλεῖν, (*bonus loqui, sed fabulari nescius*) *ut invertam illud Eupolidis.* Cibum seriùs illatum ita nescio quis excusat apud alium: *Ignoscere, hospites, debetis, non mihi, qui maturè providi; sed villicæ, quæ coagulatione tardior, inter tragemata denique summittit cibum, quem esse promulsidem* (f) *decuit. Spero tamen, saporis recenti bonitate moram compensatum iri. Si ergò placet, cochlearibus, tanquam trągulis, hunc lacum expiscemur.* Erat enim in paropside fictili lac crassum, laboriosâ tudiculâ diu multumq; in coagula præparatum. Hic insero, posse ad excitandos hospites facere & *illud Plauti* in Trin. a. 2. s. 4. v. 77. *Verecundari neminem apud mensam decet.* Cibum, & quidem pinguem capum, sic commendat Dousa: *Viden' quis fructus cœlibis vitæ?* Sin inter convivas, quod sæpe notari solet,

iterum

iterum oriatur silentium, promptam formulam ex eodem Lipsio habes: *Et quid cœna hæc Pythagorea erit inter mutos?* Et mox: *Si benè nobis cibo non est, at vino erit; & si Cerealia non possumus, Liberalia celebrabimus. Heus puer, vinum*, acceptoq; cyatho. *Hunc*, inquit, *Deinio & Fortunæ ejus Reduci.* Sic quidem in *Antiquis*; at in *Saturnalibus*: *Da mihi puer ecillam è crystallo; illam capaciorem dico.* Admiratus hospes, *hui! tam grandem?* inquit: *Non id è more tuo, non è sanitate.* Respondet Lipsius: *Non Cereri, sed Saturno hoc sacrum fit.* Nota hîc, non ubique convenire hoc responsum; quòd enim tum *Saturnalia* celebrarent, *appositè* hoc à Lipsio dictum est. Tamen in eo fortè tolerari potest, cùm innuere volumus, nos *hospites* nostros hodiè *saturos* redituros. Verecundiùs bibentes possumus dicere ἀγαθοδαιμονιστάς; Quod enim docet *Heins. Not. in Horat.* confecto epulo *vinum exquisitissimum* promebant; quam potionem ἀγαθοῦ δαίμο-

δαίμονος (g) vocabant. Eo nomine intelligebant *Deum, quem quisq; præ cæteris colebat.* Quia verò id ultimum poculum leviter & summo tenus ore libabant, *Græculi, festivissima inter vina natio,* eos, qui verecundè biberent, ἀγαθοδαιμονιστὰς dicebant. Porrò ebibito poculo Lips. ad Deinium: *Accipe, amicissimum caput, & fac memineris elegantes illos versiculos Varronis;*

Vino nihil jucundius quicquam cluet.
Hoc continet coagulum convivia:
Hoc hilaritatis dulce seminarium:
Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt.

Accepit Deinius; & cùm eduxisset, *Te imitabor, Lipsi,* inquit. *Ite curæ ad severos.* Si vinum purum putum non est, si lymphatum, potest dici: *Sperabam, Vinalia me hodiè agitataturum, & agito Fontinalia.* Item: *Meus œnopola videtur Atheniensis esse.* Nam Athenienses eo nomine malè audiebant, quòd vinum diluerent, man-

mangonizarent, & falsâ mensurâ venderent. Alexis Comicus in Asoto facetè, qui id facerent, excusat; *negans sui compendii istos habere rationem; sed sanitatis ementium, ut ne possint mero potato morbi causam contrahere*, ut docet *Casaubonus ad Theophrast. Characteres pag. 244.* Sitiens hospes sic eleganter exponet desiderium suum: *Apud Orientis populos es tu. Nam receptum iis, nemo ut vinum infunderet aut biberet quisquam inter cibum.* Nec minùs post objurgationem famuli eleganter respondebit alter: *Ne nescias, nova, imò veteris Italiæ placitus mihi mos: Sitis? posce. Ita hic vivitur.* Tertium missum (quem secundas menses vocant alii) cùm desideraret Lipsius, his verbis imperavit famulo: *Tolle ocyùs has mensas, & bellaria nobis infer. Quæ bellaria?* inquit Victor: *non opus,*

- - - Τράγημα δὲ
ἡ σωφρονίςης τοῖς φιληκόοις λόγος
- - - *bellarium est*

Sermo

Sermo bonus prudensq́, cupidis di-
ſcere.

Pighianus hic quidem ſermo ante omnia tragemata & mella nobis. His allatis, rurſus erudita confabulatio; & paulò poſt cœnæ dominus: *Vos bellaria hæc tangite, ne appoſita fruſtrà. Vin' tu, Pighi, de hoc cannarum melle? Sacchar appellant Arabes.* Et mox: *Tempus videtur, ut Plautum audiamus, qui jubet*

--- manu candidâ cantharum dulci-
ferum
Propinare ſuaviſſimâ amicitiâ, neque
eſſe alium alii
Odio, nec moleſtis ſermonibus, nec mo-
rologis uti.

Et acceptâ à puero patera, hunc, inquit, *florem Liberi amiciſſimo Deinio & propitiis Muſis.* (h) *Benè vivas!* reſpondet Deinius. Inter hæc ingreditur alius, qui gratulatione & ſalute exceptus à cæteris, non item à Lipſio; qui adductâ fronte. *Homo infide,* inquit, *quid de te merui, ut diem tam feſtum abſentiâ tua redderes nobis infe-ſtum?*

ſtum? hoc herè pollicitus. Reſpondet alter: *Neſcio quod purgamentum hodiè egrediens calcavi: ita notabiliter toto die infelix, & non mei juris.* Advenit & alius, quanquam non antea invitatus, & ignarus convivii; quem Lipſius conſidere jubet, *&, O malefactum,* inquit, *quòd fortuna hujusce diei non paulò maturiùs te adduxerit.* Tum ille: *An me paraſiti perſonam ſumere vultis, & invocatum adeſſe in convivio? Hoc tamen,* inquit Lipſius, *opportunè, quòd reliquiarum aliquid ſupereſt.* Tum rediens ad pocula Lipſius, & cum cæteris converſus ad Deinium: *Hi cyathi tibi bibendi ſunt!* Queîs Deinius: *Quæ hæc conſpiratio eſt? an id agitis, ut vino me deponatis. Quid tum?* inquit Lipſius; *nempe tibi madido à me corona & lampas erit.* Surgens inter hæc Douſa, *domuitionem,* inquit, *paremus.* Cui Lipſius: *Heu!* ποῖον σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων (quæ vox clauſo tibi fugit ab ore?) *Vix adſedimus etiam, & faris de diſceſſu.* Surgens & alius: *Videsne, Lipſi, ut hic Heſperus*

nos

nos moneat de discessu. Cui Lipsius: *Quid Hesperus? ejusmodi Endymiones Luna deducet. Sedete modò.* Interveniens rursus alius: *Hercules, multa nox est, Lipsi, & tempus abeundi.* Et huic inclementi vultu Lipsius: *Non ego homo trioboli sum, si id feram. Per hanc dexteram oro, mitte*, ait alter. *Non*, inquit Lipsius, *si per hanc sororem lævam quoque. Et jamne mittam ad prætorem, ut te nectam?* Sed surgebat & quartus. Itaque Lipsius planè commotus: *hæc quidem conspiratio est*, inquit; *adsedete saltem, dum hæc patera circumfertur.* Sederunt, cùm Lipsius acceptâ paterâ Victorem intuitus; *hanc ita spumantem*, inquit, *Latio & Latia.* Ebibitâ & Victori traditâ; *vivamus*, inquit, *moriendum est.* (i) *Ne gravare, unius cyathi res est.* Et cùm ultimus accepisset, *hunc supremum cyathum*, inquit, *libemus Dionysio & Somno.* Et assurgens post haustum, exemplum præbuit cæteris. Cùm nihilominus Dousam lacinia teneret

R Li-

Lipsius, *Tempus*, inquit ille, *admonet & somnus. Non etiam mittis? Polypus mihi vidêre, ita quicquid tetigeris, tenes.* *Mittam*, inquit Lipsius, *in hanc legem, ut proximo Solis iterum apud me sitis. Imò apud me*, ait Lernutius. *Sit enim hæc per dies festos, quædam, ut antiqui dicebant, mutitatio.* (k) Ita facta discessio, & acclamatum à Deinio illud vetus:

-- Ventum gaudio, Ecastor, ad te:
Ita hodiè hic accepti fuimus suavibus
modis!

(a) hoc est, *frugalem.* Nam *Licinia & Fannia* lex de conviviis fuit, ne amplius in eo sumtuum fieret, quàm centeni vicenióq; æris; apud *Gellium.*

(b) *dubia* cœna, est variis ferculis instructa, apud *Terent.* ubi *dubites*, quid sumas potissimùm.

(c) Erant apud veteres *carptores*, qui cibum scindentes carpentesq; præministrabant. Iidem & *scissores.* Petronius: *Processit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut putares Darium hy-*

drau*le*

braule cantante pugnare, qui locus satis indicat, cur eosdem *Cheironomontas* Juven. dixerit sat. V. v. 121.

-- *cheironomonta volanti*
cultello;

nisi malumus ita vocatos, quòd fercula, puerorum manibus allata, commodè disponerent, & collocarent velut sub signis.

(d) Jocatur in cognomine *Liciniorum* quod erat *Crassus*. Vult minùs esse crassam.

(e) id est, ut quidam volunt, non quærunt aridum & capularem senem, sed viros vividos & ætate integra, sive, ut alii, fuerunt elegantes sine ambitione. Vide *Taubm. in Plauti Milit. Act. IV. sc. 2. v. 10.*

(f) ita vocabant ante-cœnam veteres. Vide *Lotich. in Petron. p. 171.*

(g) Vide *Diodor. Sicul. lib. IV. p. 212. Aristoph. in Pace p. 443. v ult.* & in *Equit. p. 196.* ubi *Scholiast.*

(h) Ita Romanos inter bibendum respondisse aut propinâsse, docet *Lips. è Xiphil.*

 (i) Ita

(i) Ita in conviviis etiam loquebantur Romani, ut docent *Inscriptiones. Seneca controv. 7. Ammian. lib. XVI.* quanquam eo loco mutilus.

(k) ein Kränzlein. Utitur eâ voce *Gellius.*

DEDICANDI FORMULÆ.

QUeîs non immorabor. Quot libri unquam scripti sunt, tot & dedicationum habent formulas. Afferam tamen nonnullas similes è scriptis non dedicatoriis, ne hunc titulum planè neglexisse videar. Sic igitur Casaub. epist. 38. ad Thuanum: *Suetonium ecce mitto tibi, Vir maxime, debitum non illi tantùm singulari benevolentiæ, quâ tu me pro humanitate tua prosequeris, sed & beneficio illi, quo me nuper affecisti maximo. Etsi autem improbè fecero, nedum imprudenter, si fore sperem, ut in tantis tuis occupationibus quicquam temporis lectioni eorum impendas, quæ ad illum scriptorem observata*

vata nobis; quia tamen divinum ingenium tuum harum quoq; rerum cupidum esse scio, non sum veritus, hoc exemplar ad te mittere, & oculis tuis hoc quicquid est operæ nostræ subjicere. Volui nempe devoti animi mei & καθωσιωμένυ virtutibus tuis pignus hoc tibi offerre. Nam alioqui mearum affaniarum non ita me aut amor tenet aut latet pretium, ut illas tuo conspectu dignas judicem. Ut olim Lucilius à Persio sua poëmata, ita ego quæ scribo à Scaligero, à Fabris, à Pithæis legi reformido: τί γὰρ ἐμοὶ καὶ μακροῖς αὐλοῖς. (*Othonis* vox est apud *Plut.* qui graviter prolapsus identidem eam obmurmuravit. Sive ut *Dio* narrat l. LXIV. *τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς. Cur me oportebat longis tibiis canere?* Dicitur autem de iis, qui ea faciunt, quæ sibi sunt inutilia.) *Novi oris mei motum atq; ingenii; frustrà aliquid dignum vestris auribus tentavero, his præsertim locis, ubi præsidia ad eam rem necessaria deficiunt nos universa. Quare superest nihil, nisi ut vetus verbum usurpemus, eoq; nos solemur:*

 αἰεὶ

ἀεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι Θεοί.

Perpetuò parvis parva dedère Dii.

Et epist. 809. ad Saracenum: *Accipe à me munus tenue, &, quod ajunt, levidense: sed quod volumus esse pignus aliquod animi grati adversum te, & acceptorum à te beneficiorum memoris. Tibi enim, secundùm Deum, salus mea à me accepta fertur. Sic igitur levicu-lum hoc δῶρον accipies, ut sis persuasus, æternùm tibi omnes nos fore devinctos.* Et epist. 15. ad Dousam filium: *Accipe à me tenue munus & levidense; verùm amoris in te maximi testimonium fidelissimum. Non faciam tecum paria, fateor, neq; ἀντάξιον δῶρον* (contraponendum donum) *iis rependam, quibus me affecisti. Sed nôsti vetus vercum: εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδων (si plus haberem, plus darem.)* Et ep. 559. ad Gruterum; *Oro, ut exemplar πρόφρονι θυμῷ (benevolâ mente) accipias, quod tibi mitto; neq; illo tetrico vultu, qui summam doctrinam, qualis in te est, solet comitari. Si voluntati par facultas responderet, veniâ doctorum opus non haberem. Nunc*

que-

quoties venit in mentem incommodorum, quæ mea studia quotidie experiuntur, adeò longè absum ἀπὸ τῆς οἰήσεως (à persuasione) *ut pene pigeat aliquid scripsisse. Tua æquitas, apud iniquiores judices, mihi patrocinabitur.* Et epist. 19. ad Scaligerum: *Mitto ad te opellam musteam, Apologiam Apuleji dico quam hisce diebus recensui, ac paulo meliorem feci. Eum librum non dubitavi, Vir maxime, tibi* προσφωνεῖν (inscribere) *& de tui nominis splendore lucem illi fœnerari. Audenter nimis, fateor; nam quid hic dignum, quod te è divinis tuis studiis vel tantillum avocet? sed fecit me audacem fiducia tuæ illius immensæ benevolentiæ, quâ si videor abusus, quæso ignosce, & deprecanti veniam concede.* NOTA hîc, non est hæc ipsa Epistola προσφωνητικὴ, quam editioni Apologiæ præmisit Casaubonus; sed alia, primùm cum cæteris epistolis edita: quod monere volui, ne offenderes. Deniq; epist. 563. ad Scip. Gentil. *Mitto tibi Polybium,* μνημόσυνον φιλίας, (ino-

(monumentum amicitiæ.) *Non commendabo munus, nisi ab affectu mittentis; quem si spectas, na, verendum mihi non erit, ne parvum tibi videatur, quod à voluntate maxima proficiscitur.* Isocrates è Græcis huc facere potest illis verbis: ἀπέςαλκά σοι τὸν δὲ τῶν λόγων δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας. Id est: *Hanc orationem tibi misi, qua & amicitiæ nostræ pignus esset, & mea cum Hipponico familiaritatis signum.* Puteanus Promulſ. ep. 14. ad Henr. Farneſium: *Librum hunc, velut tesseram amicitiæ nostræ, habe: cui si non ubiq; boni saporis vigor, & nidoris gratia; alicubi tamen erit. Nec tu, si per partes, singula fercula non probas, universa & junctim posita spernes, cum Plinio cogitans: In ratione convivarum quamvis à plerisq; cibis singuli temperemus, totam tamen cœnam laudare solemus; nec ea, quæ stomachus noster recusat, adimunt gratiam illis, à quibus capitur.* In MSS. meis reperio *epistolam* Viri Cl.

Non

Non equidem dubito, quin multis in publica commoda peccare videar, qui umbratici exercitii oblatione morari tua tempora audeam, quæ gravissimis de universa Republ. Christiana cogitationibus impendi à te nemo planè ignorare potest: pluribus verò planè præter decorum facere judicer, qui ad eum Principem scribam, quo nemo meliori jure illud Alexandri M. μηδὲν ἀναβαλλόμενος usurpaverit. Quibus tametsi judicii mei infirmitas reclamare non sinit, quam sublimitatis tuæ splendor procul à se quasi spernit & submovet, eosdem tamen non satis idoneè cauturos mihi intelligo, ne ipse quoque in mora declarandæ humillimæ subjectionis meæ erga Celsitudinem tuam fuisse aliquando arguar. Et si quidem ipsa quandoq; dies homines non agrestes debiti & officii admonere putatur; quid mirum, si & mihi decurrere festinans adolescentia aurem pervellit, ut quantum Patri, & Principi deberem, seriò tandem cogitarem, &c. Et cum in his

 rebus

rebus nihil magis quàm simplicitas commendetur, inde est, quod neque testificandæ reverentiæ diem opportuniorem expectavi; nec rationem ejus explicandæ commodiorem, Celsitudini verò tuæ honorificentiorem, curiosiùs indagavi, sed occasionem commendandi me Celsitudini tuæ in studiis meis quæsivi & inveni. Quod consilium meum si non omninò Celsitudini tuæ improbabitur, est profectò, quòd amplissimam me studiorum meorum mercedem reportâsse, ex judicio isto tuo, existimem. Vale, ara & præsidium legum, communemq; patriam sempiternis invictæ virtutis & gloriæ monumentis, sicut facis, illustrare, & de universa Republ. Christiana porrò quoq; quàm optimè mereri perge. *NOTA de hac Epistola, pro* inedita *me non vendere; sed quoniam nec editam affirmare possum, huc apponere visum est: Hoc scias,* Auctorem tam elegantis Epistolæ esse virum longè celeberrimum.

DE-

DEHORTANDI FORMULÆ.

THeophraſtus ita loquitur: φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τὰς ἔχεις (*magis quàm viperas fugere debemus.*) Tanquam ἀΐδαο πύλας, *ceu inferni portas*, Homerus. Caſaub. ep. 645. ad filium: *Moneo te, abſtineas à ſocietate id genus hominum. Novi illum, de quo loquor, intus & in cute; acta, verba, ingenium, produnt in cauſa religionis profanum: neq; hoc te poteſt fugere. O fuge tales, abhorre, odi ac deteſtare. Sæpe hoc te præſens monui, nunc abſens moneo, quia ea eſt data occaſio.* Eraſm. ad Glareanum lib. III. p. 133. *Unum illud admonebis hominem, abſtineat à talibus facetiis, alioqui ſentiet, me non eſſe edentulum, & fortaſſe ſerio pœnitebit.* Idem ad Fabr. p. 142. *Chriſtum mihi parùm propitium habeam, niſi non ſolùm hanc neceſſitatem, verùm etiã hanc victoriam, quam omnes uno ore mihi tribuunt, odi. Quam ob rem, mi Faber,*

per omnia, quæ tibi sacra sunt, rogo, sit, hic impii certaminis finis: παλινδρομεῖν ἄμεινον, ἢ κακῶς δραμεῖν, (retrò currisse præstat, quàm malè currisse.) *Quòd si omninò placet, cum Erasmo confligere, ab iis verbis temperato, quæ dissimulari non possunt.*

DEPLORANDI DEFUNCTUM FORMULÆ.

LIpſ. lib. I. E. Q. 17. *Quid ais? Joannes Goropius Becanus vixit? Dolui, me hercle, & literarum causâ & magis patriæ; quàm in hac præcipiti ruina rerum spoliari optimis quibusq; civibus, quid aliud quam Cœlestium iram arbitremur? nam ipsius vicem cur lugeamus? aut quid miserius illo, qui miserum eum dicet, tot miseriis ereptum?* Casaub. ep. 135. ad Thuanum de P. Pithæo: *Quòd si nulla mihi cum optimo illo virorum amicitiæ jura fuissent, si me insignis hac jactura, quam Respubl. literaria facit, nihil tangeret, si Scytha denique*

niq; aliquis essem aut Barbarus; tamen illa tuæ literæ in lachrymas me adducerent. Ea erant impressa ubique doloris tui ἐνδιαθέτου (profundi) & pane (sic enim ais) ἀφέρτου καὶ ἀτλήτου (intolerandi) vestigia. Cùm tu igitur hac gravitate Vir, hoc rerum usu, tu, inquam, ille veræ & sanctæ constantiæ doctor tantus, ita animum dejicias, & ferendæ huic ægritudini imparem te fatearis; quid nos censes fecisse, quibus nec cornea fibra est, nec ad manum ea præsidia luctui imminuendo, quæ pridem tibi sunt parata? Adde, quòd major nobis & justior causa dolendi, quàm tibi. Scribis tu quidem, Vir Clarissime, quò familiariùs tantum virum nosses, eò nunc ereptum impatientiùs gemere. Sed mihi longè aliter usu venit. Nam quia videre illum, sic præsertim mei amantem non contigit; accendit ea cogitatio mœrorem meum mirum quantum. Eò quidem magis, quò propiùs, scis ipse, à spe fruendi tam optato voto abesse me rebar. Atq; utinam, O utinam, res aliter cecidisset, neque ab instituto ad vos ni-

itinere desistere superiore anno essem coactus. Dolerem nunc levius, & imagine Semonis illius luctum meum solarer; quæ tamen nihilominus oculis meis dies noctesq; obversatur, non ex oculorum quidem intuitu suscepta, sed lectione scriptorum ejus concepta pridem in animo meo, & altè adeò impressa, ut ἐξίτηλον (exolescentem) *ipsam nulla unquam dies sit redditura, ne dum deletura.* Id. ep. 115. ad Bongarsium: *Mors sæva, crudelis, & (absit verbo impietas) ἄκαιρος* (intempestiva) *nuper maximum virum P. Pithœum, nimis, ah nimis citò, nobis eripuit. O tristem & lugubrem casum! qui solus propemodum literarum dignitatem hodiè sustinebat in Galliis, eripitur is nobis!* Et ep. 126. ad Gillotum de eodem: *Abiit igitur, abiit in communem locum tantus vir, σεμνὸν illud ἔρεισμα* (sanctum fulcrum) *non Ἀθηνῶν, sed totius Reipubl. literariæ? extincta est illa seculi nostri lux? periit illud Galliæ nostræ decus prope unicum? O tristem, & fortean fatalem Musis nostris casum! non ubi hodiè P. Pithœi*

sunt?

sunt? Post amissum magnum Cujacium ille fuit, cùm aliis oppidò paucis, qui dignitatem literarum in hoc regno tueretur. Eo extincto, ne brevi concidat Respublica literaria, metus est. Nam cæteri viri magni, si qui sunt adhuc superstites, (sunt autem nonnulli, atq; eorum unus tu, doctissime Gillote, *es & haberis) sibi docti, communem literarum utilitatem, quod ὁ μακαρίτης semper fecit assiduè, procurare, aliis curis occupati, non possunt. Agnoscamus igitur omnium aliarum rerum, ita literarum quoque, fatalem esse circulum, qui florere diutiùs ipsas loco in uno haud sinat.* Et epist. 607. ad Wittenium: *Felicitate excidimus, amisso Mœcenate nostro Henrico IV. Magno, DEUS bone! Principe, & incomparabili; de cujus admirabili præstantia quicquid dixero, minus erit. Itaque meminisse jam illius, immani nuper parricidio interempti, neque debeo neque possum, sine lachrymis. Illa verè atra dies res meas ita afflixit & per-*

perculit, ut jam omnia consilia mihi sint incerta, ipsa quin etiam vita exosa. Nam quid boni in eo regno sperare jam licet, ubi optimi duo Reges religionis obtentu parricidarum sicis sunt confossi? Utinam mali malè pereant, & qui fuerunt parricidii illius conscii, & quicunque illi sint, quorum doctrina instar equi Trojani est, unde tot jam Tartarei parricidæ manârunt. Deniq; ep. 146. ad Scaligerum: *Janum Dousam juniorem abiisse, ex tuis literis primùm didici; atq; utinam quidvis aliud nunciâsses mihi potiùs, quàm istud. O casum gravem! O funus verè acerbum! nempe ita est, quod tu olim μαντευόμενος* (divinans seu vaticinatus) *scripsisti, vergunt doctæ artes ad interitum, estq; omnis jam in Europa eruditio vera & recta conclamata. Parùm erat, quòd Mars ubiq; pridem furens Musarum cultum & amorem ex animis ferè omnium sustulit; parùm erat, quòd veræ doctrinæ loco ἡ ἐριστικὴ καὶ σοφιστικὴ σὺν τῇ χρηματιστικῇ* (rixandi & sophisticandi do-

doctrina cum pecuniæ acquirendæ modis) *regnum hodiè obtinet. Hoc supererat, ut si qui restarent γνήσιοι Μουσῶν θεράποντες καὶ ὑποφῆται,* (genuini Musarum cultores & interpretes) *ii maturè raperentur, & stationem desererent. Flevi ergò, & fleo adhuc tantæ spei Juvenem, cui equidem ex universa juventute literis operata parem novi neminem.* Adde ep. 586. quæ etiam præfixa est opusculis quibusdam Jos. Scalig. posthumis, & epist. 344. 473. 520. 523. 545. 594. 698. 716. In MSS. meis reperiuntur istæ: *Quantopere nuncio de morte Amplissimi Viri fuerim consternatus, ipse de te conjecturam facere poteris. Neque te latet, quid morte Illustrium Virorum, & bene de Republ. meritorum (inter quos semper mihi ὁ μακαρείτης) portendi Rebuspubl. credam. Unde factum est, ut insanabile planè vulnus inflictum Reipubl. existimem. Nunc verò, cùm repugnare voluntati divinæ nefas sit, quæ talis fuit, ut rerum humanarum omnium prudentissimus Vir in aliud πολίτευμα se dignius transferretur;*

retur; nullæ aliæ partes nostræ esse videntur, quàm consolandi eos, qui morte quidem defuncto felici, sed sibi immaturâ & præproperâ, in luctum maximum conjecti sint. Item: *Cùm hesterno die domum reversus essem, nuncium doloris plenissimum accepi, de obitu fratris tui, præstantissimi Viri, amici mei incomparabilis, fraternoq; affectu meritissimo suo semper à me dilecti. Quo quidem nuncio ita fui consternatus, ut alterius parentis mortem iterum nunciari; luctumq; ex ea renovari mihi crederem, nullo tamen modo sustinerem ad te accedere, cui præ lachrymis testari dolorem meum non poteram. Qui enim per annos tam multos, tamq; sincerè, non (ut nunc fit) verbis, sed reipsa & facto amicitiam mecum coluisset, ut nullus alius (verissima & tibi comperta loquor;) mirum videri nemini debet, si alienissimo tempore eodem spoliatus, animæ meæ dimidio me privatum, non verbis magis querar, quàm intimis animi penetralibus sentiam & excrucier. Quod autem officium tibi præsens præstare nequivi,*

vi, id nunc per literas hasce luctus mei indices visum est præstare, ut intelligas, non qualem amicum amiserim (id enim ante tibi notum) sed habere te socios luctus & doloris, cujus dolor in funere isto precipuus est. Lugebitur & ille quidem ab omnibus, quibus viri pietas, probitas, fides, integritas & judicium de rebus egregium nota erant. Lugebitur à me & tota cognatione mea, quæ secuta nostrum de viro isto præstantissimo judicium, vel solâ admiratione virtutis & doctrinæ, vel etiam officiis ipsius provocata vivum amavit, nunc amissum suspicit, mortemq́ deplorat. Ego verò, quod unicum mihi tot tantorumq́ officiorum auctoramentum defuncti relictum video, & his literis, & apud omnes profiteor, & deinceps profitebor, me inter omnes eos, quos à puero fidos mihi rebar & amicos, post parentes meos, magis amicum, magisq; promptum ad amicos expertum esse neminem; pro quo si & sanguinem profudissem & vitam, nihil præter meritum ipsius præstitisse æstimatores amicitiæ nostræ judicent. Plinius

epist.

epist. 22. *Nihil erat illo gravius, sanctius, doctius; ut mihi non unus homo, sed literæ ipsæ omnesque bonæ artes in uno homine summum periculum adire videantur.*

FORMULÆ DEPLORANDI TEMPORIS STATUM.

CAsaub. ep. 71. ad Drusium: *Tempora ipsa vides, in quæ incidimus; quàm parùm Musis nostris amica; in nostra utiq; Gallia, quæ bonis pacis* τῆς κουροτρόφου καὶ Μούσαις προσφιλεστάτης, (juvenum nutricis & Musis amicissimæ) *frui nescit, sævire in sese ab misera, & viscera sua lacerare more ferarum ab eo ipso anno, quo nasci mihi contigit, non cessat. Beatos illos viros doctos, qui patrum ætate vixêre. Illis in patria, in pace, in otio,* ἐν πάσῃ ῥᾳστώνῃ (in omni quiete) *philosophari licuit, & literis* ἐγγηράσκειν (insenescere.) *Nobis hactenus omnia* ἐκ τοῦ ἐναντίου συμβέβηκε, (contraria evenerunt.)

MSS.

MSS. meæ ſudant has lachrymas: *De publicis apud nos quid ſcribam*; ἔῤῥει τὰ καλὰ: γυμνὰ τὰ κακὰ: ὁ πλοῦς ἐν τῇ νυκτὶ: Χριστὸς καθεύδει, τι χρὴ παθεῖν, (peſſum eunt bona in conſpectu ſunt mala: navigatio nocturna eſt: Chriſtus dormit, quid oportet pati?) *De privatis*: Τὰ τοῦ σώματος πονηρῶς ἔχει: γῆρας ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς: φροντίδων ἐπιπλοκαὶ: τὰ τῶν φίλων ἄπιστα, τί χρὴ παθεῖν; μία μοι τῶν κακῶν ἡ λύσις θάνατος. (Corpus malè habet: ſenectus ſuper caput: curæ implexæ: infidi amici, quid oportet pati? Unus mihi malorum finis mors.) *Achilles Tatius* hæc poſtrema lib. VII. p. 131. ſic effert: ὁ θάνατος τῶν ἀτυχούντων ἐστὶ φάρμακον, (mors infelicium medicina eſt.) Item alibi: *Votum, quod annis ſuperioribus conſuetudinis fuit, nunc neceſſitatis eſſe incipit: ſicut omnes rerum, quæ geruntur, non nimiùm ignaros atq; imperitos, vel à Republ. remotos, ſine ulla difficultate intelligere puto. Quod enim adverſæ Religionis homines per tot annos fruſtrà optârunt, ac ne vix ſperare* quidem

quidem ausi sunt, discordiam quidem & dissidium apertum inter Evangelicos, hoc jam manibus eos tenere quis non videt? Proverbium Hispanicum vulgò jactatur: Divide & impera. *Quo nullum, quoad verba brevius, quoad rem verius, Imperiisq; ac regnis omnibus exitiosius excogitatum credo. Tuta enim & secura semper vincendi ratio per discordiam hostium fuit. Nec desunt flabra & classica ab iis, qui turbida in aqua piscationem ajunt copiosiorem esse; qui, cùm vel quod amittant in Germania non habeant; ad spem rerum novarum & prædæ insuetæ erecti sunt; vel odio aliorum, etiam propriorum bonorum jactum, quasi in communi naufragio facere non dubitant. Pereant, ajunt, amici, dum unà inimici intercidant. Breviter, in hac Tragœdia ita omnia turbata sunt (quam partem Græci* δέσιν τῦ δράματ☉ (connexionem fabulæ) *vocant) ut sine DEO, nec mundus hic, nec ipsa, quod ajunt, Salus exitum tantarum turbarum invenire queat.*

FOR-

FORMULÆ DEPLORANDI
Statum Religionis.

CAsaubonus epist. 434. ad Scalig. *Ruimus, ruimus in servitium infame infamis illius scorti, quod τὴν ἑπτάλοφον* (septimontium) *insidet.* Et epist. 478. ad eundem: *O beatum te, qui illa non vides, quæ ego video; quos enim quotidiè faciunt progressus οἱ μιαροὶ, οἱ Θεοστυγεῖς, οἱ τοῦ ψεύδους πρόμαχοι γενναιότατοι* (polluti, Deo exosi, mendacii propugnatores strenui) *dictu mirabile est atque miserabile; qui si quæ moliuntur, facere permittantur, ilicet ἔῤῥει τὰ καλὰ* (pessum eunt bona.) Et ep. 588. ad eund. *Hoc nempe supererat, ut hac novâ σχίσει Ecclesia DEI scinderetur. Quis piorum ἀδακρυτὶ* (sine lachrymis) *hæc audiet?*

EX-

EXCUSANDI VIDE IN FORMULIS REPREHENDENDI, ET SILENTIUM EXCUSANDI.

EXTENUANDI FORMULÆ

ALexander Severus apud Lampridium: *Displicet primùm aliena assumere; deinde gravari me benevolentiâ vestra sentio. Hæc enim insignia nomina onerosa sunt.* Bernegg. ad Schikard. *Vocibus tuis τὸ præfiscini! fuerat apponendum. Sunt enim ad invidiam usq; honorificæ, quas nec meipsum nôssem, si agnoscerem. Et eæ tamen abundè fidem faciunt abundantis effusissimiq; in me, nihil tale meritum (nisi fortè tui cultum & observantiam in meritis numeres) amoris tui; cujus adfectus impotentia nimirum alioquin acerrimi judicii lynceis illis ac nil non penetrantibus oculis hoc objicere glaucoma potuit, ut quod non vides, videris prædicaverisq;.* Et ad Clar. Virdungum: *Facilè perspicio,*

cio, quàm mihi sit invidiâ comparationis erubescendũ. In tuis nusquam non signa comparent eruditæ variæq; lectionis, quæ in meis esse nulla fateor. Tibi veterano fontes Musarum patent; mihi, homini novo, penè etiam rivuli sunt occlusi. Debuissem enim meos artus artesq; librare, nec in hanc literariam eruditissimi seculi me dare palæstram. Casaub. ep. 65. ad Monavium: *Quòd scripta nostra dilaudes, Vir doctissime, agnosco benevolentiam tuam, & gratias ago: judicium non agnosco, & id potiùs desidero. Doceri enim, quàm laudari, à te præsertim, hac eruditione Viro, longè malim.* Et epist. 256. ad Caselium: *In nobis quid est tanto hoc tuo dignum studio? Literæ?* καίκε τὸ βυλοίμην, καίκεν πολὺ κέρδιον εἴη (Volebam hoc quidem; & erat multò utilius.) *Vtinam ii essemus, quos tuus amor nos finxit! Sed me judicio huic tuo de nobis & lucubratiunculis nostris v[...]tat assentiri virium ingenii tenuiss[...]arum conscientia.* Et ep. 11. ad Scaligerum: *Vbi ad illam partem veni, quæ erat de tuo judicio nostrarum scri-*

ptiuncularum, tum stupere ego, mirari, & in εὐγνωμοσύνης τυα καὶ χρηστότητος (æquanimitatis & bonitatis) contemplatione totus defigi. Nam quid aliud esse dicam, cur tu me iis oneres laudibus, quarum partem vel minimam sim impudens si agnoscam? O pectus verè aureum! O animum verè magnum, verè divinum! Voluisti nimirum, Vir Illustris, animos facere dubitanti; & specie laudationis hortari ad majora. Te sequar, maxime Virorum; tibi parebo; Ac licèt ut credam quidem tibi de me plus quàm mihi, nunquam adducar; tuâ tamen auctoritate fultus, audebo deinceps ea, quæ, absq; te fuisset, nunquam eram ausurus. Et epist. 199. ad eund. Nisi mihi simplicitas animi tui perspecta probèq; dudum cognita esset, adducerer nunquã, ut quæ in tuis non sine rubore legi, ea serio à te scripta existima[...]m. Tune enim ut meorum quicquam [...]mireris? &c. Quod igitur largâ adeo manu rudes conatus nostros laudibus cumulas, sanus cerebri non sim, nisi indulgentia & tui in me amoris istud esse agnoscam

scam, non judicii. Item epist. 209. ad eund. *Sed nos tironibus ac similibus nostri eo scripto voluimus consultum; eruditi homines neque nobis habebit opus Doctoribus, neque nos ipsis lectoribus.* Item epist. 255. ad eund. *En pro aureis tuis plumbeas & scoriâ plenas literas. Sed aliter mecum non potes.* Item epist. 309. ad eund. *Cùm multos annos ei curæ impendero, vix tandem sim dignus futurus te Magistro* Et epist. 385. ad eund. *Persium auditoribus meis exposui; inde illa tanta libri moles: quàm nolim te offendere; non enim profectò tibi, quid dico tibi? non mediocriter doctis, eam operam navavimus. Quare bonum factum, ne illa tu attingas, quæ nihil ad te.* Et epist. 393. ad eund. *Quæ scribis de Persianis nostris nugis, moverent me, ut à te profecta, nisi ipse justum pretium ei scriptioni jam ante statuissem apud me: neq; unquam à sententia mea dimoveri me patiar.* Erasm. lib. I. p. 25. *De Budæo jam dudum eruditissimorum hominum senatus magno consensu pronunciavit, quorum sententiæ si subscri-*

pſero, quantulum fuerit hoc momenti, quod unius homunculi plebeji poſſit afferre calculus? Et pag. 30. *Hic verò, cùm me tecum componis committisque, confeſtim mihi ſuccurrit, mi Budæe Græcorum illud adagium; μύρμηξ ἢ κάμηλος* (formica camelus.) *aut ſi quid iis quoque diſſimilius. Quæſo, quid inter nos ſimile, aut ullo pacto affine, præter hunc fortaſſis animum, non abhorrentem ab honeſtis ſtudiis.* Et pag. 37. *Ad egregias iſtas laudes, quas mihi tua tribuit epiſtola, nihil habeo quod reſpondeam, niſi vos de me ſanè amantiſſimè errare. Iam quòd lucubrationes meas omnes abs te non legi modò intelligo, ſed excuti quoque, ſed penitus introſpici; utrumne felicem me dicam, cui à ſummis eruditione pariter atque autoritate viris hoc dignationis & honoris habeatur: an infelicem potiùs, qui talis cùm ſim, (neque enim meipſum neſcio) in judices tam oculatos inciderim? Id quoties mecum reputo, quo rubore ſuffundi me putas? Libet vociferari: Non ſcripſi iſta Læliis aut Perſiis: iſta literariæ militiæ tironi-*

ronibus parata sunt. Cur vos summates viri, patriciique ordinis proceres, ad hoc plebejum convivium vosmetipsos ingeritis? Et lib. II. pag. 91. *Nimis impudens videtur, laudes tam amplas agnoscere; nec libet tamen rescribere, & juxta vetus adagium, auribus lupum teneo, quem neque uti amittam, neque uti retineam, scio: si recipio, nimium mihi; sin refello, parùm tibi tribuerim: si recuso, tuæ vel fidei vel prudentiæ derogo; sin admitto, mihimet plùs satis arrogo: si quod datur, accipio, non aliorum modò, verùm etiam meo ipsius judicio insolentissimus fuero; sin renuo, aut tuam sapientiam aut integritatem in manifestum crimen vocem, ut aut parùm perspexisse, aut parùm sinceriter, quod senseris, pronunciasse videaris. In has angustias protrusus sum, ut mihi, si Scyllam fugero, in Charybdim sit incidendum; videlicet, ut aut ridiculus sim ipse, si tuas laudes agnovero; aut contumeliosus, si rejicero.* Et l. III. pag. 144. *Non possum obtinere, quin in tuis ad me literis tui similis sis, semper mei*

me dissimilem faciens, ex minimo magnum, ex infortunatissimo felicem, è vix trivialiter literato veriùs, quàm erudito, omnis doctrinæ Principem: atque ut semel finiam, ex musca elephantum, quod Græcis est in proverbio. Et tamen faveo simulacro, quo me depingis, præclarè magis quàm aptè; veluti si Apelles quispiam egregiam picturam omni artificio elaboratam proponat, sed quæ ad exemplar non respondeat. Neque enim quicquam est, quod ex meo mihi possim agnoscere. Et pag. 146. *Ut hæc mihi voluptati sunt, ita rursus mihi displiceo, pennasq; demitto quoties succurrit, nihil esse in me, quod tantorum heroum expectationi respondeat.* Et pag. 148. *Dum ipse domi me meo metior pede, quàm gratum est animo, eos viros de me benè sentire, quibus ut probari pulcherrimum est, ita displicere turpissimum; tam molestum est, nihil esse, quod illorum vel amicæ de nobis opinioni, vel magnificæ expectationi, respondeat. Ut jam non aliam gratiam famæ buccinatrici debeam, quàm indoctus citharœdus ei, à quo in thea-*

theatrum frequentissimum producatur aureâ pallâ, aureâ insignis citharâ; mox ut canere cœperit, exsibilandus. Vide plura in formulis ad laudes ¶ RESPONDENDI.

Refero inter hæc modestissimam illam Cas. ep. 59. ad *Canajum*, qui ad Casaubonum sese diversurum promiserat: *Quòd Montem Pessulum te meâ gratià venturum affirmas, tribui mihi à te amplius sentio, quàm vel pudor meus ferre, vel lingua possit eloqui. Tu ut ad me venias? Ignosce mihi; ipsam rerum naturam commutas. Quis enim ego sum? Unus nempe illorum hominum, quos sapientissimus Imperator vulgò haberi ait* ζῶα, ὧν πάντες καταγελῶσι, (animalia quæ omnes rident.) *Tu autem quis? sed nolo tibi esse molestus. Veniam igitur ipse potiùs ad te, Vir maxime, neq; mihi unquam via longa erit, quæ ducet me* πρὸς τὸ ἕτερον τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἥμισυ (ad alterum animæ meæ dimidium.)

GRATIAS AGENDI FORMULÆ.

INtegram *gratiarum actionem pro Consulatu* scripsit Ausonius. Cic. lib. I. epist. 4. *Si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videor meritorum tuorum assecutus.* Adde eund. *lib. III. epist. ult.* quâ gratias agit *Appio Pulchro* ob supplicationem sibi ejus operâ decretam. *lib. XV. epist. 11.* quâ ob eandem *C. Marcello. Plin. lib. V. epist. 2.* ubi *Flacco* pro turdis missis, & *lib. IX. epist. 24. Angel. Polit. lib. I. epist. 10.* ad *Hermolaum*, & *lib. VIII. epist. 9.* ad *Franciscum Piccolominium.* Nec pigebit huc conferre gratiarum actiones scriptas à Clar. *hujus Universitatis* Viris; cum *privilegia Doctoralia* anno ab hinc vicesimo promulgarentur. *Casaub.* epist. 162. ad Thuanum: *Ea extiterunt erga nos officia tua, nobilissimæq; tuæ conjugis, ut cùm eorum prædicandi, pro eo ac debeo, nul-*

nullum finem faciam, mihi tamen satisfacere ipse non queam. Sed enim, si paria tecum me facere sperem ullâ ratione, frustrà omnino sim. Ego verò non spero; neq; recuso, qui tot tantisque beneficiis sum tibi devinctus, tuus esse & usu & mancipio. Et ad eundem ep. 304. *Ego, quod possum, animo gratus,* τῦ λοιπῦ (residui) *debitorem tibi delegabo, qui non metus est ne decoquat, aut rationes conturbet. Deum dico O. M. cujus naturã nullâ peræquè re ac τῷ ἐῦ ποιεῖν* (benefaciendo) *posse mortales imitari, constat inter sapientes.* Et epist 604. *Ego cùm apud me reputo, quod sæpe facio, quantum tibi propter vetera officia debeam, quantum propter recentia, & ea quæ mihi cottidie præstas, infantiam meam statim sentio, qui nullam inire possum rationem declarandi tibi, sicuti optarem, quantis me tibi agnoscam esse devinctum beneficiis. Nam à quo primùm tibi nomen meum innotuit, nullus credo, dies abiit, qui me aliquo tibi pacto non devinciret.* Et epist. 778. ad eundem: *Video nondum excidisse ex animo*

 mo

mo Illustrissimi Domini Cancellarii, nominis mei memoriam. Quod si tibi uni secundum τὸν μέγαν Θεὸν acceptum non referrem, ingratissimus essem bipedum. At non adeò malè agitur nobiscum, ut si facultate destituimur, (& planè destituimur) tot ingentia beneficia referendi, quibus me æternùm tibi tenes obstrictum, voluntate saltem, atq; adeò cupiditate deficiamur ingenuè apud omnes profitendi, tua in me esse merita majora, quàm ut sperare debeam, alieno hoc ære fore me unquam liberandum. Hoc ego ut agnosco sincerè ἐξ ἄκρου μυελοῦ ψυχῆς (ex intima pectoris medulla) *ita libenter, pro eo ac debeo, & ingenuè apud omnes profiteor. Etsi autem major tibi suppetit facultas præclarè merendi de me ac meis, quàm sit mihi verborum copia ad gratias tibi agendum; spero tamen Amplissimam Dignitatem tuam mihi condonaturam, quòd rudi scriptione hac necessario officio apud te defungar. Deus immortalis, qui charitatem veram à verè suis ἐν τοῖς αὐτοῦ λογίοις* (in oraculis suis) *exigit, rependat tibi, ô & præsidium*

dium

dium & dulce decus meum, καὶ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι) & in hac & in altera vita) *pro tot ac tantis, quæ in me ac meos contulisti beneficiis, bonorum suorum ac benedictionũ omne genus.* Idem ad Bongarsium epi[illegible]5. *Pro libris quid possum aliud, nisi gratias tibi agere, & habere multò maximas? Ego verò id facio; & ex animo quidem, prorsusq; medullitus En erit unquam illa dies, cùm ego luculento aliquo testimonio meum in te amorem summum testatum tibi facere, atque adeò omnibus potero. Tuus certè sum, ære tuo tibi quæsitus, partus, mancipatus. Sed quid ad te redibit inde boni aut commodi? nempe ut quæ in me singulis prope diebus confers beneficia, malè ea collocata ne putes, quippe in rem tuam; quæ ut indies augescat, crescat, melior fiat, tua interest non parùm.* Et ad Lectium epist 187. *Ex literis uxoris intellexi, magnum prioribus tuis in nos meritis cumulum superioribus diebus esse additum à te, cùm nupera illius negotia confecisti. Quantum video, plus*

illa tibi debet, quàm mihi, qui dudum renunciavi omnibus id genus curis. At tu, qui illas tuâ curâ es dignatus, quantum me tibi devinxisti? Parùm fuit tibi, quòd me ac meos veteribus beneficiis plurimis tibi obstrictos pridem teneres, nisi hunc illis colophonem imponeres. Ago tibi, Vir amicissime, *quantas possum gratias maximas.* Et ad Meursium epist. 579. *Pro munere tuo luculentissimo gratias & habeo & ago tibi immortales. Satis erat, quod me, ut τῶν πολλῶν ἕνα* (unum è multis) *cum cæteris omnibus literarum studiosis æterno devinxeras beneficio, editione tam præclari operis. Sed hoc parùm tibi visum, nisi publicæ obligationi adjiceres & privatam. Dabo operam σὺν Θεῷ, ne ingratus moriar.* Idem epist. 78. ad Wowerium: *Petronium accepi, & gratias ago. Extabit hoc inter κειμήλια* (pretiosa) *nostra, eruditionis tuæ simul & amoris erga me luculentum testimonium.* Epist. 72. ad Iohan. Saeckmam: *Ingratus sim, si propensum hunc in me animum vel non agnoscam, vel agno-*
scem

scens non prædicem. *Ego verò agnosco, & eò me tibi amplius tanto esse hoc nomine obstrictum fateor, quò minus tale quid à te promeritum me esse scio. Quanquam illud equidem nullus negavero, si voluntatis etiam, ubi facultas deest, habenda sit ratio, posse me vel principem in amicis tuis jure locum postulare, & cum necessariorum tuorum quolibet* περὶ τῶν πρωτείων ἀμφισβητεῖν (de principatu certare.) *Nemini enim concedo eorum, qui te amant, aut benè tibi cupiunt: nemo, inquam, illorum est, quo sim hac parte inferior.* *Sed cùm aliud nunc possim nihil, quod superest, assiduè præstabo, & DEO Opt. Max. preces votaq; pro salute & felicitate tua fundam.* Epist. 17. ad Scaligerum: *Magnas tibi, imò maximas, grates ago pro isto tuo in me adfectu, proque eo, quod me tuorum subtilissimorum & gravissimorum scriptorum lectione dignum judicâris.* Epist. 29. ad eundem: *Immortales tibi ago, agamque, dum spiritus hos reget artus, gratias; dicerem relaturum me, si vel mea fortu-*

na tenuitas, vel tua splendor, pateretur. Quod Æschines *olim* Socrati, *id ego bona fide nunc tibi: Quid aliud tibi offeram, non est ad manum: En me totum tibi totum tuum; utere me, abutere, res tua sum.* Et epist. 146. *Beasti me isto munere, tibiq; sic obstrinxisti, vix ut queas magis.* Epist. 231. *Agerem hoc nomine tibi gratias, nisi ea esset dudum tuorum in nos meritorum magnitudo, ut, quoties de iis cogitare incipiam (quod facio & lubentissimè & sæpissime) toties ὑπὸ ἀφασίας cogar obmutescere. Qui igitur ἀξίως τῶν σῶν εἰς ἡμᾶς εὐεργετημάτων, εὐχαριστεῖν σοί οὐχ οἷός τέ εἰμι* (divinam tuis in me beneficiis gratiam afferrere non possum.) *in testimonium grati animi hoc unum afferre possum, quòd gratiis tibi agendis verba me deficiant tuis paria meritis.* Ep 239. *Accepi epistolam illam tuam*, magne Scaliger, *quâ ad ζητησείδεια mea omnia luculenter adeò respondisti. Quid prius in te admirer nescio; benignitatisne magnitudinē, an σοφίας βάθος* (profun-

fundam sapientiam?) *Fecit illa, ut etiam inter gravissimas occupationes tuas, ne mihi quidem incognitas, otium tamen iis literis τὸ μῆκ@ τηλικάυταις, aut invenires, aut sumeres. Per hanc, qui non me, qui tenuis & tenebricosi ingenii mei sum mihi conscius, sed vere omnes, qui ἀπ' αἰῶν@ genus hoc literarum tractarunt, aut nunc etiam in eo studio versantur. longè superasti: plurima docuisti me unis illis literis, quæ neq; ipse scivi, neq; ab alio potui discere. Ago igitur tibi,* divine Vir, *pro hac tanta comitate tua, non quas debeo (neq; enim possum) sed certè quantas possum, maximas gratias.* Item: *Ergo & hoc nomine* πολλάς σοι καὶ οἶδα καὶ ὁμολογῶ χάριτας (multas debere me tibi intelligo & profiteor gratias.) Epist. 283. *Onerasti magno onere pudorē meum,* divine Vir, *literis iis, quas à te paucis diebus Amplissimus Thuanus binas mihi reddidit. Equidem in animū pridem induxeram, beneficiis illis immortalibus, quæ me tibi devinctum tenent, cumulum nullum posse tantum accedere, cur ego propterea*

pterea fierem tibi obligatior: tantum enim debere tibi me intelligebam, quantum plurimum cuiquam debere ab aliquo mortalium potest. Sed me ratio longè fugit, ut tum primùm intellexi, cùm novissimas tuas accepi. Nam etsi & plurima & maxima sunt priora tua in nos merita; unius tamen hujus accessione, ceu vagrandi quodam cumulo, præterita omnia videris obruisse. Quare noli expectare, ut munere tuo dignas tibi gratias agam. Superâsti hac benignitate & insigni comitate non expectationem solùm meam, sed & verba etiam. Nunquam enim venerat mihi in mentem, ut vel optarem beneficium à te tantum. Epist. 295. *Fateor indicinam & μήνυτρον* (indicinæ præmium) *me tibi debere. Enim vero, quicquid est in nobis melioris literaturæ, quod scio quàm sit exiguum, sed tamen quicquid id est, tibi,* magne Vir, *tibi uni à nobis debetur.* Epist. 342. pro dedicatione: *Fœcundissimi ingenii tui fœtum, divinum, quod προσφωνεῖν* (dedicare) *nobis volueris, tanti æstimo, pro eo ac debeo, quanti à cor-*

cordatis viris ὑστεροφημία (posthuma fama) *& nominis immortalitas æstimari solet. Ago igitur tibi,* Virorum maxime, *pro inæstimabili hoc beneficio, non quas debeo,(unde enim?) sed certè quas possum, & quantas possum, maximas gratias,* ἐξ ἰάκρου ψυχῆς μυελοῦ (ex animo medullitus.) *Simul te illud oro atque obtestor, persuadeas tibi, nihil mihi in omni vita magis fore propositum, quàm ut quotidie vehementius te de me optimè meritum esse læteris.* Epist. 402. *Scio, quantum tibi omnes boni, quantum omnes literarum studiosi debeant: postremò quantum ipse, qui si ætatem tibi inserviam, omnia jussa tua exequens, nullam tamen partem tuorum in me meritorum fuero assecutus. Denique quod pater filio, hoc tu mihi es; quod devinctissimus cliens optimè merito patrono, hoc ego tibi sum. Potest fieri, ut quod fui hactenus, inutilis tibi sim & jam porrò: ingratus ut sim, & parum intelligens officii mei, hoc verò, dicam audacter, fieri non potest.*

Nam

Non óbtuſa adeò geſtamus pectora
Pœni!

Epiſt. 40. ad P. Pithœum: *Vellem ſic tuo beneficio eſſem uſus, ut id novum provocaret. Sed ſi aliud tibi probare nihil poſſum, candidum certè animum & gratum iri probatum tibi confido. Hoc unum in me eſt, quod præſtabo largiter, & in quo vinci me à quoquam non patiar. Nam ut præſtem aliquid in literis dignum, quod in arce ponatur, h. e. lectione tuâ, non opis id noſtræ.* Epiſt. 509. ad Scriverium: *Multum tibi debeo propter illud munus eximium, quo ſum nuper à te donatus. Parùm me tibi videlicet obſtrictum putâſti eâ obligatione, qua mihi cum omnibus bonarum literarum ſtudioſis eſt communis, niſi ad id vinculum aliud inſuper adjiceres, quo me tibi privatim redderes obnoxium. Benè de me, benè de publico meritus es.* Epiſt. 815. ad Hotſonem *Fruar tanti Herois liberalitate, profeſſus animum verè ipſi devotum, verè gratum. Tibi verò quas acturus ſim gratias, neſcio; qui quidem omnium ferè bo-*

norum extitisti conciliator. Non possum homo peregrinus tibi ullâ re esse utilis; dabo tamen operam, ut à suspicione animi ingrati me liberem Θεῦ γε διδόντΘ. Epist. 572. ad Erpenium: *Utinam possem verbis declarare tibi, quàm gratum mihi acciderit munus illud* χρυσοῦ χρυσότερον (auro præstantius,) *quo me donâsti. Sed quia desunt verba affectui meo paria, satiùs fuerit, ut tu ex animo meo (quem puto tibi non esse ignotum) facias conjecturam. &c. Essem profectò bipedum ingratissimus, nisi te meum* εὐεργέτην *omni laude prosequerer, & memoriâ tanti beneficii accensus, desiderio referendæ gratiæ flagrarem. Ego verò non priùs bene agi mecum putabo, quàm data mihi fuerit occasio significandæ erga te voluntatis meæ.* Epist. 26. ad Hoeschelium: *Sperabam sanè, quæ tua humanitas est, non denegaturum hoc te mihi, præsertim rogatum, & in communem utilitatem. At ecce opinione meâ falsus sum. Tu n. petitionem meam non expectâsti, sed u'trò librum, quem habebas, utendum misisti. O benignitatem*

ob-

obviam atque prolixam! ὢ τῆς σῆς χρηστότητος (ô bonitatem tuam!) *Persvasissimum tibi sit, patere mea omnia tibi.*

In MSS. reperio: *Cùm scribendi occasio oblata esset, minimè negligere eam sivit recens maximi beneficii memoria, quo causam affinis mei Celsissimo Principi tanto studio, tamque exprompta erga me benevolentia, commendasti, ut non alienum, sed proprium negotium agere videreris; eaq; ratione effecisti, ut cui gratitudinem meam magis obstrictam & vadatam agnoscam, neminem planè noverim. Quamvis enim gratissimum id officium DEO facilè omnes confiteantur, ingenuum parentibus orbum, à propinquis imparatum, majori pressum imperio, ex servitute tristissima liberali manu asserere: tamen qui ultrò tale aliquid audeant, & causæ æquitate magis quàm invidiâ & offensione contra nitentium moveantur, perpaucos reperiri, magno cum dolore meo didici, ab iis desertus, quorum auctoritate & splendore nihil non in tam justa causa impetrare me posse credebam. Quo ma-*

jori

*jori laude & gratiâ (à DEO tamen magis quam ab homine tibi persolvenda) dignus es, qui nec obtinendi difficultate, nec invidiâ deterritus, negotium istud suscepisti, susceptum fide summâ tractâsti, tandemq́; (DEO consiliis benedicente) pulcherrimè confecisti. Igitur ne non aliqua in parte, vel defuncti patris, vel ipsius orphani partes in gratiis agendis, ceu vicaria operâ, sustineam, tibi, quantas possum, gratias ago & habeo; Celsissimo etiam Principi, tanquam Vindici supremo, aliâ ratione (quâ quidem ex veteri formula sciam, poteroq́;) ad a*ram Clementiæ *ipsius litaturus.* In alia: *Redditum mihi est geminum munus literarum, alterum pulcerrimi operis ante hac in Academia ista non conspecti, alterum aureum: quorum utrumq́; beneficiis, nescio quibus, in filium collatis deberi, literæ amantissimæ adjunctæ loquebantur. Sed cùm neutrum promeritus essem, utrumq́; tam improvisum in manus meas accidit, ut quid respondere, aut unde gratiarum actionem ordiri debeam, etiamnum meritò du-*

debitem. Merebatur quidem virtus & humanitas, ut multa ac magna tibi præstarem; sed ea nunquam à tenuitate mea expectari possunt. Filio verò majora & gratiora fortè præstare potuissem, nisi temporum & hominum injuria voluntatem omnem sufflaminâsset. Sed verborum satis est, quibus nunquam consequor, ut relatam tibi gratiam pro tam insperato tamq; splendido munere putes. Hoc potiùs de me existimes velim, me animo ea omnia sedulò complexurum, quæ ad ornandum juvandumq; filium tuum, meamq; gratitudinem re ipsâ declarandam pertinere videbuntur. Item: *Redditæ mihi sunt ante paucos dies literæ tuæ cum munere, pro quo tibi ingentes ago gratias, operam daturus, nec te liberalitatis hujus unquam pœniteat, tantò quidem magis, quod minimè omnium promeritum me munificentiam istam sciam* Item: *Accepi opus pulcerrimum divini argumenti, dono mihi ante pluseulos dies missum, pro quo gratias ago, illudq; longè mihi gratissimum esse profiteor; non solùm, quia*

quia ab ejus lectione doctior & melior recedere quilibet potest, sed etiam, quia nomen ipsum & arma gentilitia, manusque donatoris in frontispicio addita, mirificè me delectant, & ad cognoscendum totum invitant. Item: *Gratias ago, tum pro voto mutuæ pietatis plenissimo, tum pro nummismate longè pulcerrimo, & propter novitatem gratissimo, quod quo titulo vel quâ fronte capiam, ingenuè dico, nescio; Equidem obligatissimum vel hoc nomine habebis, & ad referendam gratiam paratissimum.* Item: *Infinita extiterunt in universam patriam beneficia tua, jam inde ab eo tempore, quo ad culmen humanæ dignitatis, Divis hominibusq; congratulantibus, evectus es: Quæ qui non dicam illustrare verbis, sed enumerare se posse speret, idem sibi evenire sentiat, quod iis, qui nocte sublustri stellas in cœlo intuentur; quas, qui acutissimo sunt visu, plurimas quidem vident, nec tamen ita omnes acie oculorum conspectantur, ut non multò plures latere*

in vasto illo & oculato corpore fateantur. Idem namque cogitantibus de meritis tuis accidit; quæ cùm nec percensere omnia, nec æstimare ex dignitate mortales nôrint, admirari ea suspenso judicio, & gratâ mente recolere, satis habent. Ut enim unum ex innumerabilibus attingam, sed illud maximè insigne, & propè divinum; quantum hoc est, quòd miseris istis & afflictis temporibus, ubi in orbe Christiano, velut in scena, perturbata omnia, DEum aliquem ex machina expectant, tu admirabili vigilantiâ non tantùm pro salute universorum excubas, consiliis præstò es, opibus juvas, auxiliis firmas; sed & de singulis, inusitato clementiæ exemplo, & incredibili benefaciendi promptitudine, cottidie benè mereri non cessas; ita ut non tam doleant, in hæc se tempora luctuosissima incidisse, quàm gaudeant, se beneficentiâ tuâ, velut aqvula comiter adspersa, in deliquio isto suo recreari, & pietate plus quàm paternà sublevari. Sensit hunc ardorem benefaciendi studiorum & fortunæ meæ frigus, in qua non

non ita pridem radios clementiæ & beneficentiæ tuæ intendisti, eaq; inter grandines & tempestates, quà paupertatis, quâ bellorum, non mediocriter concalefecisti. Quæ profectò si loqui & expendere tantorum beneficiorum magnitudinem possent, non te tantùm Musagetem & sacrorum omnium præsidem agnoscerent, sed & tibi vitam ac spiritum suum debere palàm faterentur. Sed quia id rerum natura fieri non permittit, ut ipsa pro se loquantur, proximæ succedunt partes meæ in gratiis agendis, ab ipsa pietate mihi impositæ; quæ si infra meritum tuum parùm dignæ videbuntur, poterunt tamen sinceræ affectionis, & gratitudinis meæ testes non vanæ haberi. Gratias igitur tibi, quantas concipere possum, ago, quòd, consideratâ studiorum meorum fortunâ, desideria mea clementissimè implevisti; eoque multa mala, quibus sustinendis impar eram, à cervicibus meis removisti. Quam gratiam ipsa quoq; celeritas indulgentiæ tuæ gratiorem facit, quæ ipsam propè expectationem beneficii antevertit. Quæ

præterea de ulteriori benevolentia tua nobis relata sunt, ea talia sunt, ut nostram depradicationem omnem aspernentur, & solâ divinâ remuneratione digna habeantur. Quod jam post accepta tot beneficia mearum erit partium, nullâ interposita morâ exequar, & omnia, quæ ad cultam & observantiam nominis tui, literarumq; incrementum pertinebunt, ita animo meo complectar, ut quidvis me potiùs, quàm studium tibi humillimè inserviendi, cum devotione non ficta, & gratitudine debita conjunctum, defecisse videri possit. Item: *Valdè sim ingratus, nisi pro munere præstantissimo, quod te procurante ad me missum facilè divinare potui, gratias agam, illudq; longè mihi tum honorificentissimum, tum gratissimum fuisse profitear; non ideò solùm, quòd ejus lectio doctiores reddit, sed etiam, quia nomen ipsum tanti Autoris me delectat. Accessit liber Orationum tuarum, qui velut scapha navem illam magnam, peregrinis & pretiosis mercibus oneratam, sub te summo gubernatore sequebatur.*

Equi-

Equidem ſicut utrumq; munus valdè inſperatum mihi accidit, ita, ſi de antidoro forè deſperandum mihi ſit, veniam mihi dari poſtulo, ideò quòd neq; cum tanto Heroe, homo pauper de ſchola, paria facere poſſum, neq; quod cum nobilitate operum tuorum conferri poſſit, in arenis & ſabulo iſto reperio. Hoc amplius, ſi grave non eſt, liberalitati tuæ officium adjicies, & oblatâ occaſione, tanto Heroi pro inſignis benevolentiæ erga immerentem me ſignificatione, gratias devotionis & obſervantiæ pleniſſimas meo nomine ages. De me verò ſic exiſtimabis, non animum, ſed gratiæ referendæ facultatem, mihi hoc tempore deeſſe, quam tamen ipſam memoriâ pulcerrimi doni ſempiternâ erga te obſervantia penſaturus ſim. Item: *Delatus fuit ante paucas ſeptimanas liber in Muſæum meum per famulum ignotum, quaſi mihi donatus; de cujus donatore cùm diligenter inquirerem, diu nihil certi cognoſcere potui. Tandem intellexi, eum abs te miſſum eſſe; quod ut crederem, non me officiorum in te, quæ*

nulla unquam fuerunt, conscientia, sed recordatio tua, erga me nihil tale meritum, benevolentiæ induxit. Faciendum igitur paucissimis his lineis putavi, ut & eum redditum, munusq; gratissimum fuisse, è donatario ipso potius, quam ex aliis intelligeres. Neq; animum planè despondeo, fore, ut aliquando gratiam, si non re ipsâ, saltem verbis, præsens referam. Item: *Verum esse, quod in proverbio dicitur:*

Est quandoq; dies mater, quandoq; noverca

tum aliàs, tum his præcipuè diebus, docuit me experientia. Quam enim attulit mihi molestiam diuturnâ cunctatione (ne graviori verbo utar) Euclio quidam satis pecuniosus, sed ollam suam custodiens solicitus, quàm Plautinus unquam: eam omnem abstulit promptitudo tua in procuranda mihi re mea. Pro qua industria, ut sentio, me tibi obligatum, ita soleo dispicere, unde illa sit? Persuadeo autem mihi, parentem tuum τὸν μακαρύτην *posuisse in te semi-*

semina hujus tam humani affectus, & in ipso sepulchro tacitè gaudere, quòd videat te amare eum, quem ipse olim non vulgari amore prosequebatur. Quicquid hujus sit, gratias ago, quas possum maximas, & DOMINUM DEUM precor, ne opus habeas tali ministerio.

RESPONDENDI FORMULÆ.

CAsaubonus epist. 377. *Ex omnibus cognosco magnitudinem tuæ erga nos benevolentiæ. Nam quòd mihi aliquid te debere existimas, gratis profectò hoc facis. Nam quâ re ego unquam te juvi? quidunquam tibi amicitia mea profuit?* Ego, mi Toppi, *te amare cœpi, ubi primum te vidi, & de pietate ac literis loquentem audivi. Hoc si interpretaris beneficium, concedam, sed eâ lege, ut non minùs ipse tibi debeam, qui, non dicam, ἀντιφιλεῖς, sed verè λίαν ὑπερφιλεῖς, οὕτως ὥστε ἐπισκοτεῖν τὸ πάθος τῇ ὀρθῇ κρίσει* (redamas, sed & su-

ſupra modum amas, ſic ut affectus tenebras offundat recto judicio.) *Non enim aliter de literis tuis poſſum judicare.* Et ep. 282. ad Vaſſianum: *Gratiarum actionem, qua apud me uteris, eatenus admitto, ut animi mei te potius rationem habere cenſeam, quàm meritorum; qua agnoſco & ipſe tenuia, cùm eſſet ille magnus, & tuorum ſtudiorum adjuvandi cupiditas vehemens. Sed incidit tuus ad nos adventus in ipſam negotiorum noſtrorum ἀκμὴν, ut tute ſcis probè.* Et ep. 29. ad Scaligerum: *Quòd video, non ingratum tibi accidiſſe munuſculum meum, mihi crede, cœlum meruiſſe me puto.* Et ep. 301. ad Vulcanium: *Quòd hoc miſi, nolim in eam partem interpreteris, quaſi ego gratiarum actionem aliquam à te expectarim. Debui hoc officium tibi, viro de literis adeò inſigniter merito merentique: debui & literis ipſis, quas promovere inſtar triumphi mihi eſt, eritq; porrò ſemper ζῶν τί τε & ἐπὶ χθονὶ δερκομένῳ* (viventi & in terris veſcenti luminis aurâ) Et ep. 30. ad Rittershuſium: *Quòd gratum tibi adeò de Opiano*

piano, tantasq; agis gratias, agnosco humanitatem tuam. Ego non poteram officio meo deesse, quin magni criminis me obligarem; peccassem in te, peccassem in publica commoda, peccassem in gravissimi & dilectissimi mihi Poëtæ manes. Erasmus lib. I. pag. 14. *Quid ego audio? Budæus quicquam debet Erasmo,* ἐυτυχέστατος τῷ τῶν ἀπάντων δυστυχεστάτῳ, (felicissimus omnium infelicissimo?)

GRATULANDI FORMULÆ.

OBservatæ sunt huc facientes apud *Liv. lib. XLII.* in Orat. *Persei ad* milites post victos Romanos *Cic. lib. II. epist. 8.* quâ *Curioni* de Tribunatu & Sacerdotio gratulatur. *epist seq.* quâ *Cœlio Rufo* de ædilitate. *lib. XV. epist. 7. 8. 9. & 12.* quibus *Marcellis & L. Paulo* de consulatu. *lib. IX. epist. 14. lib. XIV.* ad Attic. *epist. 20. Plin. lib. V. epist. 15. ad Pontium,* qua lætatur curam viæ Æmiliæ demandatam *Cornuto Ter-*

tullo; *& lib. eod. epist. 17. ad Spurinnam*; ibi: *Gratulatus sum optimæ matri, &c. lib. VI. epist. 11. ad Maximum.* Gratulatio de valetudine recuperata occurrit apud Casaub. epist. 325. ad Puteanum: *Post intellectum morbum, quo isthic laborasti gravissimè, solicitus semper vixi, ut nihil fermè potuerit evenire mihi jucundius, nullum ἀκρόαμα suavius, quàm ut eâ curâ liberarer, factus de convalescentia tua certior. Ago ex animo, si quisquam tuorum, Magno DEO gratias, qui te servavit, & porrò etiam (sic spero & voveo) servabit.* Et epist. 374. *DEO Opt. Max. egi, & nunc quoque ago gratissimas gratias, quod te nuper è tanto periculo eripuerit. Multum tibi debeo, quòd casum tam insignem ex tuis literis voluisti me cognoscere potiùs, quàm ex aliorum sermonibus. Iterum iterumq;*

θεῷ δόξα καὶ χάρις: *qui te penè ex*
ᾅδου παλίνορσον (ex Orco reducem) *in integrum restituit.*

Ad

Ad GRATULATORIAS de recuperatâ valetudine RESPONDENDI FORMULAM

talem constituo ex ejusd. epist. 62. ad Canajum: *Gratularis, quòd ex violentissimo morbo tam facilè emersi; nisi dolendum potius, quòd exoptatissimum portum tam prope accessi, nec tenui tamen. Sed tu, qui meam & meos intueris, lætaris ita potiùs accidisse, & DEO Opt. Max. mecum, imò cum aliis quàm plurimis, gratias reddis & laudes. Valde me recreat affectus iste. Det verò ille mihi pro sua infinita clementia, ut quod super volet esse vitæ, totum ad nominis ipsius gloriam pro virili augendam, pio sanctoq; animo à me conferatur. Ut diu vivam, non est id votorum meorum summum: Ut benè vivam, id verò toto pectoris affectu opto, aveo, voveo.*

DE REDITU GRATULANDI FORMULÆ.

CAsaub. epist. 545. ad Dumajum: *Tibi pro eo ac debeo felicem reditum gratulor, DEO Opt. Max. qui te servavit,* ἐξ ὅλης τῆς καρδίας εὐχαριστῶν (ex toto corde gratias agens.) Et epist. 694. ad Erpenium: *Si vel decem mihi linguæ essent, non possem tibi exprimere, quantum sinceræ voluptatis nuncius ille mihi attulerit, quo te in patriam ad Parentes rediisse cognovi. Sustuli in cœlum manus, & DEO immortali gratias egi, quòd mihi tantum amicum, Reipublicæ literariæ tantum vindicem servasset. Oro illum toto pectore, ut pergat tibi & conatibus tuis benedicere; quod & facturum spero, imò ausim dicere, confido, teq; hortor, ut de tuis studiis omnia tibi læta promittas.*

De

DE MATRIMONIO GRATULANDI FORMULÆ.

CAsaubon. epist. 130. ad Lectium: *Quòd de uxore ducenda* κέκρικας (constituisti) *tandem, & lectissimam virginem, pietate, moribus & genere insignem, Baronatam, conjugem tibi adsciscere statuistr, & gaudeo ex animo,* Lecti amicissime, *&, ut ea res benè ac feliciter tibi ipsiq; vertat, Deum O. M.* τὸν ὄντως ζυγίων καὶ γαμηλίον Θεὸν (illum verè conjugii & nuptiarum Deum) *precor venerorq;. Faxit ille, ut annos Nestoreos unà exigatis,* μίαν ψυχὴν ἔχοντες, καὶ ἐν πᾶσιν ὁμοφρονοῦντες (unam animam habentes, & in omnibus consentientes,)

οὐ μὲν γὰρ τοῦγε ἄρειοτον καὶ ἄρειον,
ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
ἀνὴρ ἠδὲ γυνὴ πολλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι,
χάρματα δ' εὐμενέτῃσι: μάλιστα δὲ τ'
ἔκλυον αὐτοί.

 (Ni-

(Nihil hoc melius, nihil præstantius,
Quàm si concordes animis domum inhabitent
Vir & mulier: multi sunt dolores dissentientibus,
Multa gaudia consentientibus: maximè verò semet expediunt ipsi.

Jecisti, scio, firma huic rei fundamenta. Pietatem enim in hac deligenda te potissimùm esse secutum, novi ipse. Gratu- *lor igitur & tibi & illi toto pectore. Gratulatur vobis & uxor mea, quæ tuorum in nos officiorum juxta mecum meminit, juxta mecum te amat, te colit, tibiq; & Cajæ tuæ factum cupit.* Lips. lib. II. Epist. Q. 25. *Favebo linguâ, & O rem pulchram! O nuncium lætum!*

ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι!
(Quàm lætor, quàm delector, quàm gaudeo!)

Speratamne habet, imò dictam, pactam, sponsam, Giselinus meus? Jam tandem vir es. Bona Juno faveat, bona Venus faveat!

Nocturnus etiam & Lunus (a) (*nam Lunam mihi in hac re dicere sanè religio sit*) *primâ nocte volentes sient propitii. Adsit & ille hortorum Deus, ne sis Petronii lorum in aquâ.*

(a) hoc enim voto, ut puto, præcipitaret puerperium. Nam Luna prægnantium Dea. Porrò hanc formulam tantùm usurpare licet ad familiariter notum, cum quo liberè jocari licet: ut & sequentem ex Ep. Q. 3.

Nuptias parare te audio in uxore, cui Juno & Venus faverunt, id est, dotatâ & formosâ. Expectas bona verba? non possum meliora illis Plautinis:

-- -- -- sospes
Iter incipe hoc, & uxori tuæ semper sis superstes,
Ut potior pollentia sis, vincasq; uxorem.

Mihi crede: rem magnam optavi, & quam Hercules non est consecutus. Parabam epithalamios versus mittere: sæpius vocanti non adfuerunt Musæ. Brugas ad nuptias tuas demigrasse dicebantur.

renti tuo V. Cl. de vitæ statione, in qua te Sereniss. Princeps, perspectâ virtute ac fide tuâ, collocavit, gratulatus essem; nunc tibi de vitæ socia, quæ ex voto contigit, ex animo gratulor. Deum quoque Opt. Max. sine quo felix nihil esse potest, veneror, ut nuptias has tuas, primas licèt, verè secundas esse velit, vosque sponsos omni genere bonorum feliciter, ac inprimis in concordia mutua quàm diutissimè conservet;

-- -- ne malis
Divulsos querimoniis
Supremo citiùs solvat amor die.

γένοιτο ἄν! Cuperem spectator esse festivitatis tuæ; sed nec loci enormis distantia, nec luctus acerbissimus, in quem non ita pridem conjectus sum, hoc patiuntur. Item in alia: *Literis tuis quid rependam? Equidem ut pari affectu tibi responderem sperare poteras; ut curâ pari & ornatu, expectare minimè debuisti: quanquam nec præstare eandem, si velim, possum. Officiorum siquidem mutuaq; benevolentiæ, non etiam diligentiæ & ele-*

& elegantiæ in scribendo societatem coi-vimus; in qua, sicut & in aliis, cedere me tibi libenter profiteor. Idcirco, quod amici est, facio, & inprimis tibi, tam de Sparta splendida, quam nactus es, quam de matrimonio auspicatissimo, quod cum magni & celeberrimi Viri filia contra-xisti, ex animo gratulor. Utraq; fe-licitate te dignissimum, quotquot te nô-runt boni, judicant. Item: *Nuptias tuas cum virgine lectissima N. non tibi minùs parenti quàm filiæ tuæ gratifica-ri, officii mei esse existimavi. Sed quæ apud nos tempora inciderint luctuosissi-ma, & ab omni lætitia alienissima, non potest te latere, & cognosces ex iis, quæ unà misi. Miserrima fuisse scito, neq; nunc etiam extra omnem teli jactū nos, quod dicitur, positos. Quare vel absens, ut matrimonium istud tuum, tertium li-cet, tibi Cajæq; tuæ verè secundum sit, ex animo opto & voveo. Prudentiæ autem tuæ celebratissimæ erit providere, ne sere-num istud Hymenæi tuo ullo cujusquam justo dolore obfuscetur vel obnubiletur.* Item: *Cum literas tuas legerem, quibus*

ad

ad solennitatem nuptiarum cum honestissima virgine N. peramanter me invitasti, venit mihi in mentem nobilis illa Senecæ sententia, quam ex Platone idem expressit, qua ostendit, totam hanc vitam nostram miscere gaudium & dolorem, his verbis:

Nulla sors longa est, dolor & voluptas
Invicem cedunt.

Te namque tori vidui tristia signa non ita pridem omnibus & mihi quoq; ostentare memineram: qui nunc commutata rerum facie & squalore deposito

Omnibus egregiè lætis, totâq; catervâ
Acclamante tibi faustum, *feliciter*, omen,

genialiter cum convivis honoratissimis, lectissimaq; sponsa exultas. Sed jam nota tibi causa absentiæ meæ, quæ talis, ut apud te, æquum doloris alieni æstimatorem, plurimum valere debeat. Quod igitur solum relictum mihi absenti intelligo, primum tibi pro studio isto tuo,

quo

quo me hilaritatis tuæ, quantum quidem in te fuit, participem esse voluisti, gratias maximas ago. Deinde Deum Opt. Max. conjugii autorem veneror, uti nuptias istas tuas secundas, verè secundas esse velit, vosq; sponsos omni felicitate beet, ac inprimis in concordia quàm diutissimè conservet. Item: *Literæ tuæ quantâ me voluptate perfuderint, non facilè dixero, nisi simul amoris erga te mei magnitudinem (ex quo fonte sincerissima illa voluptas promanat) expressero: quod verbis nec fieri potest, nec debet. Deus tantùm tibi adsit, & novum istum Hymenæum fortunet: quod confisus ipsius bonitati planè futurum auguror. Quid mihi jucundius esse queat, quàm si te eundem & amicum paternum, & amicum meum, & Præceptorem, & jam tandem etiam adfinem, simul & semel salutem? Vide, obsecro, unus & idem amor quàm latè spargatur, quamq; diversos interdum officii gradus, minimè tamen inter se discordes, recipiat, & hac quasi varietate nominum suavissimorum (quâ nihil in rebus humanis*

manis pulchrius excogitari potest, distinguatur?

GRATULANDI DE FILIO MOX NASCENDO FORMULÆ.

CAsaub. ep. 59. ad Canajum: *Confido etiam cumulatum esse jam beneficio alio non minori prius istud sanè magnum & luculentum. Spero enim te, priusquam has legas, novâ prole auctum* εὐτοκηκυίας τῆς τριποθήτου σῆς δεσποίνης. (facilè pariente exoptatissima domina tua) *Ita esto O magne rerum omnium arbiter, & hujus quoq; voti damnans esto Præses integerrime. Non gaudebis solus tua gaudia; & nos illa tangunt, qui semper* ἐξ ἄκρου μυελοῦ ψυχῆς καὶ χαίροντι συγχαίρομεν, καὶ λυπουμένῳ συλλυπούμεθα (ex animo medullitus & cum gaudente gaudemus, & cum dolente dolemus.) *Hæc lex æterna veræ amicitiæ: Idem velle, idem gaudere, dolere idem.*

Non possum non hîc subjicere facetum illud Lipsii lib. III. epist. Q. 15.

Quid

Quid ais? Lernutii ne uxor intumuit? tam citò autem? O cultorem assiduum, vel proletarium potiùs! Perii, si uxor mea sciverit exemplum! Tu, cùm reversus es, cela: ego nullus dixero.

GRATULANDI DE HONORIBUS DOCTORALIBUS FORMULÆ.

CAsaubonus epist. 46. Sarraceno: *Tantùm tibi gaudium meum indicabo, tibiq́ gratulabor ob illam, quam confido te esse consecutum, non Bacchi lauream, sed Themidis. Macte proposito adolescens* εὐφυέςατε (ingenii dexteritate prædite.) *Sic itur ad astra. Quòd versus à me exigis, puto me parum tibi notum, qui tamen debueras totum intus & in cute novisse. Quis dixit tibi, me esse de grege eorum, qui dormierunt in Parnasso? falleris, & toto quidem, quod ajunt, cœlo. Adolescens olim*

olim delectabar interdum eo genere ποιήσιας, ne nihil agerem, cùm aliud non agerem. Maturior hæc ætas abstulit mihi omnem ejus facultatem, nescio dicam magis, an voluntatem. Quid? Nonne habes affinem (nôsti quem dicam, O misellum senem!) qui meam vicem versus satis multos quotidiè evomat. Cur igitur me inani labore exerceam? Ut scias, quam exaruerit in nobis omnis μȢσικὴ vena, adscripsi versiculos, quos inter prandendum effudi.

In MSS hæc est: *Accipe literas tuas, quibus ad actum Doctoralem, ut vocant, me invitasti, transmissis simul exemplaribus disputationis tuæ, quam pro summo illo honore obtinendo publicè defendisti. Gratum hoc mihi munus & invitatio tua, cùm propter familiæ & cognationis nostræ honorem; tum verò, quod votum meum, quo & istum honorem, & alia multò ampliora, jam dudum tacitus tibi destinavi, honoratissimum exitum habuisse video; cujus proinde damnas, DEO inprimis datori bonorum omnium gratias ago; deinde tibi gratulor,*

tuler, quòd, quæ in Domino Parente tuo V. Cl. intermortua dignitas videri potuit, ea præclaris studiis tuis & felici labore excitata, & in vitam quodammodo revocata est. Sic enim hoc quidem tempore scribere mihi libet. Quamvis enim, sicut aliarum rerum paternarum dominium, ita hic quoque honor continuatus potiùs in te heredem ipsius existimari possit: tamen fatendum est, nunquam te ad honorem istum, quem omnes amplissimum judicant, adspirare ausum fuisse, nisi tute tibi ad eam viam diligentiâ tua, mihi perspectissimâ jugiq; & improbo labore ab ultima pueritia munivisses, atq; præparavisses. Quare vel proverbii Hispanici auctoritate, quod negat artes inter heredes dividi, *palàm est, labores tuos & evigilatas noctes nequaquam rectè in hereditate paterna computari:* nec esse in corpore censûs *(ut Poëtæ verbis utar)* omne tenet cujus regimen pater; *sed ejusmodi esse, quarum laus ad te maximè, fructus verò etiam ad fratres, propinquos, cognatos, & uno verbo ad commodum Reipubl.*

Reipubl. Christianæ pertineat. Atque utinam is, quem dixi, V. Cl. Parens tuus, ipse consilii hujus suscipiendi tibi auctor & spectator inaugurationis esse potuisset, cujus lætitiam hoc tempore præcipuam esse conveniebat! Sed aliter DEO visum est, qui quantum doloris cognatio tota ex obitu Viri Præstantissimi & optimi sensit, tantum eam gaudii ex honore tuo festivissimo percipere voluit, & nubilum illud luctus hoc quasi sereno discutere. Quamobrem fruere hoc tanto tuo bono, fortunâq; ista tua, familiamq; porrò quoque condecorare atque cohonestare perge.

GRATULANDI DE OFFICIO FORMULÆ.

CAsaubonus ad Wittenium ep. 607. *Ago DEO Opt. Max. gratias, qui te servavit hactenus, & dignitate eâ te ornavit, quam tua singularis virtus merebatur. Didici enim, cùm ex literis tuis, tum ex aliorum sermonibus, quem gra-*

gratiæ locum apud Principem omni laude majorem Sereniss. Ducem Megapolitanum obtineas. Viri priùs gratuler, nescio, Principine, an tibi: nam & tu illâ statione es dignissimus; & Mœcenas tuus, ut fama est hominum, iis præstat dotibus, quas jure omnes boni, etiam longè positi, omni veneratione debeant prosequi. Quare ex animo tibi gratulor, qui Principi inservias, quem sine adulatione etiam admirari cogeris.

E MSS. accipe sequentes: *Relatum est, Virum amplissimæ dignitatis diem suum obiisse; teq; judicio Illustrissimi Principis, muneri gravissimo & amplissimo successorem destinatum. Quid dissimulem? ingenti lætitia iste me nuncius affecit,* ὀ γὰρ ἐγὼ μὲν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης πέφυκα (non ego è quercu aut saxo factus sum) *nec is sum, qui solus affectu, quo suos propinquos optimus quisq; ornatissimos & florentissimos esse cupit, caream. Neq; tamen ita affectus fui, ut solent, quibus res aliqua inopinata & præter expectationem omnem objicitur. Multò enim ante & ego*

& *alii*

& alii futurum prævidebamus, ut pietas ista tua singularis in Deum, & animi moderatio incredibilis, cum juris cognitione exactissima, & rerum experientia conjuncta, digna aliquando se præmia inveniret, his simillima, quæ divinitus nunc tibi offerri per optimum Principem intelligimus. Eademq; cùm in propinquo modò esse videmus, quasi jam olim in eorum possessionem venisses, κατ᾽ ἀνάμνησιν (secundùm reminiscentiam) *Platonicam intuemur. Quare cùm tibi de judicio isto Principis tui gratulor, tum ut Deo fortunante perpetuo hoc proprioq; bono læteris, ex animo precor.* Item ex alia ad Theologum: *Ex quo tempore in urbem salvum te pervenisse cognovi, gravissimis & continuis morbis per multos dies ita fui exercitus, ut nec officii, nec mei propemodum ipsius meminerim: Veniâ ob id, nisi fallor, dignus, si tibi serius aliquando, quàm constitueram, de adventu & commissa functione Ecclesiastica gratulor. Verbis autem exprimi non potest, quantâ lætitiâ nuncius ille adventus tui me adfece-*

rit, multa eodem tempore apud animum meum reputantem, quæ singulari DEI benignitate pertractum te ad nos confirmant, & rerum argumentis pervincunt certissimis. Quod enim nemo sperare ausus est, in tanto sive odio sive contemtu purioris doctrinæ, qui hanc palàm profiteretur, & scriptis immortalitate dignis propugnasset hactenus, ut illi docendi populi provincia præcipua in urbe commendaretur; id factum ante aliquod dies vidimus, factumq; gaudemus, Deum Opt. Max. rogantes, ut propriam ac perpetuam hanc nobis felicitatem esse velit. Sed enim τῶν ἀδοκήτων πόρον εὗρεν Θεός, (insperarorum exitum invenit DEUS) *ut ait chorus* Euripidis, *elusis, ut fit, hominum consiliis, quibus plerunq; nihil ut Deo placet: & magna cum gloriâ Ampl. Senatus, cui cùm Deus hanc primùm mentem dedisset, ut quod maximè è re populi Christiani suo imperio commissi esse intelligeret, optaret, eamq; opinionem, facto SCto honorificentissimo contestaretur: postea etiam vires dedit, ut hoc ipsum*

SCtum

SCtum suum constantissimè exequeretur, nec latum unguem ab eo dimoveri se pateretur. Quare, age, tam consultò delatam, tamque auspicatò susceptam à te provinciam magna cum fiduciâ aggredere. Ostende, quod hactenus fecisti, gloriâ Dei & Christi ejus nihil tibi prius, nihil salute gregis dominici antiquius esse. Nihil te potentum autoritas, nihil sapientum hujus seculi astutia, nihil Empæctarum quorundam χλευασμοὶ (scurrarum cavillationes) te moveant, quibus per hos quinque annos, quos in statione ista moror, nihil aliud consecuti sunt, quàm ut per hoc velut obscurum artium & fraudum humanarum lux Evangelii multò clariùs radicaret splendésceretque pulchriùs. Deum à partibus tuis habes; at quis certior veritatis defensor? Magistratum habes; at multum est, vel in humanis rebus, Magistratu autore, possidere. Amicos in his literis plurimos habes, quos eruditio & pietas tua celebratissima tibi paravit. At isti vitam sibi acerbam putabunt, nisi sua operâ tibi sit quàm optimè. Item ex alia ad restitutum.

Ego verò ex animo gratulor, quod in eum locum restitutus es, ex quo (hominum dicam, an temporum injuriâ?) excidisti: neq; hoc solùm gratulor, quòd utiq; ego & mecum complures alii Viri boni futurum augurabantur; sed vel maximè, quòd sub sapientissimo & justissimo Principe restitutus es. Talem enim totus mundus esse agnoscit, & ego re ipsa talem esse cognovi. Quem ob id non sine Numine bonoq; Reipubl. Christianæ miseris his temporibus seculoq; nostro perturbatissimo excitatum esse credo, ut quo magnas procellas motuum & tumultuum omnibus ferè in locis existere necesse est, illis firmam aliquam columnam divina benignitas in hac Germaniæ parte opponeret. Sed desino de Celsitudine ipsius; cum voto tamen incolumitatis & longævitatis; & ad te redeo, cui omninò literis hisce gratulari visum est, ne inter omnes amicos tuos unus essem qui parùm favere commodis tuis viderer, eoq; ipso me tibi amicissimum esse probarem. Est enim hæc amicitia, mea quidem sententiâ, quæ commodis amici ut propriis læta-

lætatur, malis autem συμπάσχει *ut suis. Neq; dubito, quin hic affectus meus gratissimus tibi futurus sit.* Item ex alia: *Sicut qui in communi omnium gaudio & solennitate populi nullam planè lætitiæ præbent significationem, alieniori à Republ. animo propterea esse putantur; cum qua & gaudendum sibi & flendum cives egregii semper judicarunt: ita mihi quoque verendum est, ne vel parùm prudens æstimator felicitatis seculi nostri habear, vel certè in maxima rerum omnium ignoratione versari existimer, si inter tot festas summorum virorum gratulationes nullum lætitiæ meæ (quam uberrimam ex incremento & accessione honoris tui patria concepit) extet argumentum. Ut enim hinc potissimum ordiar, quis rerum Germanicarum tam imperitus est, qui nesciat, quantum vulnus in obitu antecessoris tui acceperint? quis porrò tam à rerum omnium cognitione remotus, ut quibus præsidiis ad easdem juvandas instructus accesseris, quibusq; & quantis honoribus dignus semper habitus fueris, non cognoverit? Quanquam*

enim totum hoc, quod in locum defuncti maximi Viri suffectus es, divinæ providentiæ & sapientiæ adscribendum videtur; tamen & illorm judicio plurimum tribuendum esse omnes agnoscunt, qui præsentis temporis rationibus Germaniæq; necessitatibus Arbitrium illud supremum in deligendo successore attemperârunt, talemque, quo nec voto meliorem optare licuisset, præfecêre. Cujus quàm miserabilis facies per hos annos fuerit, circumlucente nos undiq; belli dirissimi flamma, & jactis circumquaq; non ab uno Vejove fulminibus, quibus non perterrefacti modò, sed & ambusti sumus, non possum equidem sine maximo doloris sensu recordari. Quod tamen non eò à me commemoratur, ut quicquam tibi ad obeundum præclarè munus istud deesse arbitrer; sed ut propositis tam arduæ provinciæ difficultatibus, quæ ardorem in aliis restinguere, & cordatissimorum animos frangere poterant, ostendam, repertum esse, qui nec Diis nec viribus impar, quod dici solet, æquare laudem prædecessoris sui vel

etiam

etiam exuperare valeat. Quare tibi de titulo isto ex animo gratulor, Deum Opt. Max. venerans, ut is vires eidem clementer sufficere, perque se satis excitatum magis magisque ad utilitatem literarum, quietem patriæ, & incrementum propriarum laudum (si qua fieri adhuc potest accessio) animare dignetur. Quod me attinet, efficiam profectò cultu & observantiâ, ut intelligas, nullius honoribus unquam æquè me favisse, ac tuis; cui & officia mea omnia paratissima atque promptissima humiliter offero. Item: *Cùm per homines certos cognovissem, tibi post mortem Viri Cl. N. officium ab Illustri hero tuo commendatum esse, pro eo ac debui, non mediocriter nuncio illo exhilaratus fui, diuq; mecum deliberavi, heronè tuo magis an tibi ipsi de officio isto tuo gratuler. Illi quidem, quod nihil planè judicio lapsus, consilio gravissimo, non nisi juris & æqui scientissimum, eundemque virtute ac fide præstantissimum, subditis suis præficiendum sapienter censuisset: Tibi verò,*

quod hoc velut auctoramentum virtutis tuæ præter alia ornamenta meritissimo tuo consecutus esses. Qua quidem in re Pythagoricum illud prudentissimo hero tuo observatum animadverti, qui oneratis ajebat onus superponendum esse, non autem onus deponentibus. Sic enim, cùm Illustrissimis Principibus consilia tua vehementer hactenus approbata esse, & adhuc approbari intelligeret, ea ad suam etiam utilitatem derivari posse judicavit, simulq; palam omnibus ostendit, nullius se laborem supra ingenium & industriam tuam putare. Quare cùm tibi de honore & munere isto novo ex animo gratulor, tum verò spero, te non muneris magis & officii, quam adfectus benevolentissimi, quo me ὁ μακαρίτης prosecutus est, successorem fore. Quod quidem ut facias, impræsentiarum pluribus non rogo. Adde Ang. Polit. lib. I. epist. 13. ad Hermolaum Barbarum, cui gratulatur, quòd factus esset Patriarcha Aquilejensis. Et lib. VIII. epist. 14. ad Urbinatem Episcopum; & Orationem Hermo-

lai

lai Barbari ad Frider. Imper. & Maximilianum Regem Romanorum, Principes invictissimos, apud eund. Polit. lib. XII. ep. 47.

AD GRATULATORIAS *RESPONDENDI*

Formulas suggerent Cic. lib. I. epist. fam. 7. sub fin. Plin. lib. IV. ep. 8. ad Arrianum, qui de Auguratu Plinio gratulatus erat.

INVITANDI FORMULÆ.

APulejus lib. I. Metam. *Brevitatem gurgustioli nostri ne spernas rogo. Erit tibi adjacens & ecce illud cubiculum, honestum receptaculum. Fac libenter diverseris in nostro. Nam & majorem domum dignatione tua feceris; & tibi* (gloriam vendicabis ex humanitate) *contentus Lare parvulo; Thesei illius exemplo, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue.* Scalig. epist. ad Casaub. *Arbitrii tui est etiam in me-*

 dia

dia hyeme venire. Nos illum luculento foco expugnabimus, qui nunquam deficiet in cubiculo, quod tibi adornabo; quod tamen nullum præter te ornamentum habebit. Invenies enim paupertinam quidem, sed mundam supellectilem, & concham salis puri, & ante omnia pectus tibi devotissimum. Casaubonus ad Heinsium epist. 348. *Audio te in eo esse, ut profectionem ad nos instituas. Utinam quidem quamprimum ille exoriatur dies, quo tam carum mihi caput potero suaviari! Sed audin'? sive ego in urbe sim futurus, sive Madridi, rectà statim ad me; nisi vis reus fieri gravissimi criminis violatæ amicitiæ nostræ: quam injuriam quibus potero cunque modis ulturum me pro certo habe. Est mihi amicus, Vir Illustris dignitatis, sed pietate & eruditione longe major, apud quem hospitium tibi paratum, quamdiu volueris esse in urbe. Itaque veni ἀγαθῇ τύχῃ spondeo fore, nunquam ut te consilii pœniteat.* Erasmus lib. I. pag. 2. *Quando tu desines nos torquere desiderio*

rio tui? Utinam te videam! Et pag. 45. *Utinam daretur copia tecum fabulandi? Sum avarus visendi tui; si manseris illic usque ad Michaëlis, visam te DEO benè juvante. Quòd si libebit interea te huc recipere, quod maximè velim, nemini erit optatior accessus tuus quam mihi. Agemus ferias amœnissimas. Quicquid apud me est, quod aut voluptati aut usui esse poterit, tuum erit.* Item Zasius apud Erasm. lib. III. pag. 83. *Nostros aliquando, (si tu magnus Jupiter Faunorum casulas non dedigneris,) lares digneris invisere, optatissimus nobis hospes futurus.* In MSS. invenio istam: *De ea re sine deliberatione tecum instituenda responderi nihil certi potest. Quæ res fecit, ut à te hoc petere auderem, quod cæteris omnibus haud dubiè negaturus eras, ut vel tua vel mea causâ excurrere ad nos ne graveris. Sic autem moderor petitionem hanc meam, ut quando commodum tibi erit, & fortè ipsum cœlum viam tibi tranquilliorem concinnaverit, itineri te committas, neq; festinan-*

di necessitatem aliquam impositam tibi putes. Sicut enim uno die occupationes istæ natæ nobis non sunt; ita æquum est, tempus aliquod nobis ad eas diluendas indulgeri. Tempus, inquam, aliquod priusquam de illis deliberaturi conveniamus. Non autem dubito, quin tri-horio, *(quod dicit* Ausonius) *si unà nobis contingat esse, & multò etiam breviori spatio, rem omnem per capita sua expedituri simus, quæ scribendo & rescribendo non perinde componeretur. Confidentiùs autẽ hoc à te peto, ut eadem opera necessitates tuas omnes oculis aspicias, & præter hæc alia cognoscas, quæ jucunda & grata tibi erunt; ac denique, ut vinum tuum donativum apud me gustes, & tui sumptus fructum aliquem feras. Quod ad hujus itineris sumptum attinet, ne dubita, quod mea causa facis, ejus me, refusa parte expensarum, libenter meritoque rationem habiturum.*
Ad prandium ita invitat Puteanus Laurinum Promulsi. ep. 35. *Heus tu, abjice moram, & pransum ad me veni. Epulas ponam, quas* Esurio *inhiet, nec*
Saturio

Saturio *spernat. Amplius non invito, ne invitum; imò non invito, ne ursisse videar. Nam si coactus veneris, vereor, ut stomachi tui indignationem mensa mea sustineat: si non coactus, famem ut extinguat. Itaque si esuris, cogere non te audeo: Si (ignosce novo verbo) saturis* non debeo *Veni tamen; sed nec* Esurio, nec Saturio: *ad sermonem, non ad prandium; quem benè coctum, lepidè conditum dabo.* Evandrus Virgilianus hospitem suum Æneam invitat *lib. VIII. v. 362.*

--- hæc limina victor
Alcides subiit: hæc illum regia cepit.
Aude, hospes, contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo: rebusque veni non asper egenis.

Vide de hoc Virgilii loco *Sen. epist. 18.* Eundem in animo habuit *Juvenalis Sat. XI. v. 60.* Persicum invitans:

Nam cùm sis conviva mihi promissus, habebis

Evandrum, venies Tirynthius aut minor illo
Hospes, &c.

Hoc est: habebis me hospitem frugalem, qualis fuit *Evander*, qui *Herculem* ex Hispania redeuntem, & postea *Æneam*, vili convivio excepit.

AD INVITATORIAS RESPONSORIÆ.

SEneca epist. 45. *Omninò me, si possem, transferrem, & hanc expeditionem indixissem mihi: nec me Charybdis & Scylla, & fabulosum istud fretum deterrere potuisset. Transnatassem ista, non solùm trajecissem; dummodo te complecti possem, & præsens æstimare, quantum animo crevisses.* Potes etiam, si invitatio placet, respondere cum Plinio lib. III. epist. 12. *Veniam ad cœnam; sed jam nunc paciscor, sit expedita, sit parca; Socraticis tantùm sermonibus abundet: In his quoque teneat modum, &c.* Cum Casau-

ſaubono epiſt. 108. ad Thuanum: *Multis nominibus jucundiſſimæ mihi fuerunt literæ tuæ, ſed hoc amplius, te pro ſingulari humanitate nos & ſtudia noſtra curâ tua dignari. Nam quod tam benevolè me hortaris, ut bimeſtrem peregrinationem iſtuc ſuſcipiam; quanto id ceſſurum ſit ſtudiorum meorum commodo ac bono, nón me fugit. Maximas igitur tibi eo nomine gratias & habeo & ago, teq; obnixè oro, ut eadem benevolentiâ me ſemper amplecti velis. Non contuleris beneficium in pertuſum animo neq; immemorem. Etſi quid ego poſſum tibi* ἀντάξιον ἀντιρύσασθαι, (dignum reponere?) *ſed tu cupientis paria tecum facere voluntatem ſpectabis, non facultatem. Utar verò beneficio tuo, Vir Maxime, & tam bonam proficiſcendi occaſionem ambabus, ut ajunt, manibus arripiam. Etenim diu eſt, cùm ego* φιλομαθείας οἴστρῳ πεπληγμένος, (diſcendi percitus œſtro) *Lutetiam veſtram viſendi cupiditate totus ardeo, &c. Sed ſi quando iſthuc venero, nullus dubito, idem mihi uſuventurum, quod ru-*

ſticis

jure meo emansero. Sed totum hoc componet ipsa

βίε τιθήνι, πολεμία λιμε, φύλαξ
φιλίας, ἰατρὸς ἐκλύτε βελιμίας
τράπεζα:

Vita nutrix, hostis famis, custos
Amicitiæ, medicus enervatæ esuritionis
Mensa.

INVITATUS ita venire recusat Erasmus lib. III. epist. pag. 148. *Tam amanter invitatus cupidissimè advolâssem ad te. Sed primum deterret cœlum plus quàm hybernum; deinde valetudo, cùm per se imbecilla, tum immodicis, in quibus nunc versor, laboribus sic afflicta, ut eam vix domi abditus tuear.*

Post INVITATORIAS rejicio huc cunctas EXPOSTULATORIAS ad eos, qui post promissum venire detractârunt. Talis apud Plin. lib. I. epist. 15. *Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis. Dicitur jus? ad assem impendium reddes, nec id modicum. Paratæ erant lactucæ*

ctuca singula, &c. Dabis pœnas, non dic, quas. Durè fecisti, invidisti, nescio an tibi, certè mihi; sed tamen & tibi. Quantum nos lusissemus, risissemus, studuissemus? Potes apparatiùs cœnare apud multos; nusquam hilariùs, simpliciùs, incautiùs: in summa, experire. Item ista expostulatoria Casaub. ep. 76. ad Dousam: *Ergò tu in patriam anteà redibis, quàm ad nos veneris? O nimiùm crudelis Alexi, cur tu nos spernis, qui petimus? Adeoné tibi magnum esse visum, ab instituto paululum deflectere, & nos invisere? Næ, ego nunc scio quid sit amor, & quàm facilè qui amant sibi somnia fingant. Postea enim quàm relatum mihi est de tuo Heidelbergam adventu, μετέωρος illum expectavi diem, qui te huc sisteret, & videndum mihi amplexandumq; præberet. At tu quid? obdurasti nempe, & Ungaros, Polonos, Turcas denique, quàm nos optasti. I nunc & dicere aude, te nos sic medullitus amare, ut ipsi te facimus; quibus vita adeò acerba est, quia voti hujus rei facti non sumus.*

Non

Non adeò incommodum erit huc etiam rejicere formulas VOCATORIARUM, ut nunc appellamus; quarum apud *Erasmum* reperi aliquot. Sic enim *Budæus* ad illum nomine Regis Galliarum pag. 39. & 40. *Rex Minervæ numine afflatus, cùm instituerit lectissimos viros in regnum suum præmiis optimis adsciscere, ac seminarium, ut ita dicam, eruditorum in Francia relinquere; eodem egregio animi impetu provectus, te quoque adsciscendum duxit, & per me honorificam conditionem offerri tibi verbis suis voluit, ut si isthinc demigrare in animum induceres, operamq; literis hîc navare, quam isthic consuesses, sacerdotium ipse tibi ad mille Francicos, & eò amplius collaturum se sponderet. Hîc fidem meam hactenus intercedere intelligis, ut internuncii, non etiam sponsoris, partes agam, & quæ ab illo accepi, bonâ fide deferam. Quæres hîc fortasse quid tibi auctor sim? quid aliud potiùs, quàm ut hanc conditionem protinus accipias & amplectaris? Primùm, quòd*

ita te esse animatum velim, vel mea unius causa; deinde quod si eam acceperis, non magis fortunis tuis, quàm honori atq; opinioni consulueris. Proh Divi immortales! quàm id tibi honorificum fuerit, quàm ad omnium doctorum existimationem splendidum & fortunatum: istius te doctrinæ commendatione à maximo & Illustrissimo Regum in longinquam regionem petitum esse & accersitum? Tu hac de re statues, & ad me aut alium quemvis scribes, &c. Et ad eundem Copus pag. 42. *Rex intellecta summâ eruditione tua, jussit ut ad te literas darem, quibus animum tuum explorarem, an cum Gallis degere, & qua conditione adsciscì velis? Pollicetur Rex Christianissimus adeò benignè te habiturum, ut nunquam te hujus instituti pœnitere possit.* Addenda epist. Ludov. Canossæ, Episcopi Bajocensis, apud eundem pag. 43. & Joh. Fabri ad Urbanum Regium lib. II. pag. 96. & ipsius Erasmi ad Joh. Lascarem lib. III. p. 128.

Respondet idem Erasmus *Budæo* lib. I.

lib. I. pag. 41. & *Copo* pag. 42. differendo ſententiam ſuam; & ipſi *Regi Franciſco*, pag. 43. eodem modo etiam *Canoſſæ* pag. 44. Negando, *Urbano Regio*, lib. II. pag. 87. Conſentiendo, prorſus egregiè, *Heinrico VIII.* Angliæ Regi pag. 129. 130. cui jungenda epiſt. Caſaub. 95. ad Canajum.

LAUDANDI FORMULÆ.

Lipſius I. Epiſt. Q. 14. *Vidi adjunctos epiſtolæ tuæ verſus; verſus tam lepidè, tam ſuaviter factos, ut putarem, canere Sirenum concordiam.* Et lib. II. epiſt. 1. *Fateri debemus: Brugæ veſtræ Belgii noſtri ſidus ſunt, pariter ut olim Græciæ oculus Athenæ. Nunquam à multis annis felicior ingeniorum proventus; nusquam doctrinæ uberior ſeges. In qua eruditorum luce ſic eminetis, Laurini fratres,*

Ut pura nocturno renidet
Luna mari Gnidiusvè Gyges.

is admirandi rursus quærit initium. Hermolaus Barbarus lib. XII. ad eundem: *Ego te & Clarissimas virtutes tuas jam non possum prædicare, non admirari, non tollere, quam tu non augere. Si assentior aut mentior; tibi, hoc est, doctis omnibus sim contemptui.* Bilibaldus apud Erasm. lib. II. p. 80. *Sed quid ego verbis tuam extollere doctrinam & eruditionem conor, rem viribus meis pæne imparem?*

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ
στόματ' εἶεν,
φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι
ἦτορ ἐνείη,

ut Poëta inquit,

(Hom. Il. β. v. 489. Neq; si mihi decem quidem linguæ, & decem ora essent; vox & infrangibilis, æreum & mihi cor inesset)

Satius igitur, vecundè tacere, quàm laudes tuas minùs dignè prosequi; quas si nimis frigidè tractare videor, imbecillitati meæ imputandum erit. Et Ton-

stal

ſtallus p. 103. *Non injuriâ videri poſſim inſanior; ſi mihi judicis deſumam partes inter homines extra omnem ingenii aleam in utraq; lingua poſitos. Sed tamen velut qui præclaras cum admiratione quadam picturas intuentur, imperiti ipſi pingendi, & nec lineamenta ducere, nec colores diſtinguere, nec umbrarum & lucis ad exprimenda quæ velint rationem habere perdoctis, ſi quæ venuſtate quadam ſe commendant, quæque ſpectantes tenent omnes, ea ſoli non laudent, maligni poſſent videri: ita ſi quæ malus orationis artifex ipſe ſtupens lego, eorum in laudes non erumpam, livoris ſuſpicionem vix effugiam.* Rurſus ipſe lib. III. p. 131. *Neq; enim arbitror eximiæ virtuti ullo opus eſſe præconio. Mediocria fortaſſis eloquentium hominum ingenio commendantur: Ut ſtellarum lumen lucernâ quis adjuvet, Sol ipſe ſibi prælucet, obfuſcans quicquid externæ lucis admoveris. Noſtrum agimus negotium, dum lucubrationes noſtras talium nominum lenocinio commendamus, &c.* Caſaubonus

X epiſt.

Lipsius ad lib.II. Annalium Taciti cap. 88. *A priori sententia Nobil. Junius Dousa, de quo plura dicere jubet & prohibet amor.* Et lib.I. Elect.c.9. *Douza non iterum in transcursu dicendus. Tot mihi in illum justi amoris causæ, tot admirationis sunt. Omitto Poësin, & cum Poësi supra hoc seculum doctrinam. Probitas & ingenui mores, & quæ nihil gratiæ causâ facit, gratia Dii boni, in quo homine paria sunt, aut erunt! Ut verè de illo hoc elogium, & ad præstationem (quod dicitur) scripturus sim, vera proles Musarum & alumnus Gratiarum. Nec abripit amor me: judicio hoc scribo, si quid unquam; & peto quæsoq; (vita mihi tantum aut fama apud posteros sit) ita hæc legant, non quasi laudem ab amico, sed sententiam à jurato teste.* Ang. Polit. lib.I. ad Mirandulanum: *Tanti mihi sunt literæ tuæ, ut nullo pacto credam, me posse illis rescribendo satisfacere. Tanta rursus tua est humanitas, ut te boni consulturum, quicquid à nobis proficiscatur, existimem. Si verba suppeterent animo, lau-*

dare

dare pro merito ingenium, literas, eloquentiam tuam conarer. Sed vereor, ne laudes cogar tantas, ut Flaccus inquit, culpâ deterere ingenii. *Qua re imitabor Timantem; quodque exprimere penicillo non possum, velo contegam.* Et Pomp. Lætus ad eundem: *Legi opus tuum, in quo apertissimè doctrinâ quadam singulari veteres ab inferis revocasse videris. Sed parcius in præsentia: prædicatione meâ non indiges. Satis enim tuo labore clarus es.* Id. Politianus lib. IIX. ad Jac. Cardinalem Papiensem: *Cave autem putes, me tibi nunc his laudationibus assentari. Testor enim meum in te animum ac fidem, nihil me aliud scribere; quæ quidem sentio; atq; omnem gloriam, quantacunq; ea sit, tua virtute inferiorē existimare.* Et apud eund. Joh. Antiquarius lib. X. *Nihil damus auribus tuis; adulationes Græculas odimus semper; vera & solida est gloria tua. Quod animus de te sentit, lingua expromit. Neq; aliter laudaverim, quàm probem. Nam qui te laudibus prosequendi finem facit,*

is ad

Lipsius ad lib. II. Annalium Taciti
88. *A priori sententia Nobil. J.*
Dousa, de quo plura dicere jubet &
hibet amor. Et lib. I. Elect. c. 9. *D*
non iterum in transcursu dicendus.
mihi in illum justi amoris causa, to
mirationis sunt. Omitto Poësin, &
Poësi supra hoc seculum doctrina
Probitas & ingenui mores, & qua
gratia causâ facit, gratia Dii boni
quo homine paria sunt, aut erunt!
verè de illo hoc elogium, & ad præsta
nem (quod dicitur) scripturus sim,
ra proles Musarum & alumnus
tiarum. Nec abripit amor me: ju
hoc scribo, si quid unquam; & peto
soq; (vita mihi tantum aut fama a
posteros sit) ita hæc legant, non q
laudem ab amico, sed sententiam a
rato teste. Ang. Polit. lib. I. ad Mi
dulanum: *Tanti mihi sunt literæ tuæ*
nullo pacto credam, me posse illis re
bendo satisfacere. Tanta rursus tua
humanitas, ut te boni consulturu
quicquid à nobis proficiscatur, ex
mem. Si verba suppeterent animo, l

dare pro merito ingenium, literas, eloquentiam tuam conarer. Sed vereor, ne laudes cogar tantas, ut Flaccus inquit, culpâ deterere ingenii. *Qua re imitabor Timantem; quodque exprimere penicillo non possum, velo contegam.* Et Pomp. Lætus ad eundem: *Legi opus tuum, in quo apertissimè doctrinâ quadam singulari veteres ab inferis revocasse videris. Sed parcius in præsentia: prædicatione mea non indiges. Satis enim tuo labore clarus es.* Id. Politianus lib. IIX. ad Jac. Cardinalem Papiensem: *Cave autem putes, me tibi nunc his laudationibus assentari. Testor enim meum in te animum ac fidem, nihil me aliud scribere; quæ quidem sentio, atq; omnem gloriam, quantacunq; ea sit, tua virtute inferiorē existimare.* Et apud eund. Joh. Antiquarius lib. X. *Nihil damus auribus tuis; adulationes Græculas odimus semper; vera & solida est gloria tua. Quod animus de te sentit, lingua expromit. Neq; aliter laudaverim, quàm probem. Nam qui te laudibus prosequendi finem facit,*

is ad-

Lipsius ad lib.II. Annalium Taciti
88. *A priori sententia Nobil. J.*
Dousa, de quo plura dicere jubet &
hibet amor. Et lib.I. Elect.c.9. *De*
non iterum in transcursu dicendus.
mihi in illum justi amoris causa, tot
mirationis sunt. Omitto Poësin, &
Poësi supra hoc seculum doctrina
Probitas & ingenui mores, & qua n
gratia causâ facit, gratia Dii boni
quo homine paria sunt, aut erunt!
verè de illo hoc elogium, & ad præsta
nem (quod dicitur) scripturus sim,
ra proles Musarum & alumnus C
tiarum. Nec abripit amor me: jud
hoc scribo, si quid unquam; & peto q
soq; (vita mihi tantum aut fama a
posteros sit) ita hac legant, non q
lausulem ab amico, sed sententiam à
rato teste. Ang. Polit. lib.I. ad Mi
dulanum: *Tanti mihi sunt literæ tuæ*
nullo pacto credam, me posse illis res
bendo satisfacere. Tanta rursus tua
humanitas, ut te boni consulturu
quicquid à nobis proficiscatur, ex
mem. Si verba suppeterent animo, l

dare pro merito ingenium, literas, eloquentiam tuam conarer. Sed vereor, ne laudes cogar tantas, ut Flaccus inquit, culpâ deterere ingenii. *Quare imitabor Timantem; quodque exprimere penicillo non possum, velo contegam.* Et Pomp. Lætus ad eundem: *Legi opus tuum, in quo apertissimè doctrinâ quadam singulari veteres ab inferis revocasse videris. Sed parcius in præsentia: prædicatione mea non indiges. Satis enim tuo labore clarus es.* Id. Politianus lib. IIX. ad Jac. Cardinalem Papiensem: *Cave autem putes, me tibi nunc his laudationibus assentari. Testor enim meum in te animum ac fidem, nihil me aliud scribere; quæ quidem sentio; atq; omnem gloriam, quantacunq; ea sit, tua virtute inferiorē existimare.* Et apud eund. Joh. Antiquarius lib. X. *Nihil damus auribus tuis; adulationes Græculas odimus semper; vera & solida est gloria tua. Quod animus de te sentit, lingua expromit. Neq; aliter laudaverim, quàm probem. Nam qui te laudibus prosequendi finem facit,*

is ad-

Lipsius ad lib.II. Annalium Taciti
88. *A priori sententia Nobil. I.*
Dousa, de quo plura dicere jubet &
hibet amor. Et lib.I. Elect.c.9. *D*
non iterum in transcursu dicendus.
mihi in illum justi amoris causa, to
mirationis sunt. Omitto Poësin, &
Poësi supra hoc seculum doctrina
Probitas & ingenui mores, & qua
gratia causâ facit, gratia Dii boni
quo homine paria sunt, aut erunt!
verè de illo hoc elogium, & ad præsta
nem (quod dicitur) scripturus sim,
ra proles Musarum & alumnus
tiarum. Nec abripit amor me: ju
hoc scribo, si quid unquam; & peto
soq; (vita mihi tantum aut fama a
posteros sit) ita hæc legant, non q
laudem ab amico, sed sententiam à
rato teste. Ang. Polit. lib.I. ad Mi
dulanum: *Tanti mihi sunt literæ tuæ*
nullo pacto credam, me posse illis res
bendo satisfacere. Tanta rursus tua
humanitas, ut te boni consulturu
quicquid à nobis proficiscatur, ex
mem. Si verba suppeterent animo, l
b

dare pro merito ingenium, literas, eloquentiam tuam conarer. Sed vereor, ne laudes cogar tantas, ut Flaccus inquit, culpâ deterere ingenii. *Qua re imitabor Timantem; quodque exprimere penicillo non possum, velo contegam.* Et Pomp. Lætus ad eundem: *Legi opus tuum, in quo apertissimè doctrinâ quadam singulari veteres ab inferis revocasse videris. Sed parcius in præsentia: prædicatione mea non indiges. Satis enim tuo labore clarus es.* Id. Politianus lib. IIX. ad Jac. Cardinalem Papiensem: *Cave autem putes, me tibi nunc his laudationibus assentari. Testor enim meum in te animum ac fidem, nihil me aliud scribere; quæ quidem sentio; atq; omnem gloriam, quantacunq; ea sit, tua virtute inferiorē existimare.* Et apud eund. Joh. Antiquarius lib. X. *Nihil damus auribus tuis; adulationes Græculas odimus semper; vera & solida est gloria tua. Quod animus de te sentit, lingua expromit. Neq; aliter laudaverim, quàm probem. Nam qui te laudibus prosequendi finem facit,*

is ad-

is admirandi rursus quærit initium. Hermolaus Barbarus lib. XII. ad eundem: *Ego te & Clarissimas virtutes tuas tam non possum prædicare, non admirari, non tollere, quam tu non augeri. Si assentior aut mentior; tibi, hoc est doctis omnibus sim contemptui.* Bilibaldus apud Erasm. lib. II. p. 80. *Sed quid ego verbis tuam extollere doctrinam & eruditionem conor, rem viribus meis penè imparem?*

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη,

ut Poëta inquit,

(Hom. Il. β. v. 489. Neq; si mihi decem quidem linguæ, & decem ora essent; vox & infrangibilis, æreum & mihi cor inesset.)

Satius igitur, vecundè tacere, quàm laudes tuas minus dignè prosequi; quas si nimis frigidè tractare videor, imbecillitati meæ imputandum erit. Et Tonstal.

ſtallus p. 103. *Non injuriâ videri poſſim inſanior; ſi mihi judicis deſumam partes inter homines extra omnem ingenii aleam in utraq; lingua poſitos. Sed tamen velut qui præclaras cum admiratione quadam picturas intuentur, imperiti ipſi pingendi, & nec lineamenta ducere, nec colores diſtinguere, nec umbrarum & lucis ad exprimenda quæ velint rationem habere perdoctis, ſi quæ venuſtate quadam ſe commendant, quæque ſpectantes tenent omnes, ea ſoli non laudent, maligni poſſent videri: ita ſi quæ malus orationis artifex ipſe ſtupens lego, eorum in laudes non erumpam, livoris ſuſpicionem vix effugiam.* Rurſus ipſe lib. III. p. 131. *Neq; enim arbitror eximiæ virtuti ullo opus eſſe præconio. Mediocria fortaſſis eloquentium hominum ingenio commendantur: Ut ſtellarum lumen lucernâ quis adjuvet, Sol ipſe ſibi prælucet, obfuſcans quicquid externæ lucis admoveris. Noſtrum agimus negotium, dum lucubrationes noſtras talium nominum lenocinio commendamus, &c.* Caſaubonus

 epiſt.

epist. 223 ad Scaligerum: *Is demum a miratione sua ingenii tui dotes æquab qui capiet. Quis autem ille est? aut quo terrarum angulo nobis quærendus Ego adhuc novi neminem. Itaq; lon alia conditio tua est, quam cæterorum qui eruditione sua atq; ingenio admira tionem sui in animis τῶν φιλομαθῶν (i queis & nos sumus) excitarunt. Illi enim non solum ἐπαινεῖν, qui usum di cendi vel mediocrem habent, possunt verum etiam ὑπερεπαινεῖν præstantiam vero animi tui nullus unquam Tullius satis laudaverit; nedum ut merita in Rempubl. literariam tua augere dicendo vel amplificare possimus nos.* Puteanus Promulf. ep. 1. ad Lipsium: *Tu unus instar omnium es, qui tot unus abundas virtutibus, ut unus omnium laudes exhaurias. Invitus tu hoc audis; sed tamen cogit amor exprimere. In quo homine, post homines natos modestia gravior? humanitas sanctior? doctrina elegantior? Suada purior? Diis suis Achivos non privamus: & sunt alibi viri quoque non vulgariter docti;*

sed

sed fortassis, si tecum conferendi, fama sua minores. Quemadmodum faces, quæ in tenebris & illuni nocte lucent, intervallo augentur: ita, si quis remotior se ostendat, par fortean tibi videtur; non est; quem si in Solem & diem produxeris, aut coram conspexeris, is diffusum per caliginem aëris lumen amittat, & veris lineis circumscriptus discernatur. Ut etiam sidera sub ortum occasumq; horizonti proxima, majora lucent; sed creperâ quadam luce: ita tales sæpe, quos per vaporem spirantis auræ, ceu per umbram, noscimus atq; admiramur. Tu verò Vir Cl. quantò notior, tantò illustrior; & qui summus ubique, major tamen conspiceris è propinquo, &c.

AD LAUDES RESPONDENDI FORMULÆ.

ERasm. lib. I. p. 11. *Utinam is sim, qui tam eximii Principis judicio respondere queam. Onerat me quorundam*

candor ejusmodi laudibus, quas nec agnoscere possim, nisi sim improbissimus, nec tueri, nisi longè alius sim, quàm ipse me novi. Et pag. 19. *Tibi fortassis debetur venia, qui studio quodam immodico mei cacutiens, me posse credis, quod non possum. Mihi laus etiam, qui meipsum meo metiens pede, mecum habitem, & nôrim, quàm sit mihi curta supellex.* Et pag. 58. *Carmen tuum, ut non fuit ingratum, ita voluptati esse non potuit. Neq; enim unius est hominis, delectari & erubescere; nisi mihi forsitan adeò nihil oris esse credis, ut ista tua praconia citra ruborem legere queam.* Item pag. 62. *Parcius eum laudem oportet, qui me tam immodicè laudavit. Utinam hanc operam in argumentum felicius collocasset!* Item: *Carminis editioni favere qui possum, doctissimi quidem, sed tamen immodicè de me mentientis? quod nihil aliud, quàm illum, qui scripsit, admirabilem, me ridiculum faciet. Faverem illius gloria, si frontem perfricare queam.* Lib. II, pag. 87. *Debeo tibi*

tibi plurimùm, vel quòd amanter erras in Erasmo, vel quòd tam munificè provocas. Budæus apud eundem pag. 106. *Id suppudebat, quòd non agnoscerem eam in me ingenii atque doctrinæ præstantiam, quam tu mihi tribuis. Sed & hic mihi stimulus fuit, ad instaurandum studii mei laborem, illamq; animi contentionem excitandam, quam (ut ingenuè fatear) semper aluit gloriæ cupiditas.* Casaubonus epist. 426. ad Scaligerum: *Mirum verò, tantoperè libellum nostrum tibi potuisse probari, qui profectò scriptus non erat, ut oculis tuis objiceretur. Sed novi infinitum illum amorem erga me tuum.* Idem epist. 50. ad Rittershusium: *Equidem is non sum, qui inanis gloriolæ cupidine ad scribendum impellar: sed neque cornea nobis fibra est: ut si quid nostri talibus viris placuerit, non lætemur.* Et epist. 192. ad Hœschelium: *DEUS meliora! quàm ut ineffabilis hic summi viri in nos amor nos corrumpat. Nobis studia & vigiliæ nostræ non alium jucundiorem hactenus*

attulerunt fructum ullum, quàm ut nos & nostra nôssemus. Fatemur quidem, fuisse illud aliquando tempus, cùm de nobis fortasse poterat dici, quod de Olori filio scriptor Thurius: sed conatus nostros non fortuna destituit, verùm arcana quadam supremi Numinis providentia tardavit, ac prope fregit. Putean. Promulſ. ep. 2. ad Bernartium: *Laudes istas non fero, queîs non minùs modestiam meam oneras, quàm industriam ornas: nec quisquam alius in me ferat, qui te modo, meque nôrit. Injurius autem mihi, imò tibi si ferat. Nam ita concepta illa elegantissimæ tuæ literæ sunt, ut incertum, studiosior in me laudando, an modestior fueris, teipsum deprimendo. Quorum utrumque aut amori, aut errori adscribendum est: amori, dum talem me vis esse; errori, dum esse putas, qualem describis.* Pic. Mirandulanus apud Polit. lib. I. epist. 8. *Quod proximis literis tuis tantoperè me laudaris, debeo tibi tantum, quantum ab eo absum, ut meritò lauder.* Adde epist. 19. 20. lib.

lib. II. epist. 1. & 9. lib. III. epist. 1. 8. 11. 19. & 21. lib. V. epist. 5. lib. VI. epist. 5. 7. 9. lib. VII. epist. 6. 11. lib. IX. epist. 7. lib. X. epist. 4. lib. XII. epist. 20. 38. & Cent. I. Misc. cap 90. Plures RESPONDENDI formulas quære in form. EXTENUANDI *supra*, & LAUDANDI in Testimoniis & Elogiis *infra*.

OBJURGANDI
VIDE
REPREHENDENDI

OBSERVANTIÆ TESTANDÆ FORMULÆ.

CAsaubonus epist. 80. ad Scaligerum: *Amare certè, colere, venerariq; absentem, nihil vetat. Id faciam dum vivam, summâ fide, &, ita dicam, religione.* Id. ep. 95. ad Canajum: *Facerem tibi gravem injuriam, si pluribus tecum agerem, ut me in tuam susci-*

pias clientelam. Ego verò pridem tuus sum; tu mihi jam per multos annos patrocinium tuum assiduè præbuisti: ego cultum, observantiam ac verum amorem & præstare conatus sum semper, & æternùm præstabo. Idem ep. 139. *Ego te niveo prorsus pectore colo, & vereor, ac pro tua tuorumq; omnium felicitate, τὸν μέγαν ἐν οὐρανῷ Θεὸν solicitare non cesso, non cessabo.* Et ep. 814. *Accipe fidum planeq; certum observantiæ pignus ab eo, qui in omni officii genere candorem simplicitatemq; suam ac constantiam tibi cupit esse probatam.*

PETENDI FORMULÆ.

CUm, ut docent Eruditi, aliæ *Petitoriæ* sint *Obliquæ*, aliæ *Apertæ*; & Obliquæ quidem, quibus aptâ quadam trepidatione ac verecundè admodum petimus: *harum* quidem formulas petes ex *Antonii* epistolâ ad Cic. lib. X. ad Attic. ep. 8. & *Cæsaris* eod. l. ep. 9.

ep. 9. Item *Bruti & Cassii* ad Famil. lib. XI. ep. 2. *Illarum*, è multis passim alibi. Egregia est ejusd. Cic. lib. VI. ep 6. & quam suam fecêre Casaub. ep. 100. Erasm. lib. II. p. 74. *Quia tua in me vel nota omnibus, vel ipsa novitate meorum temporum clarissima & maxima extiterunt; estq; animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, non dubitavi id à te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum, maximeq; necessarium.* Faciet huc illa Plinii lib. II. epist. 13. *Extenderem preces, nisi & tu rogari diu nolles, & ego tota hac epistolâ fecissem. Rogat enim, & quidem efficacissimè, qui reddit causas rogandi.* Casaubonus epist. 81. *Te ex lege sanctissimæ nostræ amicitiæ convenio, adjuves laborantem, & eruas alicunde aliquid futurum usui.* Et epist. 17. ad Scaligerum: *Vides, quàm familiariter tecum agam, Vir maxime; sed qui ita sim erga te affectus, ut tua causâ libentissimè omnia sim facturus, ausus sum (præsertim cùm aliter facere non possem)*

ſtus) *te hoc rogare*. Idem epiſt. 68. ad Bongarſium: *Advoco te in auxilium: fer ſuppetias, ſi me, ſi auctores illos amas. Quæſo te, habeas curæ hanc curam. Non dubito, quin ſi adnitaris, aliquid neſcio unde ſis inveſtigaturus, magno futurum uſui.* Et ad Scaligerum epiſt. 54. *Scribo ad te, ut novum beneficium, ſi pateris, extorqueam. Cupio enim (& cupio ſic, ut nihil unquam vehementiùs) mecum à te communicari, quæ haud dubiè in Athenæo ὁδοῦ πάρεργον olim obſervaſti: Hoc mihi te non eſſe denegaturum, quæ tua eſt humanitas & amor in me ſingularis, ſpero equidem atq; adeò confido.* Et ad eundem epiſt. 273. *O ſi poſſem à te idem beneficium in Athenæo quoq; impetrare! cur autem non impetrabo? aut cur tu cuiquam potiùs quàm mihi τοῦ περιουσίυματος τῆς σῆς παιδείας,* (abundantiæ doctrinæ tuæ) *copiam facies? Scimus, quomodo naſcantur tibi vel conclamatorum locorum emendationes. Quare oro te atque obteſtor, quæ habes in Athenæum & Polybium obſervata, ea velis*

velis nobiscum communicare. Adjicerem & Strabonem; nisi puderet me tantum oneris tibi imponere, neque enim nescio, quàm soleas esse occupatus, & quàm gravibus curis. Quod igitur commodo tuo fiat, petitionis meæ rationem ita habe. Idem epist.... post multas petitiones. *Viden' os aneum, frontem ferream mihi esse, qui te tam multa non dubitem rogare?* In MSS. hæc est: *De majoribus commentariis spem injecisti; quam hactenus in benevolentia tua colloco, ut facultatem eos describendi, si usus postulet, factum iri interpreter. Ideoq; cùm res meæ sic ferent, conduci aliquem curabo nummis meis, qui à te petat & describat. Tu autem, si lubebit, amicè concedes: sin; amicè negabis neq; me ob rusticitatem meam minùs ames. Eo sum ingenio, ut quæ ab amico sperare fas esse putem, fas esse putem & petere: & quia nihil per alterius incommodum adsequi cupio, non ægrè fero, repulsam, quoties, quæ postulavi, non nisi cum molestia concedentis tribui posse intelligo. Pari*

jure & ego cum amicis agere consuevi, quà possum, obsequor; ubi majore largientis damno, quàm accipientis emolumento quid petitur, nego: apertè omnia & simpliciter.

Carmen à Scaligero sic *petit* Casaubonus ep. 17. *Non possum dissimulare, exambire me, ut editio nostra Suetonii aliquo tuo elogio ornata prodeat. Potes vel disticho, potes vel versu uno ambitioni meæ satisfacere.*

Consilium in literis ita *petit* idem Casaub. epist. 80. ad Scaligerum: *Per ego te Dei hominumq; fidem obtestor, quæ habes in Athenæum & Strabonem, ea nobiscum communices. Quod possum pretium summum, id offero tibi, meipsum æternùm futurum tuum. Suscepi & Spartiani editionem, non sanè viribus propriis fretus, sed Doctorum adminiculationibus. Appello igitur tuam fidem, mi Scaliger, firma nutantem, & labanti manum porrige.* Et epist. *Mitto ad te, quæ in hoc genere sumus meditati. Tu eris, si tanto honore nos dignatus fueris, nostrorum scriptorum*

non

non solùm κανὼν, *sed etiam* κόπις. Et ep. 209. *Verùm age, per Deum immortalem te oro atq; obtestor, rudes conatus nostros adjuva; & hoc mihi præsta, ut ope tua assequamur in scriptore difficillimo, quæ ne proprio intelligeremus Marte, frigidus obstitit circum præcordia sanguis. En cupidissimum discendi discipulum. Tu modo* τῆς σῆς διδαχῆς ἀξίωσον ἡμᾶς (dignare nos doctrinâ tuâ.) *Testor supremum numen, præ tanto bono omnia mihi* Ταντάλȣ τάλαντα *fore non nauci.* Et epist.... *Obtestor bonitatem tuam, ne molestiam docendi me velis defugere, nec te pœniteat facilitatis &* χρηστότητος, *quam hactenus sum in te expertus.* Lipsius II. ep. Q. 3. *Et mihi discendi cupiditas innata est, & tibi, Vir Nobilissime, docendi facultas: quem ita versatum cum cura in omni genere scriptorum scimus, ut possis tuo jure dicere, quod ille Apollo Ennii:*

--- à me omnes Belgæ consilium expetunt
In literis incerti: quos ego meâ ope ex

ultrò cœperis diligere, eum tui studiosissimum & semper amantissimum destituere. Illud rogo, nostra studia velis adjutum, & eorum, quæ habes quam plurima, quibus ornari & augeri tuo beneficio nostra opera res literaria potest, nonnulla communices; multum nostra studia recrearis, si ad tuam amicitiam & Bibliothecam instructissimam aditum mihi liberum patefeceris. Idem ep. 86. ad Verderium à Vauprinas: *Et eruditionis tuæ & inclutæ illius, quam habes, Bibliothecæ fama impulerat me pridem, ut tibi innotescere, & studium cultumq; meum offerre cuperem. Eum enim esse te, Vir Clarissime, ex multorum sermonibus intellexeram, qui cùm plurimum posses literis & illarum cultoribus prodesse, voluntatem facultate inferiorem non haberes. Facilè igitur in eam spem adducebar, si contracta semel inter nos notitia esset, parata mihi in tua bonitate certa præsidia, ad ea præstanda, quæ, nisi fallimur, bono multorum veterum Scriptorum pridem conamur.* Mox: *Te oro, atq; adeò si pateris ex illa pol-*

pollicitationes; velut ex syngrapha, te adpello ac convenio, ut, qui habere te audio Polybii exemplar manuscriptum, id nobis utendum concedas.

Officii petendi formulam ferè habes in illis ejusd. Casaub. ep. 138. ad Patres Synodi Salvendis: *Officii mei esse duxi, has ad vos scribere, meæ adversus universum ordinem vestrum, & privatim erga unumquemque, summæ observantiæ testes. Cujus animi cùm mihi conscius ipse sim, facilè venio in eam spem, fore neminem è vobis, qui me benevolentia sua indignum judicet. Atque ut sciatis ex animo loqui me, neque, ut ait Poëta,* ἕτερον μὲν κεύθειν ἐν φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζειν, (aliud mente occultare, aliud profari) *en me totum in vestra potestate. Videte, quæso, & vobiscum deliberate, ecqua in re opera mea publicè Ecclesiæ Dei, cujus administratio vobis commissa est, utilis esse poterit. Ego me spondeo sancteque recipio, vestris consiliis me obtemperaturum, & pro virili effecturum, ut voluntati vestræ per me satisfiat. Equidem ita sum* à na-

à natura comparatus, ut studiorum & vigiliarum mearum nullum unquam alium finem mihi proposuerim, nullam aliam mercedem aut speraverim, aut optaverim, quàm ut illarum aliquis fructus ad σεβασμιωτάτην (maximè venerabilem) *matrem Ecclesiam rediret. Novit ὁ καρδιογνώστης DEVS, hac re nihil mihi jucundius, nihil gratius, dum adhuc terras colam, posse contingere.*

Respondendi formulam constituere potes ex illo Cic. lib. I. ep. 6. *A me omnia in te studia officiaq; expecta; non fallam opinionem tuam.* Et lib. I. epist. 9. *Quòd a me de tuis rebus domesticis scribis; quacunque mihi commendas, ea tanta mihi curæ sunt, ut me nolim admoneri, rogari verò sine magno dolore vix possim.* Et lib. II. ep. 10. *Omnia volo à me postules, & expectes. Vincam, si potero, meis officiis cogitationes tuas.* Idem ad Nonium: *Posthac, quod voles à me fieri, scribito. Vincam opinionem tuam.* Huc refero illas omnes, quibus BENEVOLENTIAM testa-

testamur. Casaub. epist.... ad Scaligerum: *Utinam mei vicissim affectus tibi testandi detur aliqua occasio. Experieris non indignum amicitiâ tua, quam ultrò, quæ tua est humanitas, prolixè mihi obtulisti. Age, fac periculum: & si quid tua causâ possum, ne dubita, me tibi defuturum.* Idem Epist. 791. ad Meurs. *Nihil ab ipso petes, quod non statim sis impetraturus,*

Ει δύνα μαίγε τελεῖν, ἢ οι τετελεσμένον ἐςί,

(Si perficere potero, & est tale, quod perficiendum est.)

Et epist..... *Mihi verò hac re nulla erit unquam* μᾶλλον περισπούδαςος, (majore curâ expediunda) *quàm ut tibi, quibus rebus cunque potero, gratificer.* Item epist. 300. *Præcipuam soleo voluptatem capere, quotiescunque aliquid ex animi tui sententia tibi evenisse intelligo.* Item epist. 379. *Mei nominis oblivio me potius capiet, quam ullam prætermittam tibi inserviendi & mandata tua exequendi occasionem. Quin id nunc ago, ut quæram sedulò, si quid lateat*

lateat in nostris forulis, quod possit tibi esse usui. Et epist. 389. *Mihi quidem hoc gratius nihil possit contingere, quàm si ulla in re operam meam tibi esse utilem animadvertero. Velim certè persuasissimum habeas, non aliam fidem, imò pietatem in exequendis jussis tuis adhibiturum me semper, quoties aliquid imperaveris, quàm qua eum deceat, qui te parentis loco pridem veneratur. Quare si quid est, quod curari hîc velis,* ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, (dic, ne celes in animo) *mihi jussa capessere fas est. Neque verò occupationum mearum rationem habueris; omnia enim lubentissimo animo* δεύτερα τῆς σῆς κελεύσεως θήσω, (post jussa tua ponam.) *Qui non sunt hoc modo adversus te affecti, eos ego nunquã dignos putavero, qui inter* γνησίους παιδείας ἐραστὰς (genuinæ doctrinæ studiosos) *nomen profiteantur suum. Utinam majus aliquid tua causâ possem; scires quàm sis mihi* ἀντίψυχος (animo charus.) Idem ep. 557. ad Pochellum: *Si quid est, quod possum (possum autem non multum) confidas velim, nullâ*

la re mihi defuturum. Et ad Velserum epist. 74. *Rogatus sum ab Hœschelio, si quid in Museo haberem, quod usui tibi esse posset, id tecum vellem communicare. Ego verò, si quid ejus generis haberem, vel ambitiosis precibus te orarem, ut illo uti velles.* Et epist. 16. *Ne tu me non nôsti, qui diu te contatione ais impeditum, quo minus à me istud peteres. Si tuæ voluntatis ad me vel tenuis ulla suspicio pervenisset, ademissem tibi pridem dubitationem omnem, tibiq; studia mea prius obtulissem. Quid enim mihi queat esse jucundius, quàm inservire tibi; h. e. bono publico.*

AD PETITIONEM CONSILII.

IN te literaria responsionem suggerit Idem ep. 281. ad Porthæsium: *Ego verò te consulere quàm à te consului malim. Tu enim major, tibi me est æquum cedere. Quod & lubentissimè facio; nec tibi solùm, vel propter ætatem (ut de eruditione nihil dicam) viro venerando: sed*

sed verò etiam cuivis è trivio, qui me aliquid docere fuerit paratus. Equidem non inficias eo, quantum per furorem nostrorum plùs quam civilium bellorum licuit, id sedulò egisse me, ut aliquid addiscerem; sed omnium laborum meorum hic jucundissimus ad me redit fructus, quòd descendere in memet didicisse videor, & nôsse, quàm sit mihi curta supellex. Ingentem enim ac prope infinitam discendi cupiditatem, qua flagramus, facultas comitatur oppidò quâm tenuis. Et ad Molæos fratres epist. 294. *Quaritis super amorum magistri versibus sententiam nostram. Nos non ita sumus* τὰ ἐροτικὰ δεινοὶ, *ut arcana ejus doctrinæ omnia calleamus. Scitè admodum ac verè* ὁ θεῖος *Plato in Poëtarum interpretatione* περὶ τῶν περὶ ἅμαξαν τοὺς ἁμαξοποιοὺς, (de rebus plaustralibus fabros plaustrarios) *censuit consulendos:* περὶ τῶν κεραμικῶν καὶ τεκτονικῶν τοὺς κεραμέας καὶ τέκτονας, (circa figulina & fabrilia figulos & fabros.) *Quin igitur potiùs de amatorio poëmate alium in consilium adhibetis.* Scalig. epist. 3.

Quia

Quia tantum apud me valet oratio tua, ut tibi aliquid negare nefas esse putem, dicam, quod sentio, non ut docere te, sed ne ut non tibi parere videar. In MSS. reperio: *Judicii, quod super desperatis aliquot locis me rogas, gratiam mihi facere posses, scio; & interest certè modestiæ meæ, ut expectari à mea exiguitate aliquid, quo* ἀγχίνοια (solertia) *& industria viri exactissimi adjuvari possit, deprecer: sanctissimorum verò morum tuorum, ne amori potius, quo me complecteris, quàm meritis meis, quæ infra mediocritatem etiam consistunt, satisfacturus, majora & plura* πέραν τοῦ δέοντος (ultra necessitatem) *amico tribuere videri possis. Velim autem existimes, facilitati meæ & voluntati etiam in denegatis hanc constare rationē, quòd & desiedriis tuis obsequi in omnibus, & omnia dicta & facta mea tibi probari cupiam; quod dum enixè studeo, parùm curandum tibi erit, qua dexteritate & quàm feliciter exequar alterum, quod nimirum petieras; sed balbutiem meam de rebus obscuris libenter audies, & vel offen-*

offensionibus in hac caligine delectaberis & ignosces, si contingent, lapsibus; οὐ γὰρ ὁδὸς ἄτριπτος (hæc enim via nondum trita) & offendicula, quæ sensisti fortasse ipse, in ea multa.

PETITIONEM RECUSANDI FORMULAM

HAbes apud Casaubonum in ep. ad Polyandrum 803. *Facilè intelligis, non esse nunc tempus petitionis illius instituendæ, in qua poterat studium meũ & opera aliquid fortasse prodesse; nam equidem si ratio temporum ullo pacto pateretur, nullum officium fuissem prætermissurus, quod à viro bono & Christiano, atque eo amico, potuit sperari.* Huc referam modestam illam ad oblatum sive munus sive officium responsionem Casaub epist. 263. ad Thuanum: *Videris superioris epistolæ meæ verba in aliam partem accepisse, atque ego scripseram. Neque enim ita projecti pudoris sumus, ut munus tantum à*

te petere sustineremus. Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni. *Neque ita porrò desipimus, ut magnitudinem tuorum in me ac meos beneficiorum non intelligamus. Quamobrem oro te atque obtestor, parce, Vir summe, verecundiæ nostræ, & tanto hoc munere noli nos onerare. Satis est, quod jam apud te contraximus obligationis.*

REPREHENDENDI FORMULÆ.

INter quas refero INVECTIVAS, EXPOSTULATORIAS, EXPROBRATORIAS, REFUTATORIAS, & suprà Formulas ABOMINANDI. Quibus in argumentis cùm occupatiores sint homines ætatis maturioris, quàm juvenes; in colligendis id genus formulis brevior ero. Dictator Rom. apud Brunn. lib. I. Ann. pag. 67. milites sic objurgat: *Ubi illa heroica dicta essent, quibus hostem heri jugulâssent? pravo more illos in castris malâ linguâ, in acie timidis pedibus, triumphum quærere, manibus inte-*

interim otiantibus. Casaubonus epist. 673. ad Meursium: *Alius barbarus & agrestis nebulo nuper, pretio accepto, conscientiam prodidit.* Idem ep. 314. ad Scaligerum: *Legi his diebus, quæ in Persium Poëtam ante biennium bipedum arrogantissimus ludimagister cujusdam scholæ effutivit. Equidem sciebam, cùm librum in manus sumerem, nihil exquisiti ab illo morione esse expectandum; sed tantam hominis esse imperitiam, & tam stupendam asinitatem (non enim possum aliter vocare) putavi nunquam. Atqui scito, ante mensem dedecus illud hominis in publicum fuisse productum, & in eam cathedram impositum, ex quo olim Turnebi, Merceri, & alii summi Viri oracula edere soliti. Beatum te, qui hæc non vides.* Item epist. 408. ad Frehe-rum: *Amphiteatrum Lojolitarum vidisti. Ego ita sentio, interesse Reipublicæ, ne eximatur hominum oculis tam insigne momnumentum Jesuiticæ impudentiæ, συκοφαντίας impietatis erga Deum, contumeliæ in Reges & Princi-*

 pes,

pes, furiosi denique odii, quo literas & virtutem prosequuntur οἱ ἀλάστορες. Idem epist. 702. Sciopplum *strigem & mendaciorum cloacam* appellat. Item: *Scelestum genimen viperarum, fœtorem orbis, spurcitiem seculi, piacularem, belluam, hominem vecordem, asinum.* Erasmus ad Glareanum: *Non erat tanti viri, cujusquam impulsu sic debacchari in famam hominis ex animo amantis. Mea famæ non multum nocuisti, tua malè consuluisti.* Heins. in Horat. pag. 54. *Sosipater, qui Solœcum esse notat, nasum suum non consuluerat.* Casaubonus ad Suet. Ner. cap. 27. *Mirum, non potuisse extorqueri, ne doctis quidem hominibus, ineptam illam priorum Criticorum opinionem. Nam commentum hoc Torrentio ita placuit, ut suas ad hoc scriptum notas, hoc quasi emblemate voluerit esse vermiculatas.* Idem: *Librum hunc videbis brevi soricnâ naniâ confossiorem redditum.*

EX-

EXCUSANDI, sive RESPONDENDI FORMULAS habes apud Casaub. epistolâ 814. ad Canajum: *Noli verò, per Deum immortalem te obtestor, hanc moribus meis notam inurere, ut alterplicum hominum more aliud me corde sentire, aliud fronte promptum gerere existimes; non facio, non feci unquam, neque unquam sum facturus.* Et mox: *Quid? tu me adeò insanum judicas, ut contra mea commoda & meorum, qui vitâ mea mihi chariores sunt, animum in dissimulatione obdurem? O me vacui capitis, & judicii, si ita est, planè nullius! Sed & odio dignissimus sim, tot procerum & summorum virorum, qui pro sua in nos benevolentia & in literas amore, tantoperè, tam sæpe, idem quod tu à nobis, exegerunt. Omitto illius divini capitis* πειθανάγκας, *in cujus unius, secundùm Deum, potestate ac nutu omnes spes, fortunæ, vita ipsa nostra est posita. Huic ego tam benigno, tam clementi hero meo, sine ulla exceptione, morem posse gerere, ipsa mihi crede, vitâ mea vellem*

redemptum. Budæus apud Erasmum lib. I. pag. 24. *Hæc cùm inficiari nequeam, reliquum est, ut excusare quoquo modo contendam, cùm pœnam deprecari in animum non induxerim: tametsi ea criminosè non objeceris, utpote qui singulari dexteritate emendatoris usus, ea quæ planè vituperare jure tuo poteras, in laude interim ponas reprehendendo, ut hortari me magis certo quodam modo admonens erroris, quàm deterrere videare, & nihilominus circumspectiorem in posterum & emendatiorem reddere, si quando auscultare meliori didicerim. Quid igitur hîc primùm respondeam, &c.* Adde quædam in VENIÆ PETENDÆ formulis.

SILENTIUM INCUSANDI.

PLin. lib. I. epist. 11. ad Fabium Justum: *Olim nullas mihi epistolas mittis. Nihil est, inquis, quod scribam. At hoc ipsum scribe, nihil esse quod scribas: vel solùm illud, unde incipere priores*

res

res solebant: Si vales, benè est, ego valeo. *Hoc mihi sufficit, &c.* Adde ep. 2. lib. II. ad Paullin. Lips. lib. I. epist. Q. 10. ad Giselinum: *Scribam liberè. Nimium taces diu. Faciliùs à Sigalione vocem, quàm à te epistolam expressero. Quo merito meo? aut ut delabar ad Propertium; Quis te mutavit tantus Deus? Certè non hoc animi tui amica effusio, non verba pollicebantur, cùm proximè adesses.* Item ep. 14. *Apage, mi Lernuti. Ego verò non amo istam verecundiam, quæ te abstinuit à scribendo. Tot menses tu ex Italia redieris, & verbum nullum ad Lipsium? Hoc verum fuit? Per Giselinum me potiùs res tuas quàm per te cognoscere? Mihi crede, paraveram me ad acriter inclamandum.* Casaub. ep. 135. ad Bongarsium: *Etiamne in illud niveum pectus tuum nostri penetravit oblivio? Sapientis, ajunt Sapientes, non est dicere,* ὐκ ἂν ὤμην, (non putâram.) *Ego verò fateor, suspicatum esse me nunquam, fore, ut tam raras ab amicis literas acciperem.* Ep. 140. ad Lectium: *Tertium jam*

men-

mensem siles, & ne lacessitus quidem respondere dignaris. Haeccine data fides? hoc sperare à te potui, quem ego plus meis hisce oculis amo, quiq; ἰσῳ ζυγῷ (pari jugo) *à te amari me semper credidi?* ἀδικεῖς ὦ τὴν (Ellipsis): Injuria afficis, O illam scil. φιλίαν, amicitiam) *& gravius quidem fortasse, quàm facilè tibi persuadeas. Mihi enim, postquam à te discessi, in mœrore & squalore vita hactenus acta est: neq; ullum aliud doloris levamentum, quàm in suavissima, O meus amor, tui recordatione aut tuarum lectione.* Et ep. 147. *Siccine te veteris amici memoriam abjecisse?* ἀδικεῖς ὦ τὴν, *& facinus facis non bellum. Scio quidem otio te non abundare: sed nunquam te sic impeditum putabo, ut duo saltem verba exarare, & vel tantùm scribere, quod scribere non possis, tibi si lubeat, non liceat. Habemus & nos, quod jure causemur; verùm ea est amoris in te nostri vis, semper ut tibi vacemus. Itaque aut nunquam, aut raró factum, ut oblatam scribendi ad te occasionem non arriperem*

ripuerim. Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, (sed hæc quidem contingere sinamus, tristes licèt) Epist. 25. ad Dousam: *Tuas, nobilium juvenum decus, paulò frequentiores expeto simul expectoq;. Nihil enim jucundius mihi, nihil gratius accidere potest, quàm si, quando aliter non possumus, hoc saltem modo invisamus nos, & invicem colloquamur. Equidem etsi soleo esse occupatissimus, tamen in colendo hoc genere officii tecum, ne meam diligentiam possis desiderare, sedulò cavebo; tu, ut parem mecum ponas calculum, vide: aut ne me ita accendisses in amorem tui.* Et ad filium ep. 645. *Oro, non jam ut alios, sed ut teipsum imiteris, & hac in parte sis semper diligentissimus. Me ut vincas diligentiâ, tibi contendendum erit strenuè. Nam ego me vinci in eo genere, ne à filio quidem patiar. Faxit ὁ Θεάνθρωπος* Christus, *ut semper occasionem habeas lætam scribendi ad lætos parentes.* Epist. 577. ad Meursium: *Bonorum amicitias debere esse æternas, scitum est* τῶν πάλαι

σοφῶν (veterum sapientum.) *Mihi tecum à multis annis amicitia est instituta, quam cupio perennem manere; & idem quoq; non nolle singularis tua mihi spondet virtus. Eò magis sum equidem admiratus, te, postquam isthuc rediisti, nihil quicquam literarum ad nos misisse; certè nullas ipsas accepimus.* Et ep. 638. *Damno utriusq; nostrum silentium. Non stabit per me, quin posthac frequentiâ literarum sarciamus præteriti temporis jacturam. Tua studia magna mihi curæ sunt.* Ep. 141. ad Joh. Pinaldum: *Diu est, cùm tuas expecto. Respondi enim non semel novissimis, quas à te accepi. Etsi autem non clam me est, magnis multisq; negotiis solitum te occupari; nihilominus tamen peto à te, scribas ad nos de tuo & omnium tuorum statu quàm sæpissimè; hoc mihi facere nihil gratius potes. Ego vicissim eam præstabo diligentiam in scribendo, ut queri de me non queas, quanquam (nisi vehementer animi fallor) ea nos manent tempora, quibus difficillimum sit futurum nobis hoc literarium commercium exercere.*

Cone-

Conemur tamen obsecro, & mutuum amorem crebris allocutionibus, si fieri ullâ ratione potest, focillemus. Et ad Scalig. ep. 248. *Ecquid futura mihi apud te liberioris dicti parata venia? Spero equidem: novi enim &* ἔμφυτον (insitam,) *tibi bonitatem, & vehementiam tui erga nos amoris. Hac fiduciâ dico tibi* διαῤῥήδην (apertè) *nullis ambagibus, videri mihi te à moribus tuis discessisse, &* ὐκ οἶδα, ὅπως ἄλλος γεγονέναι ἐξ ἄλλυ (nescio quomodo alium ex alio factum esse.) *An non ita est? planè ita.* Ἄφωνος inquam, ἐξ ἐφώνυ (mutus ex vocali) *factus es. Videris ipse, quæ te mala Circe mutârit. Ego rem factam queror,* καὶ μάλα ἀχνύμενος, (& maximè tristis.) *Crucior enim animi tam longa, tam insolitâ literarum tuarum expectatione. Atqui solitus eras hoc quoq; officii genere diligentiam nostram longè superare.* Et ep. 221. *Angor non mediocriter ob raritatem literarum tuarum. Scis, quàm sit amor, utiq; vehemens, soliciti timoris plenus.* Idem epist. 315. ad Lipsium: *Cur ego jucun-*

dissimo, & *exoptatissimo hôc amicitiæ nostræ fructu jam integrum annum careo.* Et ad Molœos fratres epist. 287. *Quòd longo adeò tempore nullas ad me dederitis, equidem quam in partem interpretari debeam, anceps animi interdum hæreo. Scio, vix cadere in candidissimos vestros mores, ut quem affectu non mediocri complexi aliquando estis, ejus memoriam ita repentè ex animis vestris deleretis; & tamen diuturnioris hujus silentii causam aliam non esse* μεμψίμοιρ(ος) (querulus) *aliquis, haud forsitan sine ratione, suspicetur. Ego non ita; qui, vel quòd mihi ipse blandior, vel quia de virtute vestra secius aliquid cogitare nefas duco, omnia alia fingere potius constitui, quàm de vestra in amore mei constantia vel mediocriter dubitare. Enimverò malè jacta sint oportet illius amicitiæ fundamenta, quæ propter intermissum scriptionis officium labefactari, nedum solvi metuat. Quamobrem etsi mihi semper literæ vestræ charissimæ sunt futuræ, hujus tamen officii ultrò gratiam vobis facimus, ne*

vel

vel tantillum ejus temporis, quod totum studiis vestris dicatum est, vobis pereat. Epist. 77. ad Thomsonem: *Diu expecto literas tuas,* ὦ τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὸ ἥμισυ (ô dimidium animæ meæ!) *Miror, quid sit, quòd tam diu sileat tuus amor, & refrixisse illum ne suspicatus quidem unquam sum; humanæ potiùs sortis memor, fingo animo sexcenta pericula, vel tua vel earum, quas ad me dedisti.* In MSS. sic lego: *Expecto, quibus me bees, crebriores. Muta enim charitas simulachrũ repræsentat contemnentis. Amicitia, quæ in vocem non prorumpit, nec officium complet, nec contestatur affectum.*

EXCUSANDI seu RESPONDENDI Formula reperitur apud Ciceronem lib. I. epist. 7. ad Fam. Casaub. epist. 47. ad Lydium: *Tarditatem hujus responsionis noli mirari; nam & tuæ literæ gradu planè testudineo iter sunt emensæ; & ego, qui ante mensem illas accepi, ex eo tempore fui semper occupatissimus.* Epist. 506. ad Vassanum: *Si priùs datum esset aliquid otii, responsionem ad tuas non tam diu distulissem. Sed me*

curæ assiduæ ita conficiunt, ut nullum supersit vacuum tempus, quod amicis impendam, nisi illud ἐγκυκλίοις (continuis ac redeuntibus) *occupationibus surripiam.* Idem epist. 224. ad Tornæsium: *Ain' tu? quaternas ad me literas dedisse? At ego sanctè tibi affirmo, unas solùm tuarum in meas venisse manus. Si fallo, tum me non ille fabularis Jupiter, sed ὁ ὄντως Θεός. Quid? tu me putas tamdiu tibi debiturum fuisse responsum? supra modum aut inhumanus sim, aut officii negligens: quorum neutrum velim posse mihi verè objici; & spero sic hactenus vixisse, ut non possit, &c.* Et epist. ad Scaligerum: *Per literas tecum agerem sæpius; sed non tam occupationes meæ me impediunt, quàm terrent tuæ, quas scio esse gravissimas. Est mihi enim religio vel ἀκρές τι τοῦ χρόνου* (tantillum temporis) *à melioribus curis te avocare; quamobrem cupiditati meæ fibulam impono.* Epist. 687. ad Thuanum: *Peto à te etiam atque etiam vehementer, ne clientulo tuo hanc stultitiæ notam inuras, imò*

imò verò impietatis, ut me existimes propter locum mutatum animum mutasse, & illius suavissimæ dulcedinis esse oblitum, quam patriæ charitas fruentibus patriâ sua etiam barbaris hominibus solet conciliare. Item ad Bongarsium epist. 81. *Ignarus ubi gentium esses, & quæ te haberent terræ, responsum hucusq; suspendi.* Item epist. 159. ad Colladonum: *Omnia postponam, quò possim id nomen expungere. Mei sanè moris non est, in isto genere officii (sic enim existimatur) lentum esse procrastinatorem.* Item ad eundum epist. 124. *Amabo te, dic sodes, serio an per jocum illa scripsisti, quæ in tuis literis questus de me es? Visus enim de animo in te meo dubitare. Tu verò ἀδικεῖς ὦ τὰν τὴν φιλίαν & ipsum φιλίας προστάτην Θεὸν τὸν φίλιον.* Idem epist. 103. ad Welserum: *Quod alioquin bona & lenta nomina postulare solent, ut dies solutionis proferatur, id sine me, quæso, à te impetrare. Memorem me, crede, experieris debitorem, & cui non sit vellenda auris. Pro flagitatore erit, quà summus*

amor iste meus, qua voluptas illa ἄφατος (ineffabilis) *quam ex tuarum lectione percepi.* Epist. 275. ad Canterum: *Literarum infrequentiam mearum si inconstantiæ meæ in tui amore & cultu putas esse argumentum, næ parum aut ingenium meum aut præsentem statum nôsti. Nam animus quidem adversus te noster is est, eritq; semper* ὄφρα γούνατ' ἐρώρει (donec genua movebuntur) *qui fuit hactenus: imò quem par erat comitari opinionem, quam de tua virtute & singulari eruditione habemus. Sed ne faciam semper paria cum amicis in hoc scribendi officio, multa me impediunt. Valetudo toto fermè anno hoc adversa.* Id. epist. 154. ad Rittershusium: *Oro te per Deum* τὸν ὄντως φίλιον (veræ amicitiæ præsidem) *quidvis potius putes silentii mei causam fuisse, quàm ullum frigus mei in te amoris. Nam ille quidem, ut semper, & viget & fervet. Valetudinem potius accusa, quæ diu me exercuit, & nunc quoq; parum prospera, &c.* Idem ep. 169. ad Saracenum: *Possem causari multitudinem negotiorum,*

rum, quæ me ferè semper distrahunt; sed malo culpam deprecari, & te rogare, ut negligentiam meam interpreteris clementer. Puteaṇ. Promulſ. epiſt. 16. ad Heribertum Rosweydum: *Hactenus silui; sed, si veram causam quæris, fiduciâ quadam amoris. Ut oblivionem tui dicas, cave sis. Ego te unum cogito, te unum desidero; & hoc magis, quia longinquum. Interdiu & internoctu mihi dulcissima tua imago obversatur: inter legendum, inter scribendum. Nihil rectum, nihil pudicum mihi stylus expressit, de quo, post conatum meum, censuram tuam non finxi: nihil aut amœnius lectu, aut difficilius intellectu comperi, cujus te participẽ judicemq; non optavi.* Id. ep 26. ad Joan ab Holland: *Cañsam silentii mei, tuum dico, mi Amice: Ideoq; si peccatũ censes, veniam errori meo concedes, ut tuo tribuas. Sed velim ne censeas. Quorsũ enim scriptionis illis vinculis & legibus adstringimur sanctissimi amoris. In amicitia nihil coactũ est, nisi hoc unum sit, quòd si quẽ bona causâ semel amicum, perpetuò habeamꝰ. Affectũ inter absentes qui*

qui literarum quodam fomento alendum censent, quid nisi leviter amant? quid nisi legem quandam sibi imponunt, quam exigant? Hinc suspicio ex silentio: primum si sterilis scriptio est; deinde si morosa responsio. Ex suspicione autem querela: Fidem violatam, Amicitiæ fœdus ruptum. Ad summam, haberi uterque incipit, qui cœperat videri. Nos fugiamus; & charitatis symbolum in affectu, non in literis ponamus, ut rectè ponamus; in re ipsa, non in signo, quod alienis quoq; culpis obnoxium est, præsertim si longius mittatur. J. Crucius lib. I. ep. I. ad Patrem: *Tabellariorum hinc ad vos euntium infrequentia facit, ut paulò insolentior sim in officio hoc literario. Silui fateor, ad tempus. Sed si quid in eo delictum, dabis hanc culpam locorum intervallis. Gestio enim quacunq; occasione paternam in scribendo promptitudinem, nunquam non simillimo munere abundè remunerari: quanquam nemo est tam timidus offensorum, qui non in illas, dum vivat, incidat. Sed unum hoc peto, ut animum meum referendi officii*

cupi-

cupidum metiaris, non raritate literarum, sed propensâ scribentis voluntate, quæ in ratione meæ erga te observantiæ, paginam utramque facit.

VALEDICENDI FORMULÆ.

FAciet huc illud Casaub. epist. 146. ad Scaligerum: *Animo deficio, cùm cogito, quàm bonam discendi occasionem amittam, qui tam longè à te abeo; præsertim quoties cogito, ea tempora imminere, exigua ut spes sit, aut nulla potius, exercendi inter nos literarum commercium. Itaque in solas terras venire mihi videor; & licèt alibi magnam in me benevolentiam experiar, tui tamen desiderio, aut certè literarum tuarum, sic crucior, ut ipsa propè vita mihi sit acerba. Interim quam optimè vale.* Item illud Manutii ad Cic. *Dum à vobis proficiscor, rogarem, ut me amare absentem perseverares, nisi scirem illud Philosophorum: Virtutis exercitationem parere lætitiam, & semper amare eum, in quo vera fides semel exercitata est.*

Huc

Huc pertinent duæ Orationes, habitæ ab Joh. Comite ab Ostrorog, & Joh. Firlejo Barone, valedictoriæ, quæ reperiuntur in Panegyrib. Altorfinis primò editis Anno 1581.

Respondendi Form. quæ & προπεμπτικὴ dici potest, non unam excerpsit è variis, iisq; elegantissimis *Himerii* Propemticis, *Photius in Bibliotheca.* Videndus & *Nazianzenus epist. 50. ad Olympium, Cappadociæ Præfectum.* Casaub. ep. 113. ad Bongarsium: *Felicitatem hujus itineris quòd gratularis, ago gratias. Certò scias, quò longiori nunc disjungimur intervallo, eò impatientiùs amari te à nobis. Enimverò* ante leves pascentur in æthere cervi, *quàm noster hic amor aut mutet aut nutet, nedum minuat. Sola est, quæ sanctissimæ amicitiæ, pridem inter nos coalitæ, vincula sit resolutura, mors.* Et ep. 140. ad Lectium: *Mihi postquam à te discessi, in mœrore & squalore hactenus vita acta est: neq; ullum aliud doloris levamentum, quàm in suavissima, O meus amor, tui recordatione, aut*

tua-

tuarum lectione. Mirum dictu, quàm se quotidie meus in te exerat affectus, & recrudescat quotidie ille dolor, qui animum meum vulneravit, cùm tibi valedixi. Et tamen spe aliquâ sustentor, si Deus votis faverit, fore aliquando, ut aut hîc, quod optant omnes, aut isthic, quod potius velim, unà simus futuri. O illum beatum diem, qui te mihi, me tibi redditurus est! Et epist. 117. ad Canajum: *Venio ad iter tuum, quod me quam habeat solicitum, noli quærere. Si animum meum nosti, illud quoq; nosti, tuæ fortunæ meam quoq; fortunam alligatam esse. Noli igitur dubitare, pro celebri & fausto tuo reditu Dei O. M. aures me esse fatigaturum. Duit ille tibi, O meum decus unicum! & pervenire quo tendis, feliciter, & perficere, quæ φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς, celeriter, & mox in uxoris amplexus redire quàm citissimè: ut rebus omnibus ex omni sententia ritè confectis, Reipubl. commissa tibi gubernacula, quod hactenus fecisti, tractare & regere quàm felicissimè & diutissimè possis, γένοιτο, γένοιτο.*

Ha-

Habeo in ἀνεκδότοις responsum eloquentissimi Viri ad Theologum quendam, à quo ad Disputationem valedictoriam examinandam invitatus fuerat, planè huc faciens: Vellem equidem, compellatio atque invitatio ista tua ad disputandum, quam honorificentissimam mihi duco, ultima atq; postrema in hac Academia non esset. Ita namque licuisset mihi eâ uti Formula, quâ sæpius ante hac ad te usus fui, ut spatium aliquod laxius temporis cogitandi de tam sublimi atque divino argumento mihi concederes atque tum si quis nodus vindice dignus occurrisset, tu pro singulari ingenii tui acumine, exactaque rerum divinarum cognitione, dubitationem atque scrupulum mihi omnem eximeres. Nunc cùm petitioni & ampliationi istæ meæ locus propter præmaturum discessum tuum nullus sit reiectus: tamen vel eo nomine gratissima mihi compellatio tua ad aures accidit, quòd occasionem mihi præbet, quanti ego studium tuum in hac palæstra disputandi, teq; ipsum sem-

ſemper fecerim, publicè declarandi, eademque operâ ſupremum quaſi-Vale ex hoc loco tibi dicendi. Quod ut præſtem prolixiori oratione, opus non eſt: *Eſt eniim oratio rebus dubiis inventa*, ut veriſſimè à veteri quodam autore dictum eſt. Nihil autem minus dubium eſt, quàm vel tua in hanc Univerſitatem merita, vel mutuus inter nos amor, ſanctèque culta per aliquot annos amicitia. Cujus imago,

Ut eſſe Phœbi dulcius lumen ſolet
Jamjam cadentis---

ita propinquo corporum noſtrorum diſcidio, abituq; tuo, ſolito formoſior amabiliorque animo meo obverſatur. Et quidem quod ad tua in hanc Univerſitatem beneficia attinet, illorum memoria in nobis non prius quàm vita extinguetur. Ea namq; duas maximè ob cauſas plurimum ſe tibi debere perpetuò fatebitur; & quòd celeberrimorum Europæ Virorum atq; Doctorum, quos ab ipſis incunabu-

nabulis Universitas hæc sortita fuit, successionem atque seriem in ea interrumpi adventu tuo prohibueris; & quod rectam accuratamq; docendi de rebus divinis rationem, quæ, sicut omnibus harum rerum intelligentibus visum est, antea sine hospitio atq; lare vagabatur, primus in auditoria ista induxeris, inque suis eam sedibus stabilique domicilio collocaris; denique solâ nominis tui celebritate effeceris, ut non tantùm brevi tempore ad summam dignitatem Theologia in hac Universitate adsurgeret; verùm etiam studiosissimorum ab ore docentis pendentium juvenum undam vix ampliùs locus, ubi docebas, caperet, parietesque propemodum ipsi ac subsellia mirarentur. Quarum rerum causâ cùm omnes tibi æquum est, quibus Universitatis hujus incolumitas cordi est, magnam gratiam habere; tum inprimis ego, de quo privatim quoque præclarè meritus es, & alii collegæ tui, plus etiam quam pro civili parte obligati sumus, minimè ignari, quan-

quantum detrimenti ex divortio isto tuo ad Rempubl. literariam redundare possit. Sed nolo pluribus verbis uti; ne si hæc aliaque similia commemorare cœpero, ea, quæ splendidiora fieri oratione debebant, vel culpâ ingenii deteram, vel minora vero faciam. Radiabunt illa luce suâ, & in oculis hominum etiam te absente versabuntur, quin etiam in posteritatis gratæ (si tamen aliqua futura est) memoria hærebunt. DEUM Immortalem toto pectore veneror, ut gratias, quibus nos vel agendis impares sumus, tibi vice nostrâ cumulatissimè referat, teque sospitem ac valentem, memoremque cumprimis Universitatis hujus, & quos in eadem relinquis amicorum, sedi, quam elegisti, restituat, ac, quod in voto Christianorum præcipuum esse debet, consilia omnia atq; studia tua porrò quoq; ad sanctissimi nominis sui gloriam & Ecclesiarum, quibus deinceps præfuturus es, utilitatem, immortali cum laude tua, clementer dirigat. Postremò

mô, ut eò, unde progressa est oratio mea, redeat, iterum atq; iterum pro compellatione amoris & honoris plenissima, gratias tibi ago, ignosci mihi petens, si & frigidè idipsum faciam, nec petitioni tuæ satisfaciam, quam nunquam deinceps in hoc loco irato Universitati nostræ Deo iteraturum novimus.

Aliud genus Valedictoriarum solenne omnibus Epistolis quibus scil. finiuntur, verba gratiâ: *Vince & vale, Deum precor, ut te servet*, &c. Casaub. ubiq; Græcas adhibet: *epist. 804. Vale, & nos* *φιλοῦντας σε ἀντιφίλει*, epist. 806. *Deus Opt. Max. te cum tuis* *εἰς πολλοὺς πολλῶν ἐτέων κύκλους* *servet*. Epist 262. *πάλιν αὖ καὶ πάλιν ἔρρωσο*. Epist. 235. *DEUM rogo, ut tibi liberali manu* *πᾶσαν παντοίων ἀγαθῶν ἰδέαν* largiatur. Epist. 342. *Vale ὦ αὐτάδελφον ἐμοὶ κάρα*. Epist. 122. Vale θεοφιλέστατε Epist. 522. Deum immortalem supplex veneror, ut te servet ἐκτὸς πημάτων ἔχοντα πόδα. Epist. 247. *Vale & vive quàm diutissimè* *αἰὲν ἀριστεύων* *&*

ὑπεί

ὑπείροχος ἥλικος ἥβης. Ep. 318. *Vale* προσφιλέστατε καὶ τριπόθητε. Ep. 747. *Vale* καὶ εὐημερῶν διατέλει. Epist. 47. *DEUS immortalis te servet per JESUM Christum* τὸν μονώτατον σωτῆρα τοῦ κόσμου. Epist. 559. *Ita vivas lætus*, καὶ ἐν πᾶσιν εὐημερῶν, *multa annorum lustra.* In MSS. has invenio formulas: *Nunc tandem mi charissime* οὖλε δὲ καὶ μάλα χαῖρε: Θεοὶ δέ σοι ὄλβια δοῖεν. Item: *Ego te optimè valere & salvum esse quàm diutissimè opto.* Item: *Vale mi charissime, Deus tibi*

Concedat, summâ quicquid virtute mereris,
Perpetuoq; ratum, quod dedit, esse velit!

His plerunque cum subjiciantur SALUTATIONES, non adeò incommodam hîc quoque habebunt sedem. Casaub. ep. 337. in fin. *Amicissimum Heinsium* ὑγιαίνειν καὶ εὐημεροῦντα διατελεῖν *cupio optoq;.* In MSS. *Imponi tibi ne gravare sarcinam salutationis nuncupandæ Viro Cl. N.* Item: *Vale & Vi-*

rum Clarissimum meo nomine peramanter amplectere. Putean. ep. 19. N. N. *multarum literarum & humanitatis Viro salutem adscribo.*

Respondendi Form. habes apud Putean. Promulsf. epist. 23. ad Casp. Pinellum: *Salutem quòd alieno ore nuncias, pergratum. Adjuvat enim votum mittentis, precatio dicentis.*

VENIÆ PETENDÆ FORMULÆ.

SCaliger epist. 1. *Cùm permagni intersit, quo tempore te interpellem, utrùm cùm tu in publico tuo munere docendi occupatus es, an cùm ab omni cura & negotio vacas: veniam abs te peto, &c.* Casaub. epist. 612. *Vale, & me ama, & si me amas, ignosce festinationi.* Et epist. 17. *Sed satin ego sanus, qui te tam diu à gravissimis tuis studiis avocem? parce quaeso Scaliger, venerandum mihi nomen, & da mihi hanc veniam, ut tecum aliquando garrire*

rire possim. Sic me DEUS amet, ut ego ex omnibus meis ærumnis conquiesco, cùm ad te scribo. Item epist. 180. *Sed abutor patientiâ tuâ. Vale igitur, Vir summe, & epistolæ hujus atque omnium mearum inelegantiam & ἀμουσίαν boni consule. Non enim, quia te parùm revereor, sic scribo ad te αὐτοσχεδιαστὶ καὶ ἐπισεσυρμένως* (non præmeditatè ac dissolutè) *sed quia diligentiùs & elegantiùs aut non possum, aut nescio.* Et epist. 255. *Te oro obtestorque, ut περιεργίαν* (curiositatem) *meam æquo animo feras.* Denique epist. 342. *Peto à te, ut bonâ tuâ gratiâ id mihi in re tua usurpare juris liceat.*

RESPONDENDI FORMULÆ.

ERasm. libr. III. epist. pagin. 146. *Rem oppido novam ex literis tuis accipio. Nesciebam te tam virgineo pudore præditum, ut ad me non ausis scribere. Sæpenumero vidi te rubentem,*

verùm ruboris causam non potui conjicere. Fac quamprimum frontem perfrices, & inutilem pudorem abstergas. Casaub. ep. 323. *De excerptis Fastorum miror tàm solicitè à te scribi. Adeon' ignotum me esse tibi, ut hoc nomine veniam tibi rogandus? Tune fieri posse existimasti, ut quod te velle rescierim, id ego nollem? Utinam* δέκα *mihi* γλῶτται, δέκα δὲ στόματα, *ut quâ te veneratione colam, quâ pietate amem, possem tibi significare.*

VOVENDI FORMULÆ.

Sub novi anni auspicium.

CAsaub. epist. 230. ad Scaligerum: *Hunc annum cum aliis quàm plurimis cupio & inchoari & exigi à te* ὡς εὐτυχέστατα.

In MSS. reperio: *Vellem ut velles, cum anno veteri finiri etiam cessationem tuam in eruditissimis literis tuis mecum communicandis (vetus quippe dictum*

dictum nosti: (Nihili cocio est) *utque meam erga te observantiam, ita tuum in me favorem amoremq; renovari hoc imminente. Quem tibi ego tuisque, optimo Reipubl. literariæ ac tuorum, quàm felicissimum decurrere precor. Tu verò fortassis strenam à me expectabas; & cœperam deplere Permessidos undam; sed nec secessus & otium mihi, nec ea animi alacritas, quam ad largos illius haustus requiri ajunt, & experimur quotidiè. Ejus vicem ecce tibi, &c.* Item: *Te interim valere jubeo, Deumq; precor, ut tibi cæterisq; benevolentibus meis hunc annum velit esse auspicatissimum, ipsisq; quod vel fortunæ vel felicitati meæ decedit, omne accedere patiatur.* Item: *Quod superest, annum novum, quem ante dies pauculos ingressi sumus, à DEO Opt. Max. omni felicitate ac prosperitate coronatum atq; refertum ex animo tibi tuisq; omnibus precor.* Item: *Cùm tabellarium hunc ad te aliis de causis mitti accepissem, eum sine literis meis in conspectu tuo comparere nolui. Scribendi*

 verò

verò causa non argumento aliquo necessario, sed moribus nititur populi Christiani, qui in hac anni velut infantia ab infante CHRISTO *prospera quæq; sibi mutuò exoptare, & , ut beneficio ipsius annare perennare liceat, comprecari solet. Sanctissimo utiq; majorum instituto, qui non aliunde, quàm ab auctore salutis & Principe vitæ rectius ista peti verum judicabant. Idem ergo, ut tibi, Vir Nobilissime, mihiq; favens & propitius sit, utq; novum hunc annum cum innumeris aliis affluentibus bonorum, gratiarum & honorum omni genere coronatum esse velit, ex animo precor.* Item: *Ad officium scribendi redeo, ipso anni tempore me admonente & aurem quasi vellicante. Novum quippe annum, exacto veteri, per Dei gratiam ingredimur, qui ut tibi tuisque, mihi item & meis felix, orbiq; Christiano salutaris sit, ex animo precor atque opto. Quod votum cum annis superioribus moris fuerit & consuetudinis, nunc necessitatis esse incipit.*

RE-

RESPONDENDI formulam talem reperio in MSS. *Elegantem epistolam tuam, quam more Christiano rectè à voto felicissimi anni auspicaris, accepi, & lubens legi. In ea n. ... multa fausta cum affluentia bonorum à summo illo Datore exoptas & precaris: ego eadẽ & majora tibi reprecor, ut Deus Opt. Max. nec solùm hunc, sed & alios innumeros annos tibi prosperos esse atq; te Reipubl. literariæ diu superstitem velit.*

NATALEM suum hoc omine sive voto prosequitur Casaub. epist. 163. *Monspelii, ante diem XII. Cal. Mart. ipso natali nostro XXXIX. ineunte, quem velit DEUS ita felicem illuxisse, ut ad publicam utilitatem & hic vitæ nostræ annus, & si qui alii futuri sint, referantur omnes.* Facient & ad epistolam nostram, qua supra Natalem Principi faustum precati sumus, illa *Mamertini in Genethliaco* Maximiani c. 2. *Et profectò hic mihi dies videtur illustrior, magisq; celebrandus, qui te primus protulit in lucem, &c.*

In MSS. reperio: *DEUM oro, ut quæ mihi interim, clementissimè jubente ipso, valetudo rediit, eâdem commoditate tibi tuisq; suppetat longùm, mi charissime. Hoc anteloquio complector scribenda, ut de tua sanitate & Natali tricesimo votum, ita de mea studi[illegible].* Item: *Idus Novembres, natalem tuum, faustas tibi & novæ felicitatis januam precor!*

In MORBO sic vovet Casaub. epist. 540. *Me solicitudo ingens de tua valetudine mirificè dies noctesq; cruciat. Postquam enim perlatus est ad nos de tua infirmitate rumor, non hora, non momentum ullum temporis præteriit sine suspiriis aut lachrymis meis. Neq; enim aliter eo nuncio sum affectus, quàm si parentis mei salus ageretur. Spero non cecidisse irritas tot bonorum & piorum virorum preces, qui vota assiduè faciunt pro tua,* Illustrissime Scaliger, *sanatione. Supplex Deum veneror, audiat nostras preces, efficiatq; pro sua infinita bonitate, ut ex hoc morbo brevi convalescas, & pristinis viribus*

rece-

receptis, ut quàm diutissimè, quàm felicissimè, ad promovendam ejus gloriam & labentem Rempubl. literariam fulciendam inter mortales agas: γένοιτο, γένοιτο. Et epist. 715. ad Erpenium: *Utinam epistolam accipiam, quæ fidem faciat tuæ* ὑγιείας *recuperatæ! DEUM immortalem oro supplex, ut te servet quàm diutissimè, & facultatem tibi det benè de studiis literarum merendi, quando dedit* καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ δύνασθαι. Putean. epist. 11. ad Trottum: *Deum precor, ut in bonæ valetudinis portum incolumis evadas.*

Cùm filius Thuano natus esset, hujusmodi voto Casaubon. occurrit epist. 227. *Quòd scribis de gaudio tuo ob natum puerum, nemo est bonus & Reipubl. amans, quem is nuncius non compulerit manus in cœlum tollere, & DEO Opt. Max. gratias agere, pro tanto hoc tamque insigni beneficio: quod utinam, iterumque utinam, firmum præstet nobis ejusdem Supremi benignitas. Scis vetus dictum Sapientis:* Τὰ μεγάλα τοῦ Θεοῦ δῶρα μέγαν ἔχειν φόβον. *Nos an-*

autem qui sumus, aut qui vivimus? aut quotus quisque est, qui tantum bonum satis grato erga DEUM immortalem animo prosequatur? Verum hæc illi curæ, cui uni salutem suam servata Gallia toties debet. Refer deniq; ad hunc titulum VOVENDI illam Casauboni ep. 310. *Deum oro, præstet tibi formam valetudinem & annos Nestoreos duit!* Item ep. 602. *Utinam ita sit! Utinam Dominus Jesus fortunas meas ex hoc salo recipiat tandem in aliquem tranquillitatis portum! alioquin φροῦδα* (evanida) *sunt omnia incepta mea.* Et ep. 687. *O utinam illum ego diem videam, & det mihi clementia divina ea perficere incepta, quæ honori Regis mei in animo meo dudum destinavi! Nam hic quidem vel cogitare de prioribus studiis non possum. Itaq; pendent opera interrupta minæq; murorum.* Epist. 15. ad Dousam: *Facilè ex iis, quæ adhuc vidi, quam frugem factura sit hæc seges, quæ adhuc in herba est, auguror. Deus Opt. Max.* adolescens Nobilissime, *tua studia prosperet, tuam juventutem regat, vitam totam omni-*


omnibus bonis cumulet. Epist. 549. ad Caselium: *Te opto valere & omnibus numeris absolutâ frui felicitate.* Epist. 369. ad Meursium: *Oro DEUM Opt. Max. det tibi cum ætate majorem indies & voluntatem & facultatem literas ornandi, & ipsi serviendi.* Epist. 205. ad Scaligerum: *En erit ille dies, cùm devorabo mentis corporisq; oculis tantoperè expectatum opus.* Epist. 273. ad eundem: *Faxit Deus Opt. Max. ut bono publico natus, vitam in studiis literarum, & agas semper quàm beatissimè, & producas quàm longissimè!* Et epist. 323. *Oro cœleste Numen, det tibi, quam orsus es telam, detexere feliciter, & debitâ summis tuis in rem literariam meritis laude frui in terris quàm diutissimè, αἰὲν ἀριστεύοντα καὶ ὑπείροχον ὄντα ἄλλων.* Et epistol. 333. *Opto tibi tot annos, quot opus futurum est, ut infinitam illam eruditionem, quæ in te est, expromas.* Epist. 466. *Iterum iterumque τὸν μέγαν καὶ μονώτατον Σωτῆρα veneror, ut Nestoreos annos tibi largia-*

giatur, & hanc ad miraculum usq; viridem senectam tuam indies reddat valentiorem. Τοῖσδε μοὶ κρῆνον ἐέλδωρ ὦ μέγας ἐν ὐρανῷ Θεός! Et epist. 480. *Opto tibi quàm firmissimam valetudinem, ut monstra ignorantiæ, quæ caput exerunt, indies magis magisq; pergas debellare.* Epist. 62. ad Canajum: *Deum oro veneror q; supplex, servet te, tuam, & tuas ac tua* εἰς πολλῶν ἐτέων δεκάδας. *Hoc fac, DEUS magne, per JESUM CHRISTUM, qui est vera salus, & à quo omnis salus.* Stat. lib. 1. Silv. carm. 3. v. 108.

-- -- Sic docta frequentes
Otia, sic omni detectus pectora nube,
Finem Nestoreæ precor egrediare senectæ.



AP-



APPENDICULA DESCRIPTIONUM.

DIci non poteſt, quàm ad eloquentiam faciat, tentare nonnunquam deſcriptionem hujus vel illius loci, actionum noſtrarum, perſonarum, aliarum rerum. *Deſcriptionem* autem nomino *formam ita verbis expreſſam, ut velut ſub aſpectu poſita videatur.* Immiſcebo tamen hîc nonnullas *rerum narrationes* minùs luminoſas, &, ut ita dicam, *actuoſas.* Ut clarè tecum loquar, ac tu ſcias, quid his obſervatiunculis meis adſcribere debeas; exhibeo tibi non ſolùm *hypotypoſes* ac *diatypoſes*, ſed & *phraſes*, *periphraſes*, & *imagines*, quibus res nonnunquam *diffundi* & *illuminari* ſolent.

ACIEI DESCRIPTIO.

CUrt. lib. III. cap. 3. §. 26. 27. Contrà si quis aciem Macedonum intueretur, dispar acies erat: equis virisq; non auro, non discolori veste, sed ferro atq; ære fulgentibus. Agmen & stare paratum & sequi: nec turba, nec sarcinis prægrave: intentum ad ducis, non signum modò, sed & nutum. *Tacit. lib.* II. *Hist. cap.* 22. Vix dum orto die, plena propugnatoribus mœnia: fulgentes armis virisq; campi, densum legionum agmen, sparsa auxiliorum manus. *Amm. Marcell. lib. XIX.* Cùm primùm aurora fulgeret, universa, quæ videri poterant, armis stellantibus coruscabant, ac ferreus equitatus campos oppleverat, & colles. *Heinsius in Oratione Gustavo Magno dicta de Tillianâ & Suecâ acie:* Hostis, jam victoriâ elatus, acer, fidens, pedes, eques, cui parem nemo armis habitâ experientiâ produxit; loco, vento, sole, cæteris, quæ occupari solent,

solent, potior ac prior. Dux, quem vinci posse nemo hactenus credebat, tuus, animis ac fide invictus, mori nec moveri certus, tanquam ad familiares epulas paratus. Ipse, in quo successus ac spes cæterorum, ita inter primos, ut fiduciam postremis quoq; afflares, circumire cuncta, manu, voce, vultu, singulis præire: per communes spes, per decora majorum obtestari. *Non addo plura. Centum millia reperies in libris Historicorum. Romanorum & Carthaginensium vide apud* Polyb. lib. III. cap. 113. *Antiochi & Ptolomæi apud eund.* libr. V. cap. 82. *Romanorum & Antiochi ap.* Liv. lib. XXXVII. cap. 39. & 40. *Confer insignem Plauti locum Amphitr. a. I. sc. 1. a v. 61. usq; ad 103.*

Aciei navalis descriptionem vide ap. Polyb. lib. I. cap. 26. Propert. lib. IV. eleg. 6. v. 25.

Tandem acies geminos Nereus lunârat in arcus,
Armorum & radiis picta tremebat aqua.

ADU-

ADULATORIS.

GLossæ Ancillatorem *vocant. Persius adulari dicit*, à tergo pinsere. *Hesychius, Suidas, Plutarchus, & alii describunt*, in veste floccos legere, alias omne genus sordes abstergere, caudas leporum gestare, ad abstergendos oculos senum lippientium. *Id. Plut.* Assiduum in minutis, sedulum atq; indefessum se præbet: nullum alii locum, nullas partes obeundas relinquit: sed sibi optat imperari; ægrè etiam, nî id fiat, ferens; aut animum potiùs despondens, & miserè quiritans.

ÆDIFICIUM vetus & ruinosum

Sic quidam describit: Trisecularibus aranearum cassibus obductum, situ tristissimo squalidum, & in quo vel Superi formidassent incolere. *Item*: Crebris imbrium illapsibus fragilis & annosa marcescebat materies; insidiosam putre-

putredinem etiam eminus ostendente carie; quippe virescentibus cum squalore maculis notabili. *Cassiod. 1. Var. 25.* veternosâ senectute jam fuscatum: *Ac vir quidam doctus in carmine nondum edito:*

Et jam summa procul pagûm fastigia fumo.
Suadebant tenui figere castra solo.
Ergò subintramus casulam, noctemq́ rogamus;
Heu mihi, sollicito cuncta timore pavent!
Ipsa ruinoso hac atque illac pariete hiabat,
Nec benè congestum cespite culmen erat.

Sic de veteri dolio Apulejus libr. IX. Hoc tibi dolium nimis vetustum est, & multifariam rimis hiantibus quassum. *Busbequius de ædificiis Turcarum:* Domus jam partim aut conciderunt, aut crebro tibicine suffultæ adversus ruinam muniuntur. Nec suppetit, quòd tantis ædibus sarciendis,

dis, tegendis impendatur. Igitur num tectum perpluat, num vitium faciat paries, non magnoperè laborant; modò sit, ubi in sicco equum collocent, & sibi lectum sternant: *Quæ supra se, nihil ad se pertinere putant*; & quantamvis superiorem ædium Partem mustelis & muris habitandam relinquunt.

ÆDIFICIUM MAGNIFICUM

sic describit Apul. lib. V. Met. Jam scies ab introitu primo DEI cujuspiam luculentum & amœnum videre te diversorium, &c. *ubi Beroaldus occasionem nactus ostentandæ eloquentiæ* Roscii Mini Ponticulanum *fusè deprædicat. Vide etiam* Alcinoi Regiam, *ut descripserit ac deprædicârit Homerus Odyss. II. v. 84.*

Euph. part. V. Illa manu prehensum, ubi per flexuosos sinus amplissimæ domus pertraxit non repugnantem, eo se mecum cubiculo in-

inclusit, quod luxus, credo, speciale sibi domicilium elegerat. Ibi nive candidiores cereæ faces suâ multitudine immiserant diem, & eas brachia per ditissima aulæa exerta tota ex argento sustinebant. Ebore candidissimo, testudinibus cupressinis, & jaspide summa parietum refulgebant. Lectum circumdederant parapetasmata phœnicei coloris, aureis limbis ad immane pondus onerata; aureæ quoq; fimbriæ stragula cingentes totum ferè tegebant pavimentum, quod varii marmoris solerti conjunctione, ad Veris etiam invidiam, & reddebat omnes generis flores, & servabat. Adeò vitia ad virtutis speciem ornantur, ut qui quondam in Cincinnatis & Fabriciis virtus fuit divitiarum contemptus, ille hodiè inter luxuriam seculi usque ad nauseam calcantium regnet.

AERIS
gravedinem & insalubritatem

sic describit Tonstallus apud Erasmum lib.

lib. III. *epist.* Neminem non vexatum dimittit illa insula. Stygem arbitror non longè illinc abesse: ea est passim nigritudo & amarulentia. Si domi te in oppido contineas, undiq; ex vicinia glebularum fumus (his namq; vice lignorum utuntur) nares opplet, ac fœdo odore superant omnem sentinam. *Mich. Hospitalius lib. V. epist. 1. ad Joan. Fabrum:*

Mane vapor crassus nebulæ petit ora, nec ante
Discutitur, quàm Sol medium confecerit orbem.

AERIS
clementiam & serenitatem.

describit *Cassiod. lib. IX. Var. epist. 6.* Perge ad amœnos secessus, perge ad Solem, ut ita dixerim, clariorem. Ubi salubritate aëris temperata terris blandior est natura. *Plin. lib.* III. *c.* 5. Felix illa ac beata serenitas; ut palàm sit, eo in loco gaudentis opus esse naturæ. *Joan. Mariana lib. I. de Reg. & Reg. Inst.* Loci temperies, cùm in mediis æ-

ſtatis caloribus maligni ſideris vi ſubjecti agri & oppida ardent, mirabilis. Noctu atque per diem, ſine moleſtia, ſine noxa, ſub arbore aut ſimplici tecto durare poſſis. Perflant ſuaviſſimæ auræ, nullis infectæ vaporibus, nullâ tetra contagione graves; gelidiſſimæ aquæ locis omnibus ſcatent. Fontes percurrunt pellucidi; lætiſſima cœli ſoliq́ue facies eſt. *Euphorm. part. I. Sat.* Ubi nullæ unquam nubes cœlum aſperant, nulla bruma ſegetes extinguit, nulli æſtus adurunt: ſed puro incorruptoq́ue aëris tractu liquidi ac pellucidi fontes campos alluunt, patentesq́ue hinc inde plagæ, & amœna ſeu ſalubritate montium, ſeu planitierum æqualitate regio, homines alit genio loci, & fortunâ ſuâ dignos.

ÆSTATIS, vide TEMPORUM.

Catullus carm. 64. v. 61.

Quum gravis exuſtos æſtus hiulcat agros.

ÆTA-

Juvenem sic describit Casaub. in epist. Illis quum adhuc erat γόνυ χλωρόν.
Mediam ætatem eleganter describit Seneca in Oedipo ; hoc enim interrogante v. 774.

Quæ spatia moriens Laïus vitæ tulit ?
Primone in ævo viridis, an fracto occidit ?

respondet Jocasta :

Inter senem juvenemq́; , sed propior seni.

Vide Beroald. ad Apul. p. 592. Ovid. lib. XII. Met. v. 464.

-- *Huic ætas inter juvenemq́; senemq́; ,*
Vis juvenilis erat ; variabant tempora cani.

Senem , & fato suo propius admotum. Seneca : Inter decrepitos numeratur, & extrema tangentes. *Item :* Admoveri lineas sentio ; *quod sumtum à stadio , ubi curritur ad lineam , & jam tangimus. Augustinus :* Florem ævi exuimus, faciem in rugas contrahimus, capiti mala ætas nives inducit , & spo-

lium

lium formæ detrahit, tandemque in elementorum sinus, unde sumus compositi, rursus disseminamur. *Brunnerus:* Quem cani ad urnam jubent respicere. *Anum*, strigem, avem nocturnam, volaticam *appellabant veteres. Taubm. ad Plauti Pseud. a.* III. *sc. 2. Apulejus*: Homo striatæ frontis, & sulcis rugarum inaratæ. *Item:* Jam in peculio Proserpinæ, & Orci familia numerata *Item in Apol.* Jam præcipiti ævo & occiduâ senectute. Et *lib. V. Met.* cucurbitâ glabrior, & quovis puero pumilior; *ut quidem legit Fulgentius. Ovidius libr. XIV. Fab. 4.*

-- -- Sed jam felicr ætas
Terga dedit, tremuloq; gradu venit
ægra senectus,

Calvum Plautus dicit Epid. a. V. sc. 1. v. 20. defloccatum senem. *Juven. Sat. XIV.* Dic senior bullâ dignissime, *id est, qui inter pueros referaris. Ovid. de Junone in anum se transformante, lib.* III. *Met. v. 276.*

Sub-

Sulcavitq; cutem rugis, & curva tre-
menti
Membra tulit gressu.

ÆTERNITAS.

Horatius:

Exegi monumentum ære perennius
Regaliq; situ Pyramidum altius:
Quod non imber edax, non Aquilo
impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, &c.

Statius lib. I. Silv. carm. 1. v. 92.

Non hoc imbriferas hyemes opus, aut
Jovis ignem
Tergeminum, Æolii non agmina
carceris horret,
Annorumq; moras; stabit dum terra
polusq;,
Dum Romana dies.

Tibull. lib. I. el. 4. v. 59.

-- -- Dum robora tellus,
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis
aquas.

AFFECTUUM,

& rationis luctam egregiè describit
in

in persona Medeæ Ovid. lib. VII. Met. v. 10. & seqq.

AGRICOLÆ.

Ovid. lib. XI. Met. v. 32.

Non procul hinc multo fructum sudore parentes
Dura lacertosi fodiebant arva coloni.

Tibull. lib. I. el. 8. v. 30.

Et teneram ferro sollicitavit humum.

Id. lib. I. el. 10. v. 7.

Lucra petens habili tauros adjungit aratro,
Et durum terræ rusticus urget opus.

Id. lib. II. el. 2. v. 13.

-- -- *Totum quæcunque per orbem*
Fortis arat valido rusticus arva bove.

Id. lib. II. el. 3. v. 5.

-- -- *Quàm fortiter illic*
Versarem valido pingue bidente solum.
Agricolæ modo curvatum sectarer aratrum,
Dum subigunt steriles arva secunda boves.

 Nec

Nec quærerer, quòd Sol graciles exureret artus,
Læderet & teneras pustula rupta manus.

Propert. lib. II. el. 8. v. 32.

-- Qui sterili semina ponit humo.

AGRORUM.

Laurentinum agrum *fusè & describit & deprædicat Plinius lib. II. epist. 17. ad Gallum. Maximinus ap. Euseb. lib. IX. Hist. Eccl. cap. 7.* Inspiciant jam campum latè patentem, florentes segetes, & spicis velut inundantes; & prata imbrium irrigatione, plantis & floribus amœna; & redditam aëris constitutionem temperatam & placidam. *Muret. lib. V. Var. c. 1.* Humus ipsa opum suarum prodiga, sine ullo cultu ter quotannis, ubertate summâ, alimentorum copiam suggerit ac subministrat.

Silius lib. I. v. 237.

Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho.

AMA-

AMABILIS, GRATIOSI.

Stat. lib. II. Silv. carm. 1. v. 48.

-- *Cui sibila serpens*
Poneret, & sævæ vellent servire noverca.

AMBIGUORUM SERMONUM

hominem sic describit Casaub. ep. 624. ad Ducæum: Qui multa dicit, quod ad rem faciat, nihil quicquam dicit. Ut præstigiatores, quos psephopæctas olim vocabant, acetabulorum & calculorum subtili transpositione spectantium oculis illudunt: ita ingeniosus hic Cretensis, dum æquivocationem tuetur; vocis ambiguitate fucum facere levioribus conatur. Vide etiam OBSCURA.

AMENTEM

sic describit Cicero: O hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem unquam τῦ καλῦ viderit. *Item de Pisone:* Habet hoc ipsa (*sapientia*) quam tu ne de facie quidem nôsti. *Plaut. in Pseud.* Cui neque parata gutta certi consilii, neque adeò ar-

argenti *Legi & alibi*: Hic homo constringendus est, & in Æsculapii templo deponendus. *Horat. sat.* III. Danda est hellebori multo pars maxima. *Aliis rursus* motæ mentis *esse dicuntur*, quibus animus de statu dejectus est, qui è potestate mentis exierunt. *Seneca dicit*, sibi ipsis excidisse; se non habere, *Martialis*; seipsos amisisse, *Salvianus*.

AMICUS.

Claud. in Rufin. lib. II. v. 238.

-- Non dissociabile corpus,
Conjunctumq; sumus. Te, quò libet ire, sequemur,
Te vel Hyperboreo damnatam sidere Thulen,
Te vel ad incensas Lybiæ comitabor arenas.
Indorum si stagna petas, rubriq; secessus
Litoris, auriferum veniam poturus Hydaspen.
Si calcare Notum, secretaq; litora Nili
Nascentis jubeas, mundum post terga relinquam.

AMI-

AMICUM INFIDUM

ſic deſcribit Jul. Capitolinus: Per hos velut in auctione poſiti nundinamur, **die uns verrathen und verkauffen.**

AMICUM BONUM

deſcribit Eraſm. ad Budæum epiſt. lib. I. p. 36. Vir præter eruditionem candidiſſimo pectore planè ad amicitiam natus. *Plautus Capt. a. I. ſc. 2. v. 47.* Unico magis unicus.

AMOREM IMPURUM

ſic deſcribit Plaut. in Pſeud.

-- Ubi amans complexus eſt
Amantem, ubi labia ad labella adjungit,
Ubi alter alterum bilingui manifeſto
Inter ſe prehendunt: ubi mamma maniculâ
Opprimitur aliâ; aut, ſi lubet, corpora
Conduplicant, &c.

Quò pertinet illa phraſis Petroniana: Alligare arctiſſimis complexibus aliquem. *Et Sariſberienſ. l. IV. Policr. c. 3.*

 Ipſum

Ipsum Veneris nexibus innodavit mulier impudica. *Euphorm.* Attrivit amplexibus pectus.

ANIMALIUM

descriptiones pete ab Nicolao Caussino, *qui laborem hunc præcipit lib. XI. de Eloquentia sacra & humana.*

ANIMUM

regium illud & principale describit Sen. lib. III. *de Ira.*

ANNONÆ.

Symmachus : Secuta est fames publica, & spem provinciarum omnium messis ægra decepit. Rubigo segetibus obfuit; nec avena fruges necavit. *Ap. Lampr. in Commodo* annonam vastare *est*, quod *Dioni* ἐπαυξάνειν τὴν σιτοδείαν. *Varroni* incendere & excandefacere.

ANNONÆ FACILIORIS

descriptionem petes è nota nostra ad Vell. lib. II. *cap.* 126.

ANNUS.

Ovid lib. VI. Met. v. 571.

Signa DEUS bis ſex acto luſtraverat anno.

Virgil. lib. V. Æn. v. 45.

Annuus exactis completur menſibus orbis.

ANTRUM

deſcribit Ovid. libr. III. *Met. v. 157. Val. Flacc. lib. IV. v. 177. Sen. Herc. Oet. v. 485.*

AQUÆ.

Aquam lenè fluentem, lento craſſoq; embaminate incedentem, *ſic deſcribit Seneca Trag.*

Ararq; dubitans quò ſuos fluctus agat.

De aqua nitida Muretus: Pratum ipſum perennibus rivulis interſecatur, quorum aquula nitidiſſima ad verſicolores lapillos molliter fracta & alliſa ſuſurrum efficit dulciſſimum. *Adde Cauſſ. lib. X. de Eloq. ſacr. & hum. c. 25. Petronius:*

Has inter ludebat aquis errantibus amnis

Spumeus, & querulo versabat rore lapillos.

Vide ibi Weizium. Ovid. lib. XI. Met. v. 603.

-- cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.

ARROGANTEM

describit Theophrastus in Charactere περὶ Ἀλαζονείας, *de ostentatione; & Catull. carm. in Suffenum. Amm. libr. XXVII. de Lampadio.* Homo indignanter admodum sustinens, si, etiam cùm spueret, non laudaretur; ut id quoque prudenter præter alios faciens.

ARROGANTEM verò Archimagistrum sic describit Casaub. ad Scalig. Epist. 185. Ridere nunc non vacat: etsi non possum abstinere, cùm venit in mentem, quâ vultus tristitiâ pædagogorum Apollo jusserit me, si se vellem videre, ad se accedere. Cùm imperio paruissem, & ad fores accessissem, ecce aliud ἐπίταγμα, ascen-

ascenderem in Manlii hujus Museum, quod semper meminero tegulis fuisse proximum. Veni igitur & vidi tandem, quem hodiè plurimùm miratur Parisiensis juventus. Quid ego tibi nunc commemorem sermones, se & sua solùm mirantis, alia autem omnia fastidientis? Monstrata est nobis incredibilis librorum edendorum copia; quibus omne scibile contineretur. Alii foruli commentarios in libros juris civilis continebant: alii Romanæ ἀρχαιολογίας locos communes sic elaboratos, ut nihil pote melius: alii interpretationem præcipuorum Aristotelis librorum: sed omnium capacissimi fuêre, qui capiebant Magistri hujus dictata in optimos quosque scriptores Latinæ Græcæq; linguæ; quæ ille ajebat annorum XX. spatio confecisse, & de superiore loco suis dictâsse. Nam Pythagoræ carmen & Martialem, quæ duo sola, opinor, sunt adhuc ab eo publicata, aliud agenti sibi juveni excidisse; neque se illa pro suis jam a-

Spumeus, & querulo versabat rore lapillos.

Vide ibi Weizium. Ovid. lib. XI. Met. v. 603.

-- cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.

ARROGANTEM

describit Theophrastus in Charactere περὶ Ἀλαζονείας, *de ostentatione; & Catull. carm. in Suffenum. Amm. libr. XXVII. de Lampadio.* Homo indignanter admodum sustinens, si, etiam cùm spueret, non laudaretur; ut id quoque prudenter præter alios faciens.

ARROGANTEM verò Archimagistrum sic describit Casaub. ad Scalig. Epist. 185. Ridere nunc non vacat: etsi non possum abstinere, cùm venit in mentem, quâ vultus tristitiâ pædagogorum Apollo jusserit me, si se vellem videre, ad se accedere. Cùm imperio paruissem, & ad fores accessissem, ecce aliud ἐπίταγμα, ascen-

aſcenderem in Manlii hujus Muſeum, quod ſemper meminero tegulis fuiſſe proximum. Veni igitur & vidi tandem, quem hodiè plurimùm miratur Pariſienſis juventus. Quid ego tibi nunc commemorem ſermones, ſe & ſua solùm mirantis, alia autem omnia faſtidientis? Monſtrata eſt nobis incredibilis librorum edendorum copia; quibus omne ſcibile contineretur. Alii foruli commentarios in libros juris civilis continebant: alii Romanæ ἀρχαιολογίας locos communes ſic elaboratos, ut nihil pote melius: alii interpretationem præcipuorum Ariſtotelis librorum: ſed omnium capaciſſimi fuêre, qui capiebant Magiſtri hujus dictata in optimos quoſque ſcriptores Latinæ Græcæq; linguæ; quæ ille ajebat annorum XX. ſpatio confeciſſe, & de ſuperiore loco ſuis dictâſſe. Nam Pythagoræ carmen & Martialem, quæ duo ſola, opinor, ſunt adhuc ab eo publicata, aliud agenti ſibi juveni excidiſſe; neque ſe illa pro ſuis jam a-

gnoſcere. Toto genere διαφέρειν. quæ lateant in ſcriniis, tunc demum publicanda, cùm omnes docti ſuos errores publicaverint. Hanc enim iſte curvorum corrector gloriæ ſuæ ſegetem habet. Affirmo tibi nullam ab eo ἀκρόασιν priùs finiri, quàm aliquoties vapulaverint Scaliger, Lipſius, & (quod ego in præcipua gloriæ parte pono) Caſaubonus. *Adde de eodem Magiſtello Caſaub. in Vopiſc. p. 565.*

ARUSPEX.

Lucanus lib. I. v. 587.

Fulminis edoctus motus, venasq; calentes
Fibrarum, & motus volitantis in aëre pennæ.

ARX

deſcribitur à Barcl. lib. III. *Argen.* Arx eſt in exiguo colle, antiquorum Regum ſedes, inſigni munimento. Præruptus eſt collis, quâ maria ſpectat. Omnia mœniorum & turrium altitudo firmat. *Alius* : Erat ab ar-

cis prǽaltæ radicibus altissimus insuper in subjecta loca despectus, & propter montis præcipitem decursum formidabilis: ut *Alpis* cujusdam veriùs quàm *rupis* faciem præ se ferret.

ASPECTUS.

Stat. lib. IV. Silv. carm. 6. v. 33.

-- multo mea cepit amore
Pectora, nec longo satiavit lumina visu.

Idem lib. I. Silv. carm. 3. v. 38. Huc oculis, huc mente trahor. *Et v. 52.* Dum vagor aspectu visusq; per omnia duco. *Idem lib. II. Silv. carm. 2. v. 42.* Vix ordine longo suffecêre oculi. Et lib. III. Silv. carm. 1. v. 8. *Vix oculis animoq; fides. Martial. lib. IIX. epigr. 2.*

Victorem modò cùm videret Istri,
Tot vultus sibi non satis putavit,
Optavitq; oculos habere plures.

AVAROS

triparcos, vetulos, avidos, aridos, benè admordere, qui allium servo obsignent cum sale, *describit Plautus in Persa.* Qui opulentiæ suæ vix

centesimâ fruuntur, *Brunn.* *Adde Theophr. in Char.* περὶ μικρολογίας. *Sen. lib.* VII. *de Benef. c.* 10.

AUDITOREM BONUM

sic describit *Plato:* Cupidus fuit illius sapientiæ, & animum ei advertit; ut non ad terram decideret, quicquid etiam diceret. *Bissel. in Icar. p.* 192. Me sanè perquàm curiosè affixo, propemodumq; etiam verba ab narrantis ore erepta, cupidè devorante. *Adde nonnulla de Epamin. ap. C. Nep. XV.* 3. 3.

Ab AUDITIONE si quem deterrere velis, adhibere potes illa Sen. epist. 31. Sapiens eris, si clauseris aures, quibus ceram parùm est obdere, firmiori spissamento opus est, quàm usum in sociis Ulyssem ferunt. Illa vox, quæ timebatur, erat blanda, non tamen publica: at hæc, quæ timenda est, ex omni terrarum parte circumsonat. Prætervehere itaque non unum locum insidiosâ voluptate suspectum, sed omnes urbes; surdum te amantissimis tuis præsta.

AU-

multæ passim in autoribus scitæ, & venustæ descriptiones. Stat. lib. IIX. Theb. v. 271.

Tempus erat, junctos quum jam soror ignea Phœbi
Sentit equos, penitusq; cavam sub luce parata
Oceani mugire domum, seseque vagantem
Colligit, & moto leviter fugat astra flagello.

Silius lib. XVI.

Jamque novum terris pariebat lumine primo
Egrediens aurora diem, stabulisq; subibant
Ad juga Solis equi; nec dum ipse accenderat axem,
Sed prorupturis rutilabant æquora flammis.

Virgil. lib. XII. Æn.

-- cùm primùm crastina cœlo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit.

Id. lib. VII. Æn.

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Apulejus lib. III. Met. Commodùm punicantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum, cœlum inequitabat, & me securæ quieti revulsum, nox diei reddidit. Vide ibi *Elmenhorst. pag. 171. ab Homero dicta est aurora* ῥοδοδάκτυλος quasi roseos digitos habens. *Vide Arnold. ad Diras Caton. v. 167. Apul lib. VII.* Ut primùm tenebris abjectis dies inalbebat, & candidum Solis curriculum cuncta collustrabat. *Idem lib. IX.* Cùm primùm rota Solis lucida diem peperit. Stat. lib. XII. Theb.

Nondum cuncta polo vigil inclinaverat astra
Ortus, & instantem cornu tenuiore videbat
Luna diem, trepidas ubi jam Tithonia nubes
Discutit, ac reduci magnum parat æthera Phœbo.

Silius

Silius lib. 1.

Pellebat somnos Tithoni roscida conjunx,
Ac rutilus primis sonipes hinnitibus altos
Afflârat montes, roseasq; movebat habenas.

Ovid. epist. 9. v. 10.

Tempus erat, vitreâ quo primùm terra pruinâ
Spargitur: & tecta fronde queruntur aves.

AUSCULTATOREM CLANDESTINUM

ita describit Petronius: Obiter per rimam foris speculari diligentissimè cœpit, num Ascyltos unà venisset. *Idem:* Per rimam improbè diductam applicuerat oculum curiosum. *Geta Terentianus in Phorm. act. V. sc. 6.*

-- hoc ubi audivi, ad fores
Suspenso gradu placidè ire perrexi: accessi: adstiti:
Animam compressi: aurem admovi: ita animum cœpi attendere,

Hoc

Hoc modo ſermonem captans.
Auribus vigilare *dicit Plautus. Stat. lib. I. Sylv. carm. 4. v. 118.*

-- dum poſtibus hærens
Aſſiduas, nunc aure vigil, nunc lumine, cuncta
Auguror.

Plaut. in Aſin. a. V. ſc. 2. v. 31. Aucupemus ex inſidiis clanculum, quam rem gerant. *Et a.* III. *ſc. 2. v. 40.* Opprime os, is eſt, ſubauſcultemus. *Capt. a.* II. *ſc. 1. v. 23.* Secede hûc nunc jam, ſi videtur, procul; ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant.

BASIUM.

Martial. lib. XII. epigr. 66.

Amplexa collum, baſioq; tam longo
Blandita, quàm ſunt nuptiæ columbarum.

Catull. epigr. V.

Da mi baſia mille, deinde centum;
Dein mille altera, dein ſecunda centum;
Dein uſque altera mille, deinde centum, &c.

Idem epigr. 45.

Mel-

Mellitos oculos tuos, Juventi,
Si quis me sinat usque basiare,
Usque ad millia basiem trecen.
Nec unquam saturum inde r futurum est,
Non si densior aridis aristis
Sit nostra seges osculationis.

Et epigr. 92.

Subripui tibi, dum ludis, mele Juventi,
Suaviolum dulci dulcius amosia.

Propert. lib. II. el. 12. v. 50.

Omnia si dederis oscula, paucaabis.

BELLI DESCRIPTIO

Brun. lib. XI. Occurrit in ipso hinc Reip. facies, quæ nullo ævo tubior fuit. Collisa inter se duo suma Christiani nominis capita orbemterrarum in partes trahebant; Potifìcio inde, hinc Cæsareo classico isonante, &c.

BIBONES

& perdendo cibo natos, convivii lautas, & poculorum remiges, *siv* trahones *vocat Poëta priscus apud Athen.*

then. b. X. p. 443. Quibus plùs palatum, uàm cor sapit, *ut dicebat Cato.* Quils vivere bibere est, & potiones lotiœs sunt; qui sex menses vitam ducit, Orco spondent septimum; *ut ait ı Menandro Cæcilius.* Quibus moçus vitæ est culina, *ut ait Varro.* Quuim summa boni est, unctâ vixissoatellâ, *ut Poëta Satyricus.* Et quils in solo vivendi causa palato est. *Juvat. XI. v. 11.* Qui gnari cados cunæce siccare, *ut possis loqui ex Horati* Antipodes, quibus dies per somnn nox officiis & oblectamentis vitaransigitur; *ut describit Sen. & Ta* Qui cum calceatis dentibus venit. *Plautus Captiv. a. I. s. 3. v. 84.* Qı ingentes exarmant patinarum strices. Quibus jucundissimus ventus quum nidorem aliquem afflat culin: Quibus nemo unquam bibendi majorem experientiam habuit. Quorun præcipuum studium ὅττι τοι ἐν χύτροισι κακόντ' ἀγαθόντι τέτυκται. Quid tectum aut tepidis contrà inveniatur mollis.

CÆ-

CÆDEM (vide CLADES) immensam describit Lucanus lib. II. v. 201.

-- densi vix agmina vulgi
Inter, & exangues immissâ morte catervas,
Victores movere manus; vix cæde peractâ
Procumbunt, dubiaq; labant cervice: sed illos
Magna premit strages: peraguntq; cadavera partem
Cædis; viva graves elidunt corpora trunci.

Rufini cædem egregiè describit Claud. lib. II. in Ruf. v. 408.

Mox omnes fodiunt hastis, artusq; trementeis
Dilaniant: uno tot corpore pila tepescunt:
Et non infecto puduit mucrone reverti.
Hi vultus avidos, & adhuc spirantia vellunt
Lumina: truncatos alii rapuêre lacertos.

Arm-

Amputat ille pedes, humerum quatit ille solutis
Nexibus: hic fracti reserat curvamina dorsi:
Hic jecur, hic cordis fibras, hic pandit anheli
Pulmonis latebras; spatium non invenit ira,
Nec locus est odiis, consumto funere vix dum
Deseritur, sparsumq; perit per tela cadaver.

De Starace in tumultu Neapolitano à furente plebe discerpto Thuan. libr. LXXXII. Ut quisq; vel strenuum se aut magè patriæ libertatis studiosum approbare cupiebat; ita particulam aut frustum laniati cadaveris domum referre, &c.

CALAMITATES

Vide notam nostram ad Justin. libr. XXVII. c. 2. §. 5. Plaut. in Mostell. hominem calamitosum *vocat*, natum Diis inimicis omnibus. *Erasm. de sese:* Versamur in pistrino longè omnium odio-

odiosissimo. *Casaub. ep. 147.* Meas fortunas diverso injuriarum genere attriverunt, &c.

CALLIDUM

sic Plautus in Pseudolo: Anguilla est, elabitur: Τρίβωνα consiliorum *vocat Casaub. epist. 624.* hominem peritissimum in architectura consiliorum. *Procop. fœminam quandam* ἱκανωτάτην ἀνθρώπων ἁπάντων μηχανᾶσθαι τὰ ἀμήχανα ad implicata negotia explicanda expediendaq; omnium mortalium aptissimam. *Hesiod. lib. I.* ἔργ. *v. 54.* Πάντων πέρι μήδεα εἰδώς, omnium maximè versute.

CALUMNIATOREM

sic describes: Tantus calumniator, ut ejus artis magister esse possit. *Item:* Cui periculum est à litera illa, quam lex Memmia, sive Remmia minatur, *è Lips. lib. V. E. Q. 17.* Hominem Plautinæ familiæ *dicit Hieronymus. Vid. Taubm. in Plauti Pœn. a.* III. *s. 3. Adde Caussin. lib. XI. descr. 22. Vide* CONVITIA.

CA-

quorum alii feroces & robusti, ad venationes ali soliti, alii villatici, janitores, alii familiares, anteambulones, cubicularii, Calathinæ, Melitææ, deliciæ heroinarum, *descriptiones huc referri possunt* Saphyrum *suum ut Phaleucis descripserit Lipsius, vide apud ipsum Cent.* III. *ad Belg. epist. 89. Bissel. in Icaria p. 4. f. in conscriptione convivii.* Unum erat, quod me nausearum cæteroqui facilem, offenderet. Canis enim Britannico similis, cùm inter ministros adstaret, ad tertium quemq; bolum meum at latus accedebat, & spumantes in gremium meum rictus insinuans, semilatrante questu cibi commercium me poscebat *De canibus vide Reines. lib. I. Var. c. 19. De canibus Spartanis, item Molossis, vide Barth. ad Nemes. Cyneg. v. 107. p. 264. Sen. Hippol. v. 30.* Canes venatici, *id est, graciles, macri, ad cibum quærendum expediti. Plaut. Capt. a. I. s. 1. v. 17. Apul. lib. IV. Met.* Canes venatici, auriti illi & horricomes, *Et lib. IIX.* Canes vena-

venationis indagini generosæ. *Lucanus lib. IV.* de cane odorisequo, *v. 41.*

-- Non creditur ulli
Silva cani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit, & prædâ nescit latrare repertâ
Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.

Ovid. lib. I. v. 533.

Ut canis in vacuo leporem quum Gallicus arvo
Vidit; & hic prædam, pedibus petit ille salutem:
Alter inhæsuro similis, jam jamque tenere
Sperat, & extento stringit vestigia rostro;
Alter in ambiguo est, an sit comprensus, & ipsis
Morsibus eripitur, tangentiaq; ora relinquit.

Petron. Canem ingentis magnitudinis catenâ trahit instigatque in Eumolpum. *Apul, lib. IIX.* Villæ coloni

canes

erat pudicitiæ, ut vicinarum quoque gentium feminas ad sui spectaculum evocaret, *mox vocat* singularis exempli feminam: *item*, solum illud affulsisse verum pudicitiæ amorisq; exemplum. *Gell. lib. III. c. 16.* femina bonis atq; honestis moribus, non ambiguâ pudicitiâ.

CELERITATEM

tantam fuisse dices, ut propè famam præverterit, *è Brun. lib. I. p. 37.* Citiùs fugiunt, quam ex porta ludis emissus est lepus, *ait Plaut. in Persa. a.* III. *sc. 3.*

CERTI

ἀσφαλὲς; hoc Delphis dictum puta. Certum est, non arbitrarium.

CIBUM

dulcem ita describes è Pl. Pseudolo Act. III. *sc. 2.*

---- ita suavitate condiam,
Ut quisque quicque conditum gustaverit,
Ipsos sibi faciam ut digitos prærodat suos,

Dicebant etiam hujusmodi cibum Jovis cerebrum. *Ennius apud Apulejum in*

 Apol.

Apol: Scarum præterii, cerebrum Jovi pænè supremi. *Lipsius jocatus in Westphalos*, putrem caseum illis esse *dicebat* Jovis cerebrum. *Lansius cibum bonum ita commendat*: Cibum esse adeò sapidum, ut famem etiam apud saturos inveniat.

CLADES, vide CÆDES.

Prudent. contra Symm. lib. II. *v.* 569. infaustas tegerent cum funera Cannas. *Ubi Gangræus infrà v.* 720: Texerunt ossibus agros. *Plinius*: Insepultis ossibus regimus. *Virgil.* Sanguine adhuc campiq; ingentes ossibus albent. *Eleganter Sidonius lib.* III. *epist.* 2. Quantum doluisti campos sepultos ossibus insepultis.

CLAMOREM

ingentem sic describit Pighius in Herc. Prodic. p. 223. Atqui non autumant Alalaxium & Briepium illum Gradivum à Diomede vulneratum vastiore proclamâsse gutture, cùm novem aut decem millium pugnatorum clamores terrifico vocis suæ bombo, sicut Homerus fabulatur, exæquaret. *Auctor*

ctor Rhetoricorum ad Herennium: Tum verò iste cœpit clamare voce istâ, quæ facilè cuivis ruborem excire possit. *Plautus Aul. a. II. s. 2:* Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo: *Vid. Proverbium apud Erasmum:* Cyclobori vox. Juven. sat. XIII. v. 112.

Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis;
Vel potius quantum Gradivus Homericus.

Stat. lib. III. v. 55.

-- -- Tollunt
Clamorem, bello qualis supremus apertis
Urbibus, aut pelago jam descendente carinâ.

Juven. sat. XIII. v. 31.

Nos hominum divûmq; fidem clamore ciemus,
Quanto Fessidium laudat vocalis agentem
Sportula.

Stat. lib. VI. v. 801.

Clamorem Inachidæ, quantum non littora tollunt,

Non nemora.

Luc. l. I. v. 388.

-- -- It tantus ad æthera clamor,
Quantus, piniferæ Boreas cùm Thracius Ossæ
Rupibus incubuit, curvato robore pressæ
Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera silvæ.

COLLOQUII

descriptio occurrit apud Ovid. l. IV. Met. v. 38.

Utile opus manuum vario sermone levemus,
Perque vices aliquid, quod tempora longa videri
Non sinat, in medium vacuas referamus ad aures.

Id. l. IIX. v. 654.

Intereà medias fallunt sermonibus horas,
Sentiriq; moram prohibent.

Id. l. III. Trist. el. 3. v. 11.

-- -- non qui labentia tardè
Tempora narrando fallat, amicus adest.

Cic.

Cic. in Caton. Maj. Convivium ad multam noctem, quàm maximè possumus, vario sermone producimus.

CONJUGUM.

Stat. l. V. Silv. carm. 1. v. 43.

-- -- Quos collato pectore mixtos
Junxit inabruptâ Concordia longa catenâ.

Id. l. 2. Silv. carm. 2. v. 143.

-- -- Quorum de pectore mixta
In longum coiëre faces, sanctusque pudica
Servat amicitiæ leges amor.

Ovid. ep 6. v 143.

Me tibi teq; mihi tæda pudica dedit.

CONNEXIONEM

malam ex Epiphanio, qui hæreticos dicit σχοινία ἐξ ἄμμυ πλέκειν, ex arena funiculos nectere, *in suis scriptis, dum sacræ scripturæ loca malè componunt. Casaub. ad Suet. Cal. c. 53.*

CONSIDERATUM

hominem describes è Sen. lib. I. de Ira c. 22. qui se diu multumq; conspicit ac tegit, & ex lento ac destinato provehit.

CONTUMACIAM

describit Sen. lib. I. *de Ira c. 9. Liv. lib.* II. *c. 61.*

CONVITIA

in verborum maledictorumq; amaritudinem effundi, *dicit Seneca lib.* I. *de Ira cap. 4.* Dentatâ chartâ res agit. *Erasm. lib. 3. ep. 129.* raptare pro mœcho, pro scelesto, raptare in crimina divos, *id est, convitiari, Taub. ad Pl. Amph. arg. 2. v. 6.* Idem *Plaut. alibi dicit:* inclamare aliquem; vitium alicui dicere; dicta in aliquem ingerere, *Livius,* probris lacerare; & procacibus probris in aliquem jaculari. *πλυνὸν ποιεῖν τινα apud Aristoph. in Pluto. est,* maledictorum sordibus aliquem implere, sicut implentur vasa, in quo lavantur panni. Queritur ibi anus, traduci se ab adolescente quodam amatore:

Ταλάνλατ' ἀνδρῶν, ὀυχ' ὑγιαίνειν δοκεῖς
Πλυνόν με ποιῶ ἐν τοσούτοις ἄνδρασιν.

id est, ex versione Frischlini:

Satin sanus es homo infortunatissime!
Qui præsentibus adeò multis ex me
labrum

Facis,

Facis, in quo ſordes & maledicta tua
eluas.

Ovid. lib. VI. Metam, v. 379.

Ipſaq; dilatant patulos convitia rictus.

COQUUS, MAGIRUS.

Apul. lib. X. Qui ſapidisſimis nutrimentis ſuccuum pulmenta condita vapore mollibat. *D. Hieron. Oceano pag. 679.* Non ut regias paret epulas, non ut celatas patinas ſtruat, non ut phaſides aves lentis vaporibus coquat, qui ad oſſa perveniant, & ſuperficiem carnis non diſſolvant artifici temperamento.

CREPITUS

hominem Claudiani commatis (*nam Claudium Imp. edictum fuiſſe meditatum ſcribit* Suet. in ejus vita c. 32. *quo veniam daret, flatum crepitumq́, ventris in convivio emittendi*) quanquam ſpurco ſcommate, tamen & ſpurcum, ſic è ſcommate neſcio cujus perſtringere poteſ. Non per vulvam, ſed per anum mater tua te peperit. Ita ſubindè cacas!

CRUDELIS

Euphorm. part. I. O ſordidum genus barbarumq́ue facinus! O ferio-

res homines quàm humanam olim Androdus feram invenit! Idem part. V. At illi maritimis saxis surdiores, & crudeliores Siculorum tyrannorum satellitibus. *Ovid. lib.* XIV:

Savior illa freto surgente cadentibus hœdis,
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis;
Et saxo, quod adhuc vivum radice tenetur.

Claud. l. 1. in Rufin. v. 89:

-- -- prodigium cunctis immanius hydris,
Tigride mobilius ferâ, violentius Austris;
Acrius Harpyiis, flavis incertius undis.

Et v 226.

Quæ sic Gætuli jaculo percussa leæna,
Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus,
Aut serpens calcata furit.

Catull. ep. 56.

Num te leæna montibus Libystinis,
Aut

Aut Scylla latrans infima inguinum parte,
Tam mente durâ procreavit ac tetrâ;
Ut supplicis vocem in novissimo casu
Contemtam haberes! O nimis fero corde!

Idem carm. 60. v. 154.

Quænam te genuit solâ sub rupe leæna?
Quod mare conceptum spumantibus exspuit undis?
Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vasta Charybdis?

Tibull. lib. I. el. 1. v. 77.

-- -- Non tua sunt duro præcordia ferro
Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.

Idem lib. 3 el. 4. v. 85.

Nam te nec vasti gennerunt æquora ponti,
Nec flammam volvens ore Chimæra fero,
Nec canis anguineâ redimitus terga catervâ,

Cui tres sunt linguæ, tergeminumque caput.
Scyllaque virgineam canibus succincta figuram,
Nec te conceptam sæva leæna tulit.
Barbara nec Scythiæ tellus, horrendave Syrtis,
Sed culta & duris non habitanda domus.

Senec. Herc. Oet. v. 1249.

Quis te sub axe frigido pontus Scythes,
Quæ pigra Thetys genuit, aut Maurum premens
Iberæ Calpe litus?

Idem Troad. v. 1103.

Quis Colchus hoc? quis sedis incertæ Scytha
Commisit? aut quæ Caspium tangens mare
Gens juris expers ausa?

Ovid. ep. 7. v. 37.

Te lapis & montes, innataque rupibus altis
Robora, te sævæ progenuêre feræ.

Idem lib. III. Trist. el. 11. v. 3.

Na-

Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino;
Et dicam silices pectus habere tuum.

CUNCTATOR.

Plaut. in Pœn. a. III. s. 1.

-- -- Homines spissigradissimi,
Tardiores, quam corbitæ sunt in tranquillo mari.

Ibidem:

Podagrosi estis, ac vicistis cochleam tarditudine.

CURAM

ingentem alicui esse. cùm vis dicere, adhibe sequentes locos: *Sen. lib.* III. *de Ira c. 19.* Isti belluæ quotidianum est: ad hoc vivit, ad hoc vigilat, ad hoc lucubrat. *Idem lib. VII. de Benef. c. 2.* hæc utraq; manu teneamus, nusquam dimittamus, imò adfigamus, & partem nostri faciamus, eòque cotidianâ meditatione perducamus, ut suâ sponte occurrant salutaria. *Et cap. 13.* Huic intentus semper, & hujus rei tempus operiens, in hoc multum curæ, multum sedulitatis impendit. *Cic. lib. I. ad Fam. ep. 7.* Hæc multò ante

te meditere, huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas. *Casaub. epist.* .... *de Veritate.* Id solum quærimus, id totâ mente optamus; eò diurnas nocturnasq; omnes cogitationes nostras referimus.

DECORIS.

Tibull. l. IV. el. 2.

Illam, quicquid agit, quoquò vestigia movit,
Componit furtim, subsequiturque decor.

DEFORMIS.

Nocturna ora *dicit Plautus in Pœn. ac* 1. *sc.* 2. Nocturnos oculos *in Curcul. à.* 1. *sc.* 3. *Brunn. libr.* 1. *de Brenno*: Ex Græcis captivis ignobilissimum quemque luridissimumque selegit, omnes vel invidiâ naturæ, vel fortunæ iniquitate deformes; enormiter breves, calvos, aut de industria rasos, ne quem fortis viri pilum ostendere possint, siccos, exangues, & jam pridem morti debitos; umbras deniq; & simulacra veriùs quàm homines. Naturæ dedecus *possis dicere ex Phædro.*

dro. In quo parùm operæ natura posuit è *Scal. Exerc.* 1. Pithecium & spinturnicium è *Plauti Mil. a. IV. sc.* 1. *v.* 42. *ubi Taubm. vide.*

DESPERATUM,

& qui omnem prorsus salutis spem abjecit, dicunt veteres proverbialiter κύκνειον ᾄδειν, *ut docet Scaliger in Diras p.* 171. *Plaut. Most. a.* 2. *sc.* 1: Occidit spes nostra, nusquam stabulum est confidentiæ. Nec salus nobis saluti jam esse, si cupiat, potest: Ita mali mœroris montem maximum ad portum modò conspicatus sum. *Alibi dicuntur* ad incitas redacti, in extrema tegula stantes.

DILIGENTEM

hominem sic describit Lips. Centur. I. *Epist.* 1. Studia calidè nimis habuit & intentè. Nunquam vidi tam indefessum ingenium, & laboris hujus Musici aut appetens magis aut ferens. Semper ille in libris, chartis, noctu, diu, assiduus, accubuus, nec dies solùm omnes appensi & numerati ad hanc curam, sed horæ: quas singulas

ad clepsydram dividere & attribuere ille solitus huic lectioni, aut huic scriptioni.

DILUVII

Horat. meminit lib. I. carm. 2.

Omne cum Proteus pecus agit altos
Visere monteis.
Piscium & summa genus hæsit ulmo,
Nota quæ sedes fuerat columbis.
Et superjecto pavidæ natârunt
Æquore damæ.

Ovid. lib. VIII. Met. v. 357.

Cum gravis infuso tellus foret obruta
ponto.

DISSENSUS

faciliùs inter Philosophos interq; horrologia conveniet, quàm inter Poëtas. *Morell. ad Stat. p. 32.*

DIVES.

Cic. epist. ad Atticum: Arcæ tuæ confides. *Seneca*: Habes pecuniam patrimonii luculenti, & eidem quoq; vulnus infligere potes. *Heins. in epist. pag. 423.* In cujus arca Danaës maritus, ζεὺς ὁ χρυσοῦς sedem benè consecratam habet. *Plaut. Aul. a. IV. sc. 8. v. 1.*

v. 1. Pici divitiis, qui aureos montes colunt. Ego solus supero; nam istos reges cæteros memorare nolo, hominum mendicabula: ego sum ille Rex Philippus.

DOCTUS,

qui præcipuè vindicat à situ literas jam pænè fugientes. *Stat. præf. in libr. I. Silv. Propert lib. 1. el. 2. v. 27.*

Quum tibi præsertim Phœbus sua
carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram.

Gell. lib. 1. c. 7. Homo lectione multâ exercitus; cui pleraque omnia veterum literarum quæsita, meditata, evigilataque erant. *Plin. lib. 1. epist de T. Aristone:* Nihil est illo gravius, sanctius, doctius: ut mihi non unus homo, sed literæ ipsæ, omnesque bonæ artes in uno homine summum periculum adire videantur.

DUBITATIONIS.

Claud. lib. I. v. 1.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia
mentem.

Apul.

Apul. l. X. *Et ut in quodam vado dubitationis hærens.*

EBRII.

Vide suprà tit. BIBONIS: *Sed tamen adde locos sequentes. Plautus in Pseud. a. V. sc. 2.* onustam celocem *appellat* ventrem cibo & vino probè saburratum. *Pigh. in Herc. Prodic. pag. 161. ubi de spelunca Bacchi:* Ducuntur hinc ad Liberi sacrarium, ubi mysteriis initiari advenæ solent. Mirantur peregrini capacissima vasa vinaria, & nobilissima Bromii Dei multiplicia dona haud gravatim libant, per quæ cura fugit. Non priùs tamen se sentiunt impeditos, quàm cùm regredi volunt. Tum intelligunt primùm Dithyrambi Dionysii numen, ac pedicas in obscuro positas, cancellisq; obseratis exitum non inveniunt. Confestim præstò sunt sacrorum callentissimi hierophantæ, cum scyphis decumanis ferè congialibus; quorum antistes ritualem profert codicem, & ex eo legit Bromiam legem

ab

ab antiquo Germanis populis in hisce mysteriis solennem, &c. Hinc ducuntur initiandi non ad aram Tauricam, sed ad mensam eduliis & mattiis sitim provocantibus plenam; ubi cùm ingentem unico tractu pateram evacuârint, jam initiati inter Orgiastas in codice rituali mox adscribuntur. *Poëta vetus appellat* συμποσίυ ναύλας καὶ κυλίκων ἐρέτας, convivii nautas & calicum remiges. *Philo*: Certant vino, bibunt confertim, & vix spiritum recipientes, cùm identidem pueros à poculis jubent infundere, & si vel leviter tardent, acriter increpant. *Petronius ait*: Vino & falerno INUNDAMUR, *quæ mirifica locutio; sed imitatus est Putean. in Como*: Jam mensæ ipsæ poculorum quodam flumine inundatæ. *Mirifica, inquam, locutio quoad Latinitatem ac mentem Petronii, non quoad mentem & experientiam nostram.* Quoties vino, quoties cerevisia inundamur, id potionis haurire cogimur, in quod Nymphæ nimium imperium sibi sumserunt. *Porrò hinc*

hunc refer illud Cic. Phil. II. Personabant omnia vocibus ebriorum, & natabant pavimenta vino, madebant parietes, &c. *Adde ebriosorum illustrem descriptionem apud Basil. in Concione μετὰ μεθυόντων.*

ELOQUENTEM

Sic describit Lipsius Ep. 79. Cent. Misc. ad Germ. & Gall. In publico audivi, quem? Homericum illum non senem, sed quod admirationem augeat, juvenem:

Τοῦ γὰρ αὐτὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων
ῥέει αὐδή.

Cujus ab ore fluit vox nectare dulcior
ipso.

Profectò ita est; & Hercules Gallicanus ille, quem majores nostri coluerunt eloquentiæ præsidem, in te revixit: & tu ille es, qui velut catenis devinctos trahis audientium animos, in quam partem cunq; tibi visum. O utinam mihi fas regustare tua mella! quia ut ii, qui à dipsade percussi sunt, magis magisq; sitiunt: sic nos, qui semel à telo tuæ linguæ,

Rut-

Rutgers. l. I. Var. c. 19. Quâvis concordiâ dulcior suavissimæ Sirenis. *Huc pertinet illud Euphorm. part.* II. Ille se diutiùs collegit , & illius saporis orationem incepit, quæ non à vilissimo homine, sed planè à politis discreptatoribus condita videbatur. *Tryphyodorus Latio donatus:* Vox Ulyssis inuncta mellito nectare: *Sym. lib.* I. *ep.* 2. Tu quoq; ita paginam melle eruditissimi oris obliteras. *Et lib. IX. ep.* 87. Literæ adfluebant multo melle facundiæ. *Apul. in Apol. de Aviti eloquentia:* Multos in vita mea Romani nominis disertos viros sedulò cognovi , sed sum æquè neminem admiratus. Nemo est hodiè, quantum mea opinio fert, alicujus in eloquentia laudis ac spei, quin Avitus esse longè malit, si cum eo se, remotâ invidiâ, velit conferre. Quippe omnes fandi virtutes pænè diversæ in illo viro congruunt. Quamcunq; orationem struxerit Avitus, ita illa erit undiq; sui perfectè absoluta, ut in illa neque Cato gravitatem requirat; neq; Lælius lenitatem,

tatem, neq; Gracchus impetum, nec Cæsar calorem, nec Hortensius distributionem, nec Calvus argutias, nec parsimoniam Sallustius, nec opulentiam Cicero: prorsus in qua, ne omnes persequar, si Avitum audias, neque additum quicquam velis, neque detractum, neq; autem aliquid commutatum. Stat. lib. I. Silv. carm. 4. v. 34.

-- -- tibi, Gallice, majus
Eloquium, fandiq; opibus sublimis abundas.

EMENDI

nimiam cupiditatem sic notare potes è Plinii lib. XIIX. cap. 16. Nequaquam agricolam esse, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. *Vel è Catone:* Patremfamiliàs vendacem & non emacem esse oportere. *Vel è Cic. Paradox:* Non esse cupidum, pecunia est; non esse emacem, vectigal est.

ERROREM

magnum dicit Vossius murænâ Tartessiâ grandiorem. *Casaub. epist. 34. aliquantò civilius;* de vicinia veritatis

ab

aberrasse *ait*, *qui errorem commisit*. Res monstri similis est; bovem Cn. Domitii locutum putes. *Gron. ad Liv. pag.748. Errores magnorum virorum excusabis è Varrone;* Neq; in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum. *Ex proverbio:* Oportet omnibus alaudis cristam inesse. *Ex Horatio:* Nihil esse ab omni parte beatum. *E Terentio:* Homo est, & humani à se nihil alienum putat. *Item:* Cense hominem illum esse, erravit. *E Lysia Rhetore, apud Rutilium Lupum:* Consilio valuit, fortunâ lapsus est, homo fuit. *E Scribonii epist. ad Callistum:* Homo fuit, parùm feliciter in hoc negocio se gessit. *Ivo Villiomarus in Robertum Titium:* Errorem in homine calumniari, est toti ipsi mortalitati convitium facere. *Casaub. ad Ducaeum:* Bonum virum malignitas non decet, & si quid fortè incautius in scribendo exciderit, protenus in deteriorem partem accipere. *Petronius:* Nemo nostrûm non peccat, ho-

homines sumus, non Dii. *Adde insignem discursum Diod. Sic. lib. XXVI. cap. 1.*

EXAUDIRE.

Tibull. Paneg. ad Messal. v. 132. Intentaq; tuis precibus se præbuit aure. *Propert. lib. I. el. 1. v. 31:* Quibus facili Deus annuit aure.

EXCLUDERE OVA.

Claud. præf. in III. Conf. Honor. v. 3.

--- --- excusso saliit cum germine proles,
Ovaq; maternus rupit hiulca tepor.

Ovid. IV. fast. 694.

Nunc matris plumis ova fovenda dabat.

EXPUGNATÆ URBIS

descriptionem præter Liv. lib. IV. c. 59. lib. V. c. 21. & 42. Diod. l. XIII. p. 181. lib. XIX. p. 656. 657. habet Sen. VII. de Ben. cap. 27. Videberis tibi videre captæ cum maximè civitatis faciem, in qua omisso pudoris rectiq; respectu, vires in consilio sunt, velut signo ad permiscenda omnia dato. Non igni, non ferro abstinetur: soluta legibus sce-

ſcelera ſunt: nec religio quidem, quæ inter arma hoſtilia ſupplices texit, ullum impedimentum eſt ruentium in prædam. Hic ex privato, hic ex publico, hic ex profano, hic ſacro rapit: hic effringit; hic tranſilit, hic non contentus anguſto itinere, ipſa quibus arcetur, evertit, & in lucrum ruina venit; hic ſine cæde populatur, hic ſpolia cruentâ manu geſtat; nemo non fert aliquid ex altero. *Adde Amm. Marcell. lib. XXXI. Tac. lib. III. Hiſt. c. 33. & lib. IV. cap. 1. deniq; illum Hieronymi locum de captâ Româ ad Principiam, p. 124.* Dum hæc aguntur, terribilis de occidente rumor affertur, obſideri Romam, & auro ſalutem civium redimi, ſpoliatosq; rurſum circumdari; ut poſt ſubſtantiam, vitam quoq; perderent. Hæret vox, & ſingultus intercipiunt verba dictantis; capitur urbs, quæ totum cepit orbem; imò fame perit, antequam gladio; & vix pauci, qui caperentur, inventi ſunt: ad nefandos cibos erupit eſurientium rabies, & ſua invicem mem-

membra laniârunt, dum mater non parcit lactanti infantiæ, & suo recipit utero, quem paulò antè effuderat.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrymis æquare dolorem?
Urbs antiqua ruit multos dominata per annos,
Plurima perq; vias sparguntur inertia passim
Corpora, perq; domos; & plurima mortis imago.

Expugnatarum urbium descriptiones plurimas collegit Lamb. ad illud Hor. III. *Car.* 3. *Ter pereat meis exscissus Argivis &c. Liv. lib.* I. *cap.* 29. Non quidem fuit tumultus ille nec pavor, qualis captarum urbium esse solet, quum effractis portis, stratisve ariete muris aut arce vi captâ, clamor hostilis & cursus per urbem armatorum omnia ferro flammâq; miscet.

Stat. l. VI. Theb. v. 114:

Ut cum possessas avidis victoribus arces

Dux

Dux raptare dedit, vix signa âudita, nec urbem
Invenias, ducunt, sternuntque, abiguntque, feruntque
Immodici.

Livius iterum lib.XXI,c.57. Neq; ulla, quæ in tali re memorabilis scribentibus videri solet, prætermissa clades est; adeò omnis libidinis crudelitatisq; & inhumanæ superbiæ editum in miseros est exemplum. *Id. lib. XXV. c. 25.* Inde signo dato milites discurrerunt, refractisq; foribus quum omnia terrore ac tumultu streperent, à cædibus tamen temperatum est; rapinis nullus ante modus fuit, quàm omnia diuturnâ felicitate cumulata bona egesserê. *Id. lib. XXIIX. c. 20.* Tum verò apparuit, ab ira & ab odio urbem oppugnatam esse: nemo capiendi vivos, nemo, patentibus ad direptionem omnibus, prædæ memor est; trucidant inermes juxta atq; armatos, fœminas pariter & viros; usque ad infantium cædem ira crudelis pervenit. Ignem deinde tectis injiciunt ac diruunt, quæ incendio ab-

 sumi

ſumi nequeant, adeò veſtigia quoq; urbis extinguere ac delere memoriam hoſtium ſedis, cordi eſt.

FAMA, vide LUCTUS.

Amm. Marc. l. XXI. Fama mille linguis rerum mirè (*ita lego, non* miſerè) exaggerat fidem. *Egregiam etiam famæ deſcriptionem habes apud Virg. lib. 4. Æn. & Ovid. l.* XII. *Met. v. 39. Luc. lib. 1. v. 469.* Stat. lib. IX. Theb.

Fama per Aonium rapido vaga murmure campum
Spargitur in turmas, ſolito pernicior index,
Cùm lugenda refert.

Ovid. lib. IX. Met. v. 138.

-- Fama loquax, quæ veris addere falſa
Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.

Port. Latro decl. in Catil: Famam popularem à majoribus noſtris ſæpenumero accepimus, neq; temerè unquam naſcituram, neq; temerè occaſuram.

FAMES.

Brunn. lib. 9. p. 676. Urbi propè excidium, agro ultima vaſtitas allata, multæ mor-

mortalium centuriæ famis impatientiâ voluntariū exilium patriæ antetulêre. (*Vide expugnatæ urbis*) *Apul. lib. IV. Met.* Inculta pauperies sine delectu ciborum, tenuato ventri cogit sordentia supplementa, & dapes gratuitas conquirere. *Id. eod. lib. eleganter dicit:* Fauces diutina fame saucias & araneantes. *Parasitus Plautinus, ad esuritionem parasiticam significantissimè exprimendam, sic inquit:* Perii, prospicio parum: Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame.

FELICITATEM

suam qui deprædicat, dicere potest è Pl. Pœn. à. III. sc. 3. Rex sum. *Est etiam elegantissimū proverbium ap. Hesych* Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ, *quod de iis dicebatur, qui viderentur ab omni parte beati, & qui perficerent, quicquid instituerent: ut observat Causaub. ep. 265. Alius nescio quis:* Meam ego fortunam cum regno etiam Persarum nolim commutatam. *Cic. lib. VII. ep. 11. ad Att:* Unam tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia

ſumi nequeant, adeò veſtigia quoq; urbis extinguere ac delere memoriam hoſtium ſedis, cordi eſt.

FAMA, vide LUCTUS.

Amm. Marc. l. XXI. Fama mille linguis rerum mirè (*ita lego, non* miſerè) exaggerat fidem. *Egregiam etiam famæ deſcriptionem habes apud Virg. lib. 4. Æn. & Ovid. l.* XII. *Met. v. 39. Luc. lib. I. v. 469.* Stat. lib. IX. Theb.

Fama per Aonium rapido vaga murmure campum
Spargitur in turmas, ſolito pernicior index,
Cùm lugenda refert.

Ovid. lib. IX. Met. v. 138.

-- Fama loquax, quæ veris addere falſa
Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.

Port. Latro decl. in Catil: Famam popularem à majoribus noſtris ſæpenumero accepimus, neq; temerè unquam naſcituram, neq; temerè occaſuram.

FAMES.

Brunn. lib. 9. p. 676. Urbi propè excidium, agro ultima vaſtitas allata, multæ mor-

mortalium centuriæ famis impatientiâ voluntariũ exilium patriæ antetulêre. (*Vide expugnatæ urbis*) *Apul. lib. IV. Met.* Inculta pauperies sine delectu ciborum, tenuato ventri cogit sordentia supplementa, & dapes gratuitas conquirere. *Id. eod. lib. eleganter dicit:* Fauces diutina fame saucias & araneantes. *Parasitus Plautinus, ad esuritionem parasiticam significantissimè exprimendam, sic inquit:* Perii, prospicio parum: Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame.

FELICITATEM

suam qui deprædicat, dicere potest è Pl. Pœn. à. III. sc. 3. Rex sum. *Est etiam elegantissimũ proverbium ap. Hesych* Ἐνδοντι κύρτος αἱρεῖ, *quod de iis dicebatur, qui viderentur ab omni parte beati, & qui perficerent, quicquid instituerent: ut observat Causaub. ep. 265. Alius nescio quis:* Meam ego fortunam cum regno etiam Persarum nolim commutatam. *Cic. lib. VII. ep. 11. ad Att:* Unam tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia

mnia iſtiusmodi regna. *Horat. lib. III. od. 9.* Perſarum vigui rege beatior. *Plaut. Cap. a. IV. ſc. 2.* Non ego paraſitus nunc ſim, ſed regnum rex regalior: Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu cibus. *Scal. lib. V. Poëtices*: Talia equidem malim à me excogitata, quàm vel Crœſum vel Cyrum ipsũ habere dicto audientem. *Grut. in Vell. lib. II. c. 87.* Hanc emendationem, ſi mea eſſet, ne permutarem quidem Picorum divitiis, qui aureos montes colunt. *Cic. rurſus in epiſt. ad Att*: quod, ſi ita eſt, ſupero Crœſum divitiis, atq; omnium locos & prata contemno. *Idem*: Fortunam ipſam anteibo fortunis meis. *Claudianus*: Qui vertice proximus aſtris. *Petron*: In cœlum abiit, & Trimalchioni τὰ πάντα eſt. *Auctor Dialogi de Orator*: Tum mihi ſupra tribunatus & præturas & conſulatus aſcendere videor, tum in cœlum abire. *Caſaub. Ep. 605.* Magnâ animi voluptate illam beatisſimam beatitatem videor mihi degaſtâſſe, quæ nos manet poſt haſce tot tantasq; procellas;

las; & omne genus ærumnas. *Item Epist.....* Testor supremum numen, præ tanto bono omnia mihi Ταντάλου τάλαντα fore non nauci.

FERRI

candendis stridorem describit Ovid. lib. VII. Met. v. 276.

Terribilem stridore sonum dedit: ut dare ferrum
Igne rubens plerumq; solet, quod forcipe curvâ
Cum faber eduxit, lacubus demittit; at illud
Stridet, & in tepidâ submersum sibilat undâ.

FEROCIENTEM

cùm viderent veteres, dicebant, ei dandam uxorem esse. *Alludit Plautus*, Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parùm est. *Ferocientem Prætorem ita describit Cic. 7. Verr.* Ipse inflammatus scelere & furore, in forum venit: ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat, &c.

FILIUS

parente dignus dici potest ex Ovid. lib. II. Met. v. 34.

 Pro-

Progenies magno non inficianda parenti.

Claud. in Prob. & Olybr. Conſ. v. 61.

Sed nati vicêre patrem, ſoliq; merentur
Victores audire probi.

FLUVIUS.

Claud. lib. I. in Rufin. v. 269.

Haud ſecus hiberno tumidus cum vortice torrens
Saxa rotat, volvitq; nemus, pontesq; revellit,
Frangitur objectu ſcopuli, quærensq; meatum
Spumat, & illisâ montem circumtonat undâ.

Hauſtum è Virgil. lib. I. Æn.

FONS.

Ovid. lib. III. Met. v. 407.

Fons erat, illimis nitidis argenteus undis,
Quem neq; paſtores neq; paſtæ monte capellæ
Contigerant, aliudve pecus: quem nulla volucris
Nec fera turbârat, nec lapſus ab arbore ramus.

Gra-

Gramen erat circa, quod proximus humor alebat,
Silvaq; sole locũ passura tepescere nullo.

Alcimus Avitus lib. I.

Hic fons perspicuo resplendens gramine surgit,
Talis in ærgento non fulget gratia, tantam
Nec crystalla trahunt nitido de frigore lucem.

Ovid. lib. III. Met. v. 161.

Fons sonat à dextra, tenui pellucidus unda,
Margine gramineo patulos succinctus hiatus.

Adde Plin. lib. IIX. epist. 8. Auson. Eidyl. 10.

FORMOSAM

ita describit Ctullus ep. 82. Omnib. una omnes surripuit Veneres. *Petron.* Dominam producit è latebris, lateriq; applicat meo mulierẽ omnib. simulacris emendatiorẽ. Nulla vox est, quæ formã ejus possit comprehendere: nam quidquid dixero, minus erit. Crines ingenio suo flexi, per totos sese humeros effuderant;

rant: frons minima, & quæ radices capillorum retrò flexerat: supercilia usq; ad malarum stricturam currentia, & rursus confinio luminum pænè permixta: oculi clariores stellis, extra lunam fulgentibus: nares paululum inflexæ: & osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum positum, Parium marmor extinxerat. *Euphorm. part. 2.* Quantò splendorem astrorum nitidior luna coercet, tanta imminebat divina omninò mulier, victamq; cæterarum pulchritudinem castigabat Nihil emendatius natura eâ muliere expolivit, nec fata illi dignum amatorem invenient:

Non si Taurus amet, vel falsis increpet alis
Ipse Deûm genitor, vel spreto Phœbus Olympo
Rursus in Æmoniis deducat ovilia campis.

Item: Venustissimi vultus puellarum erant, exculti supra verum, & quos pos-

posset natura imitari. *Heinsius epist. ad Primer:* Crines summâ sui parte aureoli: candor exquisitus, & quem rubor virginalis, genarum ille pictor, illustrabat potiùs, quàm pingebat: osculum angustum, quod rubente utrinque labellorum purpurâ distinctum, dentium candorem quoque plurimùm commendabat: nares sursum leniter inflexæ, sed quæ à Socraticis quàm plurimùm recederent: vescum corpusculum, & tamen solidum ac in speciem succiplenum; quod nec mole carnis brachia onerabat, neq; exhaustum plus æquo offendebat: papillæ parvæ quidem illæ, & quæ orbe modico cohibebantur: instar verò marmoris, ut est apud veterem Poëtam, consistebant. *Brunner. lib. 1. p. 142. de Camma:* Dianæ addicta sacris, majestatem numinis, quoties pompam duceret, ipsa repræsentabat; os humerosq; Deæ similes; neq; tantùm illius Sacerdos, sed vivum simulacrum. *Adde descriptionem Theagenis apud Heliod. lib. 3. &*
 Theo-

Theodorici ap. Sidon. lib. I. ep. 2. Achilles Tatius de Leucippe: Pulchritudo corporis certabat cum prati floribus: in fronte micabat narcissus, rosa in genis fulgebat, oculi violam extinguebant, comarum cinni hederis erant implicatiores. *Beroald. ad Apul. lib. 2. Met.* Sensi oculos in Panthia & Martia morsicantes, quibus nihil venustius, amabilius, speciosius, novit vetustas, nec noscet ipsa posteritas. Natura exhausit cuncta narthecia & omnes pulcritudinis pixidiculas in formãdis duabus mulieribus, quas Zeusis vel singulas contentus fuisset inspicere, qui Crotoniatarũ virgines nudas, ut M. Tullius; vel Agrigentinorum, ut Plinius sentit, inspicere voluit, picturus Helenæ simulacrum; ut quod in quaq; laudatissimũ esset, pictura redderet. *Apul. lib. IV.* Sed majores quidem natu, quamvis gratissimâ specie, idoneæ tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur. At verò puellæ junioris tam præcipua, tam præclara pulcritudo nec exprimi, ac nec sufficienter quidem

dem laudari sermonis humani penuriâ poterat. Multi deniq; civium, & advenæ copiosi, quos eximii spectaculi rumor studiosâ celebritate congregabat, inaccessę formositatis admiratione stupidi, & admoventes oribus suis dexteram, priore digito in erectū pollicem residente, ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur. *Euphorm part.V.* Ilium ex negotio petebam; fortè Pactoli fluminis in ripa Ilienses mulieres Junoni sacrificaturæ exierant muris: omnes si non Deæ, credi tamen poterant, & forsan inter tot calentes formosarū fœminarū sinus meliùs, quàm in Cypridis gremio, nondū satis defletus Assiriis Adonis latuisset. Cunctis eximium pulcritudinis aureæ decus, amantiùs tamen in una nitebat. Utpote cujus genis nix inhærens purpureo madefacta sanguine, extingueret rosarum & liliorū nativos colores. Collectā frontis modestiā duplici semicirculo, instar crescētis lunæ, æquabili meditullio supercilia nigra cingębant; radiata lumina iminebant naso

 & ve-

& veluti è vallo in aggeres, inevitabile amoris telum, vel & in innocentem spectatorem, sine delectu, torquebant. Jam crines ad captivitatem flexi, quot orbibus vibrabantur ad gratiam totidem laqueis hominum libertati insidias fecerant: & ipse purpureus in labiis color, videbatur humani cruoris continuo potu in tantum ruborem venisse. Cervix alba, & sine gemmarum fulgore satis suis delitiis ferox. Infrà gemini folles, Cupidinem undiquaq; spirantes, &c.

Plaut. Epid. a. 5. sc. 1. v. 17. Usq; ab unguiculo ad capillum summum est festivissima. *Josephus Iscanus lib. IV. de B. Troj. v. 84.*

-- -- Victore Polyxena vultu
Præradiat, soliq; decus speciale meretur.
Lactea membrorum series, ridentis ocelli
Blandities pede fulta brevi; procera venustas
Poplitis, erecto librans vestigia gressu.
Articulos non æquat ebur, non lilia colli.

Ar-

Ardua, non rutilum pavonis fimbria crinem.

Martialis:

Toto candidior puella cygno,
Argento, nive, lilio, ligustro.

Plaut. Merc. a. I. s. 1. vers. 100. *Mulier, quâ mulier, alia nulla est pulchrior. Mulier egregiissimâ formâ.* Pacuvius Medeâ apud Priscian. l. III. Plura vide ap. Arnoldum ad Caton. Diras v. 105.

Formosum puerum describit Stat. l. II. Silv. carm. 1. v. 41.

O ubi purpureo suffusus sanguine, candor,
Sidereique orbes radiatque lumina cœlo,
Et castigata collecta modestia frontis,
Ingenuique super crines, mollisque decore
Margo togæ.

FORTUNÆ.

Descriptionem habes apud Amm. Marcell. lib. 14. *quem consule. Neq; enim mihi tantum otium ad exscribenda, quàm tibi, Lector, ad inquirenda.*

FREMITUS.

Claud. in Rufin. lib. II. v. 220:

His dictis omnes unà fremuêre maniplì,
Quantum non Italo percussa Ceraunia fluctu,
Quantum non madidis illisa tonitrua Coris.

FRIGUS.

De immenso frigore Tac. l. XIII. c. 35. Thuan. l. LXXIII. *Camer. Cent.* II. *c. 70. Diodor. Sicul. lib.* III. *p. 166.*

FUCUM

in verbis sic abominatur Cic. III. *de Or.* Meliora sunt unguenta, quæ terram, quam quæ crocum sapiunt. *Sen. ep. 108.* In omnẽ vitam unguento abstinemus: quoniam optimus in corpore odor est nullus. *Plaut. Most. a. I. sc. 3. v. 116. (ubi Taubmannus)* Mulieres olent suavissimè, quæ nihil olent. *Cic. ad Att.* Scripta tua erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant. *Varr. ap. Gell. l. 13. c. 11.* Ea bellaria maximè sunt mellita, quæ mellita non sunt. *Et hujusmodi dictis commendare solemus stili nostri simplicitatem. Adde gloriosissima ac sacrosancta*

ſanctæ memoriæ Imperatoris Ferdinandi III. *inſigne ac verum elogium illud, quod cecinit Poëtarū hodiè Princeps Jacobus Balde, in templo Honoris, p. 42. §. 18.*

Non odorum ſpirat amomum,
Et Sabæi balſama trunci:
Sed fragrat Virtutis odore.
NIL OLERE, HOC EST BENE OLERE!

FUR

deſcribitur à Plauto in Pſeud. a. 3. ſc. 2. Homo milvinis aut aquilinis ungulis. Qui manum tagacem habet. *Caſ.* Furari *Feſtus dicit* manticulari. *Cato,* vecticulariam viam colere, *id eſt, furandi gratiâ vectibus alienos parietes perfodere; unde* parietum perfoſſores *Plaut. Pſeud. a. IV. ſc. 2. v. 23. ubi Taubm. Apul. lib. X.* Miles ille, qui me nullo vendente comparaverat, & ſine pretio ſuum fecerat. *Furtum* furatrinam *dixit. Id. ibidem, Plaut. Aul. a. 3. ſ. 6. v. 18.*

Cum ſenis manibus, genere Geryonaceo,

Quos

Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Jovi Juno custodem addidit,
Is nunquam servet.

FURENTEM

sic describit Brunn. lib. 6. Ann. p. 193. Omnibus stupore pavoreq; attonitis, insanire luculenter cœpit, torquere caput monstrosè, jactare brachia sine lege, ore spumare, ardere oculis, nihil pro sano, ac ne pro homine quidē agere aut pati: sed validissimos viros furenti compescendo additos lassavit, & in languorem dedit, ut dubitare nefas esset, larvis illum agitari, & à dæmonibus invectam esse dementiam.

GARRULUM.

dicit Plautus, nimiùm tinnire, *in Pseud. a. III. sc 2. Juv.* de sexu muliebri: Una laboranti poterit succurrere Lunæ. *Alludit ad superstitionem veterum, qui tinnitu æris credebant levari posse Lunæ laborem. Agellius ait:* Quorum lingua tàm prodiga infrenisq; est, ut fluat semper æstuetq; colluvione verborum

rum teterrimâ. *Idem* importunos locutores *ait*, verbis humidis & lapsantibus diffluere *lib. 1. c. 15. Vide Cl. Min. ad Alciat. Embl. LXX.*

GRATIS.

Plaut. in Pœn. a. III. sc. 6. Nostro sibi servire nos censet cibo: Er meinet / wir müssen ihm umsonst dienen.

GYNÆCOCRAUTUMENOS.

Arg. Asinar. Plauti: Sub imperio vivens uxorio: *Hebræi dicunt:* Miseram esse domum, in qua gallina cantet.

HONORANDUM.

Apostolus dicit: ἄξιον τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος, Dignum argivo clypeo, *quod proverbium egregiè interpretatur Reines. l. I. Var. c. 24.*

HORTORUM

descriptiones oppidò venustas habet Caussinus lib. 11. de Eloq sacr. & hum. Hortum Alcinoi describit Hom. Odyss. H. sive lib. 7. Langii hortum Lips. l. 2. de Const. c. 1. Hortos Hippolyti Atestini Cardinalis Ferrariensis Pigh. in Herc. Prodic. p. 388. 389. 390. Sed omnes superare mihi videtur Barclaius l. 1. Argen.

HY-

HYPOCRITAM

describit Casp. Ens in Pausilypi lib. sing. p. m. 224. Plaut. in Pers. a. 1. sc. 3. ait, eos albo rete aliena bona oppugnare. *Et in Aulul. a. 4. sc. 9.* cretâ sese occultare. *Brun. lib. 2. p. 154.* Colorem justitiæ factis suis inducere.

IGNAVUM

describit Plaut. Pœn. a. 4. sc. 2: Qui ipsius ignaviorem potis est facere ignaviam. *Tacitus de Vitellio l. 3. hist. c. 36.* Umbraculis hortorum abditus, ut ignava animalia, quibus si cibum suggeras, jacent torpentq; præterita, instantia, futura, pari oblivione dimiserat. *Casaub. in ep.* Erycius Puteanus parat mihi epitaphium, tanquam Musis mortuo.

IGNOTUS.

Plaut. Pseud. a. 4. sc. 7. Ego hominem nullius coloris novi. *Vide ibi Taubm. Id. Epid. a. 4. sc. 2. v. 6.* Ego hanc, quæ siet, neq; scio, neq; novi, neq; ego hanc oculis vidi ante hunc diem. *Idem Asin. a. 2. sc. 2. v. 86.* Ego pol Sauream non novi, neq; quâ facie sit, scio.

IMBELLIS.

Plin.

Plin.2.ep.7.pr. Qui nunquam in acie ſteterunt; nunquam caſtra viderunt, nunquam deniq; tubarum ſonum, niſi in ſpectaculis audierunt. *Propert.lib.4. el.3. v.23.*

-- Cui teneros urit lorica lacertos,
Et gravis imbelles atterit haſta manus.

IMPEDIMENTUM.

Occiſa hæc res eſt, hæret hoc negotium, *ait Plaut. Pſeud. a.1.ſc 1.* Commorandum eſt apud hanc obicem, *in Perſa a.2 ſc.2 Veteres etiam* inebra *dicebant omnia, quæ tardabant & morabantur.* Aves inebras, *quæ in auguriis aliquid fieri prohibebant, ut ad eum locum notat Douſa.* Me plenis velis currentem οὔριος ἄνεμος (ventus ſecundus) defecit. Adhæſit igitur ad ſcopulos noſtra navicula, *inquit Caſaub. Adfinis eſt locutio Plauti Pœn. a.3. ſc.3.*

-- -- It ad me lucrum
Illud quidem, quorſum aſinus cadit calcibus.

Noſtri dicunt: Hinter ſich hinaus / wie die Bauren die Spieß tragen.

IM-

Livius de Annibale lib. 21. c. 4. Erat in eo nihil veri, nihil sancti, nullus Deûm metus, nullum jusjurandum, nulla religio. *Plaut. Pseud. a. III. sc. 2.* Orcus hunc recipere noluit. *Val. Max. lib. IX. c. 11.* Etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est. *Anus* Orci fastidium dicitur *ap. Apul. l. IV.* Camma *ap. Brun. lib. 1. p. 144.* Age latro diris devote, Hymenæo lessum junge; hodiè nuptiales faces in tuo tumulo extinguentur. Genialem tibi torum vel Furiæ, vel Vespæ sandapila sternent. *Impietas summa. Juv. sat. 1. v. 147.*

Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
Posteritas, eadem, cupient, facientq; minores.
Omne in præcipiti vitium stetit.

Claud. in Ruffin. lib. II. v. 455.

-- -- *Jam respirantibus astris*
Infernos gravat umbra lacus, pater Æacus horret,
Intrantemq; etiam latratu Cerberus urget.

Juven.

Juven. sat. XIV. vers. 41. Catilinam quocunq; in populo videas, quâcunque sub axe. Es gibt überall böse Buben. *Claud. in Rufin. lib. I. v. 139.* Cætera segnis, ad facinus velox. *Juv. sat. XIII. v. 23.*

Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem,
Perfidiam, fraudes atq; omni ex crimine lucrum
Quæsitum, & partos gladio vel pyxide nummos.

Platonis dogma est, eorũ umbris, qui malè vixerunt, apud inferos stigmata inuri. Vid. Barth. ad Claud. in Rufin. l. 2. v. 505.

IMPRECATIO.

Cat. epigr. 102.

Si, Comini, populi arbitrio, tua cana senectus
Spurcata impuris moribus intereat:
Non equidem dubito, quin primùm inimica bonorum
Lingua execta avido sit data vulturio:

Ef-

Effossos oculos voret atro gutture corvos,
Intestina canes, cætera membra lupi.

Lacedæmonii quatuor *isthæc imprecabantur, quibus malè volebant:* Ædificationem, terræ egestionem, equi nutritionem, & uxorem mœcham. *Vide Suid.* in φαινόμενος.

IMPUDENTEM

quum dicere vellent, dicebant, ei os ferreum esse, *quod docet Suet. in Ner. c.2. ubi Casaub. notat, tales Græcis dici* χαλκοπροσώπους. *Just. l. XXII. c. 1.* Nec in verecundia habebat, quod inquinaret, *hoc est*, omnem verecundiam prodegerat. *Possis & eleganter è Sall. Cat. c. 14. dicere:* Modestiæ suæ non pepercerat. *Theophrastus impudentes egregiè describit in Charact.* περὶ ἀναισχυντίας. *Juv. sat. XI. v. 54.*

Sanguinis in facie non hæret gutta, morantur
Pauci ridiculum & fugientem ex urbe pudorem.

INAUDITUM.

Plaut.

Plaut. in Asin. a. 1. sc. 3. v. 22. Neq; fictum usquam, neq; pictum, neq; scriptum in poëmatis.

INCERTUS.

Sed hoc incertius est, quàm si quis se vidisse putet per nubila lunam. *Morell. ad Stat. p. 41. Ennius Medeâ:* Quò nunc me vertam, quod iter incipiam ingredi?

INCESSUM MOLLEM

sic describit Sen. lib. VII. Quæst. Natural: Quicquid est boni moris, exstinguimus levitate & positurâ corporum. Muliebres munditias antecessimus, colores meretricios, matronis quidem non induendos, viri sumimus. Tenero & molli ingressu suspendimus gradum, &c. *Claudian. in Rufin. lib. II. v. 342:*

Ipse salutatum reduces post prælia turmas
Jam regale tumens, & principe celsior ibat,
Collaq; fœmineo jactabat mollia gestu.

Petronius: Quò incessus compositus,

&c ne

& ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia, nisi quòd formam prostituis, ut vendas? *Alibi dicit* fractos enervi corpore gressus, *Catull. ep.39.* Modestè atq; rhytmicè incedere. *Infandus illorum temporum mos fuit, quem tangit Varro his verbis:* Non modò suris apertis, sed pænè natibus apertis ambulans. *Et Cassiod. lib. 4.* Superbus quin etiam varicatis gressibus patet. *Vidi quosdam nostrorum imitari, ambitione stultâ, ne dicam, impiâ. Manil. lib. 5.*

Fœminea vestes, nexa sine tegmine planta,
Et species fictiq; placent ad mollia gressus.

Sirac.lib.XIX.v. 27.*Vestis, risus & incessus ostendunt hominem.* Juven.sat. 2. v.17. *Qui vultu morbum incessuq; fatetur. Vide Beroald. ad Sueton. Tiber.c. 68. & ad Apul. lib.2. Met. p.179. Wouver. ad Petr. p. 467. Voss. lib. 2. de Orig. & Progr. Idol.c.53.pag.661. Taubm. ad Pl. Epidic.3.3.55. Bochart. in Phaleg. lib.4. c.19.p.279.*

IN-

INDECENS, INSULSUS.

Tam benè convenit, quàm in tragœdia soccus *Bernart. ad Stat.* Quod hic planè est ἀπροσδιόνυσον. *Morell. ad Stat. p. 88.* Mihi quidem hunc sermonem Neronianas refrigerare posse thermas videtur, & fabrorum prandia betas æquè fatuas non esse. *Gronov. in Liv.* Tyrianthinæ vesti non convenit bardocucullus. *Mart. lib. I. epigr. 54.*

INDOCILEM

describit *Plautus in Pers. Act. 2. sc. 1.* Cuculus si in ludum iret, potuisset jam fieri, ut probè literas sciret. *De tali possent etiam præceptores dicere ex ejusdem Pseud. Act. 1 sc. 3.* In pertusum ingerimus dicta dolium: operam ludimus. *Hominem de vervecum grege* dicit Vossius. *Taurus non est ad istud jugum.* Lipsius. *Ne iratum quidem Achillem novit,* proverbium apud *Theodoretum.* Hoc quid sit, explicat *Heins. in orat. p. 62.* Paganorum, sed & diu Christianorum adolescentes, studiorum suorum initia duxisse ab Homeri Achille. Unde

de qui nihil didicissent, dicebantur, *ne Achillis quidem iram nosse*, à quâ liberales artes inchoare adolescentes soleant.

INDOCILES.

Lips. 1. Cent. Epist. 45. Facilè nobis ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκειν, è fimbria de veste judicare. *Casaub. in epist.* statim ἐκ τοῦ ὄνυχος τὸν λέοντα, ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ λοιπὸν ἱμάτιον cepimus æstimare. *Et alibi:* Facilè ex iis, quæ adhuc vidi, quam frugem nactura sit hæc seges, quæ adhuc in herba est, auguror.

INEXORABILIS.

Stat. lib. VI. Theb. v. 51.

Ille quoque affatus non mollius audit amicos,
Quàm trucis Ionii rabies clamantia ponto
Vota virûm, aut tenues curant vaga fulmina nimbos.

Idem lib. 5. v. 280.

-- -- Sed scopulos, & ahena precando
Flectere corda paro.

Vide

Vide Delr. ad Sen. Hippol. verſ. 578.
Medea apud Ovid. Ep. 12. v. 185.

Quòd ſi fortè preces præcordia ferrea tangunt.

INFRUGIFERAM

terram deſcribit Sen. conſ. ad Helv. c. 9.

INVIDIA.

Plautus in Pœn. a. 3. ſc. 5. Id nunc his cerebrum uritur, das verdrieſſt ſie. *Caſaub. in epiſt.* Si me natura feciſſet μικρόψυχον & invidiæ anguſtiis pectus mihi arctaſſet, inviderem tibi hanc tantam, tam ex facili partam, τῆς ἑλληνικῆς παιδείας ἐμπειρίαν.

INVITUS.

Sen. lib. I. de Benef. c. 1. Subductis, malignis, & vix exeuntibus verbis.

INVULNERABILEM

deſcribe ex *Senecæ Herc. Oet. v. 151.* De Cycno, excepto capite, invulnerabili, vide *Ovid. lib. 12. Metam. fab. 3.*

ITER

moleſtum deſcribit Liv. lib. I. dec. 3. in tranſitu Annibalis per Alpes.

LABOR, LABORIOSUS.

Eraſm. lib. 3. pap. 129. Hoc quicquid

 eſt

est mortarii, quando intrivi, mihi totum est exedendum. *Idem*: Nunc hoc saxum volvendum est, vel potiùs in hoc molendum pistrino. *Idem*: Versor in labore longè omnium molestissimo, in quo tamen jam eò provectus sum, ut per densissimas montis perfossi tenebras, qualis penetrandus est Neapoli Cumas adeuntibus, procul exiguum lumen, ceu stella quædam, exitum promittat, atque in fluctibus laboranti è longinquo portus appareat. *Casaub. in epist.* Magnum æquor sumus emensi: magnis tempestatibus jactati sumus: naufragium sæpè fecimus: tandem portum tenemus. *Heins. in Horat. p. 73. Catull. ep. 25.*

-- -- Velut minuta magno
Deprensa navis in mari vesaniente
vento.

LABOR IRRITUS.

-- -- Incerta hæc, si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas
Quàm si des operam, ut cum ratione
insanias.

LAC.

Lactis coagulati (Buttermilch) *descriptionem vid. ap. Bissel. in Icaria. p. 47.*

LACHRYMÆ.

Passeratius: Lapidi silici medius fidius excuteret hæc Tulliana. *Plaut. in Pseud. a. 1. sc. 1.* Puniiceos oculos habeo, non queo lacrumam exorare, ut exspuant unam modò. *Idem:* Genus nostrum semper siccoculum fuit. *Barcl. lib. 1. Argen.* Matrona inter preces atq; vota lachrymis manans, jam non ut hospiti tantùm, sed propemodum tanquam alumno, omnis curæ, omnis solicitudinis affectum impendebat. *Petronius:* Hæc cùm virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumq; in Hypogæo, Græco more, corpus custodire ac flere totis noctibus diebusq; cœpit. *Et mox:* At illa ignotâ consolatione percussa, laceravit vehementius pectus, ruptosq; crines super pectus jacentis imposuit.

Alius: Sedebat ſuper humillimum ſcabellum paulò ante dives & nobilis. Formæ florem lachrymarum ſqualor, eloquentiam creber ægerq; anhelitus, humanitatis ſenſum inſperata & extemporalis miſeria extinxerant.

LÆTITIAM

publicam deſcribit Juſt. lib. V. c. 4. Panegyricus Conſtantino Imp. Flavienſium nomine dictus: Caluit in nobis ultra vires noſtras animus ad lætitiam, ut quodam præſagio futuræ felicitatis elati tantâ de exultatione ſuſceperimus, quaſi jam indulgentiam, quâ futurus eras, haberemus. Exornavimus vias, quibus in palatium pervenitur, paupere quidem ſuppellectile; omnium ſigna collegiorum, omnium Deorum noſtrorum ſimulacra pertulimus. *Latinus Pacatus*: Jam quocunq; tuliſſes gradum, ſequi, circumcurſare, præcedere, vias denique, quibus fereбaris, obſtruere; nullus cuiquam ſui tuive reſpectus blandam tibi faciebat injuriam. Quid ergò referam pro mœni-

mœnibus ſuis feſtum liberæ nobilitatis occurſum? conſpicuos veſte niveâ Senatores, reverendos municipali purpurâ flamines, inſignes apicibus ſacerdotes? quid portas virentibus ſertis coronatas? quid aulæis tardantes plateas, accenſiſque funalibus auctum diem? quid effuſam in publicum turbam domorum, gratulantes annis ſenes pueros tibi longam ſervitutem voventes, matres lætas virgineſq; ſecuras? *Adde Ammian. Marcell. lib. XXI. ubi de ingreſſu Juliani in urbem Bononiam, Xiphil. in Ner. ubi de Nerone ingreſſo Neapolim. Polyb. in Exc. Leg. 3. ubi de Attalo ingreſſo Athenas Liv. lib. XXXV. cap. 43. de Antiocho Lamiam ingreſſo:* Exceptus ingenti favore multitudinis cum plauſibus clamoribuſq; & quibus aliis lætitia effuſa vulgi ſignificatur. *De Dione Syracuſas ingreſſo Diodor. lib. XVI. pag. 415. Huc ſpectat epigramma Martialis VI. lib. X. de Cæſaris Trajani adventu:*

Felices, quibus urna dedit ſpectare coruſcum

Solibus Arctois sideribusq; ducem.
Quando erit illa dies, quo campus, & arbor, & omnis
Lucebit Latiâ culta fenestra nuru.
Quando moræ dulces, longusq; à Cæsare pulvis,
Totaq; Flaminiâ Roma videnda viâ?
Quando eques, & picti tunicâ Nilotide Mauri
Ibitis? & populi vox erit una, VENIT?

Adde Plin. de ascensu Trajani in Capitolium, in Pan. c. 5. Ejusdemq; reditu in urbem, c. 22. & 23. Gunth lib. III. Ligur. v. 191. & seqq. Nazar. in Paneg. cap. 1. Freinsh. notâ 2. ad Curt. lib. V. cap. 1. §. 19.

LÆTITIA.

Mart. XI. epigr. 7.

Pallentes procul hinc abite curæ!
Quidquid venerit obvium, loquamur
Morosâ sine cogitatione.

Claud. de Prob. & Olybr. Consf. v. 234.

Suspen-

-- -- *Suspensaq; gaudia vocem*
Oppressam tenuêre diu.

Stat. lib. 2. Theb. v. 191.

-- -- *Omnis corde resedit*
Tristitia, affixiq; animo cessêre dolores.

Idem lib. 1. Silv. c. 2. v. 213.

-- -- *Amyclæis minùs exultavit arenis*
Pastor, ad Idæas Helenâ veniente carinas.

Catull. epigr. 5.

Vivamus, mea Lesbia, atq; amemus.
Rumoresq; senum severiorum
Omnes unius æstimemus assis, &c.

Accius Alcmæone apud Nonium in Lætitudinem: Ut me repositum immerentem repentino nuncio alacrem reddidisti, ac me excitâsti ex luctu in lætitudinem. Sen. Thyeste v. 918.

Pectora longis hebetata malis,
Jam sollicitas ponite curas:
Fugiat mœror fugiatq; pavor,
Fugiat trepidi comes exilii,
Tristis egestas, rebusq; gravis
Pudor afflictis.

Et Octav. v.747.

Recollige animum, recipe lætitiam: precor,
Timore pulso.

Ariſtoph. in pace p. 443. Ὡς ἥδομαι, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρομαι. Quàm lætor, & delector, & gaudeo!

LATINITAS parùm LATINA.

Reineſius: Notandum juventuti, ut devitet ceu noxiam in pratis ſinceræ latinitatis herbam; eſt enim è medio ſemilatinorum vulgo petitus, indignus, qui vel per tranſennam inſpiciatur. *Idem:* Ne mediæ quidem Latinitatis, ſed ultimæ, imò devirginatæ, habentur in eo plurima. *Gruterus:* Latina, quæ non magis intelliguntur, quàm ſi Punica eſſent. *Lipſius:* Vide, ne dica tibi apud Prætorem Grammaticorum ſcribatur violatæ Latinitatis. *Idem:* Quis ſic è priſco Latio? *Scaliger:* Dignum eſt elegantiâ ſeculi illius, quo literas ſcire, barbaries erat.

LEVIS.

Plautus in Perſ. a. 2. ſ. 2. Lenæ levifidæ neq;

neq; tippulæ levius pondus est, quàm fides lenonia. *Vide ibi Taubm.*

LITERÆ, sive SCRIPTURA VITIOSA.

Plaut. in Pseud. a. 1. s. 1. Quærunt literæ hæ sibi liberos: Alia aliam scandit. *Item:* An obsecro herclè habent quoq; gallinæ manus? Nam has quidem gallina scripsit. *In MSSto:* Quid multa? ubi horribilem sacramque tabellam omnes adspeximus, non modò barbarie incredibili aspersam, & infelici quadam siccitate verborum convestitam, sed & pluribus propemodum mendaciis quàm verbis refertam, mirari omnes, quid homini accidisset, qui adeò nos fungos putaret, ut conspectâ tabulâ hac suâ, velut ad obtutum Gorgonis, protinus iri exanimatos crederet. Quanquam illud elegans & ad ornatum, quòd multis lineis rectis, obliquis & parallelis, angulisq; aliis acutis & obtusis aliis distingueretur, atque ipsâ hac varietate non injucundâ oculos pasceret intuentium: cùm tam

tam solicito studio æquis spatiis demensa, ac quibusdam quasi metulis divisa, Archimedæam quandam nobis picturam in arena repræsentaret, quam quoties ipse adspicio, vel cogito, simile quidpiam patior, quod pictoribus usu venire tradunt, ut nunquam absolutam picturam nisi in pejus effingant: Erat, qui tacitus Lucilii illos versiculos admirabundus demurmuraret:

Ut lepidè lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes
Arte pavimento, atq; emblemate vermiculato!

LONGINQUITAS.

Ovid. Ep. 21. v. 154.

Illic te invenio, quanquam regionibus absis.

Livius lib. XXI. cap. 10. Devehendum in ultimas maris terrarumque oras, ablegandumque eò, unde ad nos nomen famaque ejus accedere nequeat, &c. Ubi nec Pelopidarum facta nec nomen audiuntur. Cic. Juven. sat. 3. v. 24.

Pro-

-- -- Proponimus illuc
Ire, fatigatas ubi Dædalus exuit alas.

Sil. lib. X. v. 414.

-- Atq; alio positas spectabat in orbe,
Queis sese occuleret, terras, quo nomina nulla
Pœnorum, aut patriæ penetraret fama relictæ.

LUCTUM ET CONFUSIONEM PUBLICAM

describunt multi tum Poëtæ tum Historici, è quibus has διατυπώσεις seligere placuit. *Just. lib. V. c. 7.* Quæ cuncta cùm Athenis nunciata essent, omnes relictis domibus per urbem discurrere pavidi; alius alium sciscitari, auctorem nuncii requirere: non pueros imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus imbecillitas domi tenet: adeò ad omnem ætatem tanti mali sensus penetraverat. In foro deinde coëunt, atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant. Alii fratres aut filios, aut parentes deflent, cognatos alii; alii amicos cognatis chariores, & cum priva-

tis casibus querelam publicam miscent: jam se ipsos, jam ipsam patriam perituram, miserioremque incolumium, quàm amissorum fortunam judicantes: sibi quisque ante oculos obsidionem , famem & superbum victoremq; hostem proponentes : jam ruinam urbis & incendia , jam omnium captivitatem recordantes. *Sil. Ital. libr. VI.* de fama post pugnam ad Thrasymenum depugnatam, *versu 552.*

Intereà rapidas perfusa cruoribus alas,
Sicut sanguineâ Thrasymeni tinxerat undâ,
Vera ac ficta simul spargebat fama per urbem.
Allia, & infandi Senones, captaq; recursat
Attonitis arcis facies ; excussit habenas
Luctificus pavor, & tempestas aucta timendo.
Hic raptim ruit in muros : vox horrida fertur,

Hostis

Hostis adest, jaciunt sudes & inania tela.
Ast aliæ laceris canentes crinibus alta
Verrunt tecta Deûm, & seris post fata suorum
Sollicitant precibus, requiem tenebraq́ dieśq́
Amisêre: jacent portis ululante dolore
Dispersum vulgus remeantumq́ ordine longo
Servat turba gradus. Pendent ex ore loquentum,
Nec lætis sat certa fides, iterumq́ morantur
Orando, & vultu interdum sine voce precati
Quod rogitant, audire pavent, hic fletus, ubi aures
Percussæ graviore malo; metus inde, negatum
Si scire, & dubius responsi nuncius hæsit.

Quibus metris Silius Italicus ligavit locum Livii lib. 11. dec. 3. ubi de eadem

re:

te: Romæ ad primum nuncium cladis ejus, cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus. Matronæ vagæ per vias, quæ repens clades allata, quæve fortuna exercitus esset, obvios percontantur: &c. *Brunn. lib.*1.*p.*38. Desperata illius noctis, & nihilo saniora sequentis diei consilia; ordinum ætatumque omnium confusa comploratio, & verissimæ lachrymæ, in publico civitatis funere suas sibi exequias celebrantium, ærumnosissimum lustrum, & paucorum habiti delectus, qui in Capitolium compingerentur, ardentem urbem ex editiore loco spectaturi, &c. *Item declamator alius:* Quis urbe pænè totâ, ad recentissimi fulminis longum stridorem, clamor? quis ad imbrium concussionem motus? quis intra penetralia pleraq; tumultus? quæ fœminarum comploratio? quis in publicum procursus, discursusq; sit exortus? cùm è conclavibus alii vel thalamis, alii de coquinis cellisq; & penore, terræ succussibus

bus excitati, prorumperent; cùm matrum aliæ raptos è cunabulis parvulos; aliæ papillis adhuc lactique inhærentes, dispassis ac semipexis capillis; nonnullæ, vittis negligenti tæniâ fluentibus, incerto cum ploratu vagarentur, &c. *Idem Silius lib. X. v. 578.*

Fama dehinc gliscente sono jam sidera adibat,
Jam maria, ac terras, primamq; intraverat urbem.
Diffidunt muris. Solam pavitantibus arcem
Speravisse sat est; nec enim superesse juventam.
Quòdq; adeò nondum portis irruperit hostis,
Contemtu cessare putant. Jam tecta cremari
Ac delubra rapi, cædesq; ante ora nefandæ
Natorum, septemq; arces fumare videntur.

MAGNILOQUENTIA.

Si qui magnificè se efferunt, proverbia-

verbialiter dicuntur. Simiæ cruorem bibisse. *Vide Diod. lib. XX. pag. 793.* Est ferè simile Gallorum parœmiæ: Avior mangè de la vache enragée. *Græcis* μεγαληγορεῖν magnificè loqui. Ψολοκομπία, αἰθαλοκομπία fumosa jactantia. *Vide Weitz. ad Valerii Flacci lib: V. v. 598.*

MANIFESTUM.

Ita perspicuum est, ut hoc negare, sit cæcitatem oculis suis consciscere. *Scal. ad Tibul. p. 144.*

MANSUETUS.

Plaut. in Pœn. a. V. s. 5. Canem hanc faciam oleo tranquilliorem. *Cicero:* In nostris inimicitiis me fore *auriculâ infimâ molliorem.* De hoc proverbio vide *Scal. in Catull. p. 30.*

MEMORIA, sive RECORDATIO, vide OBLIVIO.

Stat. IV. Silv. carm. 6. v. 4.

-- *Hæc imos animi perlapsa recessus*
Inconsumta manet.

Catull. carm. LX. v. 231.

Tum verò facito, ut memori tibi condita corde

Hæc

Hæc vigeant mandata, nec ulla obliteret ætas.

Idem carm. LXIV. v. 41.

Non possum reticere Deæ, quâ me Allius in re
Juverit, aut quantis juverit officiis:
Ne fugiens seclis obliviscentibus ætas
Illius cœcâ nocte tegat studium.
Sed dicam vobis, vos porrò dicite multis
Millibus, & facite hæc charta loquatur anus

MEMORIA DEBILIOR.

Lips. 2. El. 18. Memoria non semper mihi prompta. Tamen lectum simile aliquod mimi nomen confusè mihi est in mente. *Sen. lib. VII. de Ben. cap. 28.* Imprimis fragilis est memoria, & rerum turbæ non sufficit. Necesse est, quantum recipit, emittat, & antiquissima recentissimis obruat.

MENDAX, MENDACIUM.

Brun. lib. I. p. 71. Eä fronte fuit, ut ad nullum dictum erubesceret. *Idem de Scriptoribus mendacibus pag. 141.* Id Scri-

Scriptorum imperium est, ut semper vincant, subinde etiam in desperata causa. *Carolus de Laurentio Surio*: Cui sanè *de mendace luto finxit præcordia Titan*. Is ita largus est nugarum & anilium fabulamentorum, quorum vel ipsum puderet Mercurium, famosum alioqui mendaciorum artificem. *Casaub. Epist.*...... Cretensium mentiendi artem quàm probè calleat, quantus sit in illa artifex, & cæteri quidem libri ejus declarant: sed omnium maximè & insignissimè hîc mendacitatis & impudentiæ vela panduntur: hîc obtrectationi, maledicentiæ, virulentiæ, & harum virtutum matri calumniæ egregiè litatur. *Lipsius*: Illud verò non jam historia est, pace illorum dixerim, sed quod Græci solent, ornamentum & additamentum historiæ.

MERETRIX.

Plauto in Persa a. 2. sc. 2. dicitur subagitatrix. *Petronio* soror, *ut & Martiali illis versibus*:

O quam

O quàm blandus es, Ammiane, ma-
tri,
Quàm blanda eſt tibi mater, Am-
miane.

Fratrem *te vocat, & ſoror vocatur. Confer etiam de* fratris & ſororis *appellationibus. Scal. in Tibull. pag. 187. Lipſ. l.3. Antiq. Lect. & Erhard. in ſymbolis Petron. p. 733. Nec non illud adagium Arabicum*: Fortaſſis frater tuus eſt, at quem non peperit mater tua. Erpen. cent. 2. prov. 82. *Cauſſa hujus proverbii ab interprete Arabico ibidem eſt addita*: Quòd die quodam homo quidam vidit virum ſubductum cum muliere, dixitq; ei mulieri: Quis eſt iſte? illa reſpondit: *Frater meus.* Fortaſſe ait, *frater tuus* eſt, at *quem non peperit mater tua.* Factumq; eſt proverbium. *Notat ibi* Th. Erpenius: Solent puellæ & mulieres, etiam in hiſce terris, viſæ cum procis ſuis colloqui, quo ſuſpicionem omnem amoris impediunt, dicere eos *fratres* aut *cognatos* ſibi eſſe. Quæ impoſtura proverbium iſtud peperit & conſervat. *Hujuſcemodi*

cemodi cognatas Germani impuro & vili vocabulo Mummen/ *aut* Mummelein *appellant: Et sic hodiè vocantur sacrificulorum coquæ, nimirum* cognatæ, *quæ olim* sorores *in cellis, aut hospitiis monachorum; de his enim Concilii Ancyrani Canon. XXXIX:* Τὰς μέν τοι συνερχομένας παρθένυς τισίν, ὡς ἀδελφάς, ἐκωλύσαμεν. *Quæ Christophorus Justellus JCtus sic vertit:* Virgines, quæ *tanquam sorores* cum quibusdam habitant, prohibemus, *ad quem locum notat sequentia: Honorius & Theodosius Impp. l. XIX. C. de Episc. & Cler.* Eum, qui probabili seculo disciplinam agit, decolorari consortio *sororiæ appellationis* non decet. *Ita solebant* clerici *propudia sua* sorores *appellare, & sub hoc pietatis nomine vitia sua obtegere, ut non malè in eos jactaretur illud Martialis:*

Quare non habeat, Fabulle, quæris,
Uxorem Themison? habet sororem.

Hujusmodi erant συνείσακτοι & ἀγαπηταί, *hoc est*, virgines, quæ, *ut ait Hieronymus in Epist. ad Oceanum*, à chari-

tate nomen trahentes, quasi spirituali amore conjunctæ, sic dicebantur ab illis, penes quos habitant, Ecclesiasticis, quorum sine nuptiis sub alio nomine uxores erant, concubinæ, meretrices. *Hac admiranda atq; ingenua sinceritatis JCtus ille,* Justellus *not. in Cod. Canonum Ecclesiæ universæ p.164. Qui præterea ad συνείσακτον γυναῖκα. Can. III. ejusdem Concilii p. 136. 137. 138. 139. 140. præclara antiquitatis testimonia ordine congessit.* Wovverio *describitur*, quæ pullipremoni pro culcitella. *De hoc verbo vide Vinet. in Auson. pag. 227.* Nonaria *dicitur veteri Grammatico, & Persio sat. I. v.134. Post* horam *enim* nonam *scorta copiam sui faciebant in publico. Vide Jos. Laurent. 2. Polymath. 25.* Fundi calamitas *Antiphani,* immundi cœni cloaca *Chrysostomo.* Puellæ lenonum *Juv. sat. XIV. v. 45.* recelliclunix *Plaut. Pœn. a. I. s. 2. v. 54.*

METUS.

Plaut. in Pseud. a. IV. s.3. Cor colligatis vasis expectat meum, ut exsula-

tum

eum ex pectore aufugiat meo. *Item a. IV. s. 4.* Mihi cor retunsum est oppugnando pectore. *Brunn. lib.* 1. *pag.* 37. Virtus omnis à dextra in pedes migraverat; horum maximus usus, cætera obtorpuerunt; neque os adeô ad clamorem suffecit. *Et pag.* 35. Vallo & fossâ clausos, semiviros & fœminas per contumeliam appellabant. *Alius:* Externati subsistimus; & uterq; quidem timoribus elingues; sed pallidior ego: qui tamen, quantumcunque assequi dissimulatione licuit, corrigere colorem annitebar. *Item:* Ut primùm colloquiorum facundiam, quasi redivivi, concepimus: Rogo, inquit, in tam vasti pectoris thorace verè pavorem & metum claudebas? an ad me terrendum fingebas? nam certè buxus eras atq; cera, non vir aut homo. *Sen. in Oedipo.* Gelidus in venis stetit hæsitque sanguis. *Lips. in Sat. Menip.* Tange me frater, frigidior nive Gallicâ sum. *Euphormio:* Cohorrui ad hæc dicta, & Gallico gelu frigidior metus etiam intimum ca-

lo-

lorem tentabit. *Item:* Putares revelatam Persei parmam, & omnes plusquam lapideo frigore obriguisse. *Item:* Perceperam toto corpore horrorem frigidissimum. *Huc refero illa de ingenti terrore. Petronius:* Fulminatus sum hâc pronunciatione. *Item:* Uterq; nostrûm tam inexpectato ictus sono amiserat sanguinem. *Euphormio:* Me velut atroci fulmine damnatum, & exanimi sopore marcentem. *Item:*

Qui tremor, illicitâ cœli de lampade tactos
Percutit attonitum, pariterq; horrore sub uno
Vox, animus, sanguisq; perit.

MILITAREM ANIMUM

sic describit Brunn. lib. II. pag. 153: Hi longam pacem idem jam censebant, quod longam crucem: utiq; postquam ii ferè obierant, qui cicatrices ostendere possent, & belli incommoda laceris corporibus circumferrent. *Plaut. Trucul. a. 2. s. 6. v. 25:* Qui ubi natus est, machæram & clypeum poposcit sibi. *Stat. lib. 9. v. 261.* Tela puer lacbrymis

 & pri-

& primâ voce poposcit.

MILITEM

describere possis, qualem Annibalem Silius lib. I.

Ingenio motus avidus, fideiq; sinister
Is fuit, exuberans astu, sed devius aequi.
Armato nullus divûm pudor: improba virtus
Et pacis despectus honos, penitusq; medullis
Sanguinis humani flagrat sitis.

Claud. de III. cons. Honor. v. 11.

-- -- Strictis quem fulgida telis
Inter laurigeros aluerunt castra triumphos.

Juv. sat. XVI. v. 48.

Quos arma tegunt, & baltheus ambit.

Stat. lib. VII. v. 7.

Sed belli sudore calens, clypeoque cruentis
Roribus, & scissi respersus pulvere campi.

Sil. lib. VI. v. 74.

-- -- Vetus ille parentis

Miles

Miles & haud surdâ tractârat prælia famâ.

Et v. 208.

Utq; erat in pugnamq;, & Martem, & prælia, & hostem
Igneus, & magno audendi flagrabat amore.

MODESTUS.

Eâ morum civilitate modestiaque, ut ipse magnitudinem suam solus nescire videatur. *Erasm. in ep. 130.* Homo imbecillæ frontis *dicitur aliis.*

MOLLITER.

Plaut. in Pœn. a. III. *sc. 3.* Ubi ego curer molliùs, quàm Regi Antiocho oculi curari solent. *Harpocration docet* ἰονικῶς usurpari interdum, pro ἁβρῶς & τρυφερῶς, *hoc est, molliter, tenerè, delicatè. Vide Lamb. ad Hor. l. 3. carm. 6.* Modus doceri gaudet Jonicos matura Virgo.

MONTEM

describit Mariana præf. lib. de Rege & Reges Instit. p. 1. 2. 3.

MORBUS.

Lipsius libr. III. *Epistol. Quæst.* 23.

Hilum non abfui à nigra illa Diva. *Idem lib.2. Elect, c.16. è Laberii fragmentis desumptâ phrasi.* Lentus ac difficilis morbus, ut hedera quædam ſerpens, implicat & enecat me longo tractu. *Casaub. Epist. 324:* In album ποδαγρικῶν relatus ſum. *Liv. lib. 3. c. 6:* Collega Servilius exigua in ſpe trahebat animam. *Ibid. c. 7.* Per ignota capita latè evagata eſt vis morbi.

MORTEM

per εὐφημισμὸν *efferebant veteres. Inſcr. VII. 1060. invenio:* RECESSIT, pro mortuus eſt: *ap. Plin. lib.2. ep.1.* Et ille quidem plenus annis ABIIT, *apud Cic. Phil. 1.* Si quid mihi humanitùs accidisſet. *Vell. l.2. c.31:* Si quid huic acciderit. Vide *Voſſ. l.4. Inſt. orat. p.189.190. Tibullus:* Seu nos fata FUISSE velint. *Ubi* Scaliger: *Abſtinet* mentione mortis. *Plautus:* Pænè hic nobis FUIT Phronesium, hoc eſt, μικροῦ ἀπέθανε. *Hac Scalig.* adde *Arnold. ad Catonis Diras. p. 141. Lucret. l. 3.* Cur ut plenus vitæ conviva RECEDIS? *Corn. Nep. in Hannibale:* multis variisq; perfunctus honori-

horibus; anno ACQUIEVIT ſeptuageſimo. *Vide ibi Gebhard. n. 36. Apud Diog. Laërt. multa talia notavi, præſertim ubi de teſtamentis Philoſophorum.* Durius *Catullus*: Cecidit veluti prati ultimus flos, prætereunte poſtquam tactus aratro eſt. *Carm. ad Fur. & Aurel. 11. Salluſtius dixit* OCCIDERE *in Bell. Jug. cap. 7*: Sperans (*Jugurtham*) hoſtium ſævitiâ facilè OCCISURUM *Horatius utitur verbo* DECIDERE *lib. IV. od. 7.*

Nos ubi *decidimus*,
Quò pius Æneas, quò Tullus dives, & Ancus, &c.

Et lib. I. ep. ad Numic. IRE:

-- -- cum benè notum
Porticus Agrippæ, & via te conſpexerit Appi:
IRE tamen reſtat, Numa quò devenit & Ancus.

Lib. II. od. 17. dicit ſupremum carpere iter. *Apul. lib. IV. Met*: vitam evadere: *Id. lib. eod. pag 489.* præſentem caſum generoſo vigore tolerans, gloriam ſibi reſervavit, vitam fato reddidit. *Idem in*

in Florid. Personam vitæ deposuit. *L. 15. C. de Test. mil.* Vitæ sortem derelinquere. *Just. lib.* XXVII. *c. 3. §. 12.* Finire. *Ibi Bernegg. vide l. 1. C. de O. & A. & l. 2. C. quando & quibus 4. pars, &c:* Fati munus implere. *Nep.* XXI. *c. 1. §. 5:* Naturæ debitum reddere. *Plin. lib.* I. *ep. 12.* Vitæ retinacula abrumpere. *Cassiod. lib.* VI. *var. in form. Patriciatus p. 204.* Vitæ munera derelinquere. *Aristoph. in Equit. p. 250:* Ἄπαγ᾽ ἐς μακαρίαν. *Ubi Scholiastes:* Κατ᾽ ἐφημισμὸν, ἀντὶ τοῦ εἰς ὄλεθρον, ἐπεὶ καὶ οἱ τεθνεῶτες μακαρῖται λέγονται. *Spart. in Hadriano:* Si quid mihi fatale contigerit. *Ubi Casaub. p. 24:* Fatale, *hoc est, mors* τὸ χρεών. *Sed in hoc loquendi genere sæpius reticetur hoc verbum à Latinis:* Etiam à Græcis ἐάν τι πάθω, ἐάν τι συμβῇ, hæc Casaub. *Vopiscus in Probo:* Si quid sibi scienti prudentique eveniret. *Id est*, si sibi morte suâ mori contingeret, *ita ut certus de obitu, suprema sua posset ordinare. Quomodo & S. Scriptura mortis horrorem mitiget, præclare id nos docet ὁ πάνυ Dilherrus lib. I. Elect. c. 16.* Obiit

biit, occidit, interiit, devixit, mortuus est, *δυσφημίας, verba; quæ in familiari colloquio veteres refugiebant, Tragici consectantur.* Vixit, abiit, fuit. *εὐφημίας; unde &* abitio *pro morte apud Festum. Hæc Delr. in Sen. p. 330. adde Taubm. in Pl. Trin. 1.2.120.*

MUSICA.

Ejus dulcedinem describit Euphorm. part. V. Tum leni concordiâ ad vocem pulsabat resonantes cytharæ nervos, ut Sirenum contemtor Ulysses, arbori navis alligatus, vincula diripuisset, etiam cum periculo novum Ariona propiùs auditurus. Oculi ad sinistræ manus motum adhærentes addebant canenti gratiam. Musarum & Charitum dulce temperamentum, his aut similibus modis à Deidamia gaudium Achilles extorsit.

MUTABILIS.

Vertumnis natus inquis. *Vide Heins. in Hor. p. 37. Tales vocat Aristoph. in Equit.* ἐπετείους, homines unius anni, *idest, ut explicat Schol. pag. 218.* ἐυμετα-

ταβλήτυς ὀλιγώρυς καὶ ἀψικόρυς, mutabiles, incuriosos, & fastidiosos.

NAUFRAGII

descriptiones vide apud auctores, quos citat Farnab. ad Ovid. lib. XI. Met. v. 554.

NIGER.

Plaut. in Pœn. a. V. s. 5. Replebo atritate, atrior multò ut siet, quàm Ægyptii, ut qui cortinam ludis per circum ferunt. *Petronius:* Tinctus colore noctis. *Puteanus in Como:* Puer Æthiops cum face intrat, cui noctis ipse color personam fecerat. *Euphormio:* Servum eâ vultus parte, quâ ictum acceperat, supra omnes Æthiopes atrum. *Isidorus:* Mauros habet terra nox corporum. *Juvenalis de Æthiope pocillatore sat. V. v. 53:*

-- -- nigri manus ossea Mauri,
Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

NIHILI FACERE.

Catull. ep. 17:

Ludere hanc sinit, ut lubet, nec pili facit uni.

Idem

Idem ep. 39.

Non assis facis.

NOTUM.

Juven. sat. VI. v. 335.

-- -- sed omnes
Noverunt Mauri atq; Indi.

NOX.

Varro: Jam noctis erat meridies, *quem Italicus Poëta* Testi *in Lyricis* imitatus *part. 2. pag. 92. dixit*: Gia per le vie dello stellato mondo Era la notte al suo meriggio ascesa. *Lips. in Sat. Menipp.* Quies fuit alta, qualis noctis conticinio solet. *Poëta nescio quis:*

Intereà plenis nox præcipitata ruinis.

Ovid. lib. XI. Met. v 310:

-- -- nox cælum sparserat astris.

Id. lib. XV. v 651:

-- seram peperêre crepuscula lucem,
Umbraq; telluris tenebras induxerat orbi.

Val. Flacc. lib. V. v. 278:

Nox, hominum genus, & duros miserata labores,
Rettulerat fessis optata silentia terris.

Ovid, lib. 4. Fast. v. 487.

Jam color unus ineſt rebus, tenebriſq;
teguntur
Omnia, jam vigiles conticuêre canes.

Et v. 659.

Intereà placidam redimita papavera
frontem,
Nox venit, & ſecum ſomnia ni-
gra trahit.

Luc. lib. VI. v. 570.

-- -- altâ
Nocte poli, Titan medium quo tempo-
re ducit
Sub noſtrâ tellure diem.

Horat. 15. Epod.

Nox erat, & cœlo fulgebat luna ſe-
reno
Inter minora ſidera.

Idem lib. I. ſat. 5.

-- -- Jam nox inducere terris
Umbras, & cœlo diffundere ſigna pa-
rabat.

Apul. lib. IV. Met. *Noctis illumino tempore, quo ſomnus obvius impetu primo corda mortalium validiùs invadit ac premit.* Id. lib. IX. *Sol ipſum delapſus*

Ocea-

Oceanum, subterrenas orbis plagas illuminabat.

Ovid. lib. XV. Met. v. 30:

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput intulerat densissima sidereum nox.

Silius lib. IIX. v. 165.

-- -- tacito nox atra sopore
Cuncta per & terras & lati stagna profundi
Condiderat.

Stat. lib I. Theb. v. 336.

Jamq; per emeriti surgens confinia Phœbi
Titanis, latè mundo subvecta silenti
Roriferâ gelidum tenuaverat aëra bigâ.
Jam pecudes [illegible]resq; tacent: jam somnus avaris
Inserpit curis, pronusq; per aëra nutat
Grata laborata referens oblivia vitæ.

Idem lib. II. v. 527.

Cœperat humenti Phœbum subtexere pallâ

Nox & cæruleam terris infuderat
umbram.

Ovid. lib. 4. Fast. v. 686:

Demserat emeritis jam juga Phœbus
equis.

Claud. in Rufin. lib. 2. v. 324:

Cæperat humanos alto sopire labores
Nox gremio, pigrasq; sopor diffude-
rat alas.

Juven. sat. V. v. 22.

Sideribus dubiis, aut illo tempore,
quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca
Bootæ.

NUGÆ

Plaut. in Pœn. Act. 1. sc. 1. *Gerræ germanæ, atq; edepol liroe liræ.* Lips. lib. 1. de const. c. 19. *Tricari tibi videor, & quod ille ait,* χέγχρον τρυπᾶν *(milium terebrare)* Casaub. in Theophr. p. 217. *Logi, & quidem Siculi non Attici.*

NUMERUS INFINITUS.

Catullus ad Lesbiam. ep. 7:

Quàm magnus numerus Libyssæ
arenæ
Laser piciferis jacet Cyrenis,

Ora-

Oraculum Jovis inter æstuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulcrum:
Aut quàm sidera multa, cùm tacet nox,
Furtivos hominum vident amores.

Fr. Londenbrog. ad illud Amm. l. XIV. f. Arenarum numerum, *citat istud Zenobii:* Ἄμμον μετρεῖν, ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀνεφίκτων. *Casaub. ep. 199.* Nullus dubito, divinam mentem tui ingenii tam multum offensuram,

Quàm multa in silvis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia.

Dinnerus in Sadducæo: Quas qui recensere volet, faciliùs filiarum Sileni, hoc est, vitium genera ac nomina retulerit, quorum tamen numerum qui scire velit,

. — Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nôsse, quot Jonii veniant ad littora fluctus:

Principe Poëtarum teste in Georgicis.

Catull. ep. 57:

Ille pulveris erithei
Siderumque micantium
Subducat numerum prius,
Qui vostri numerare volt
Multa millia ludi.

Hieron. ad Oceanum. *Quos si sigillatim voluero nominare, tantus numerus congregabitur, ut Ariminensis Synodi multitudo superetur.* Juv. sat. XIV. v. 25.

-- -- expectas, ut non sit adultera Larga
Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam citò, nec tanto poterit contexere cursu,
Ut non ter decies respiret.

Ψαμμακοσιογάργαρα dicuntur Aristophani ἀφάτως πολλά, καὶ ἀναρίθμητα.

NUNQUAM.

Plautus in Pœn. a. 1. s. 2. *Quo die Orcus ab Acheronte mortuos remiserit.*

Horat. epod. 5.

Priusq; cœlum sidet inferius mari
Tellure porrectâ super.

Claud.

Claud. de Prob. & Olybr. Conſ. v. 169.

Ante dabunt hyemes Nilum, per flumina damæ
Errabunt, glacieq; niger damnabitur Indus.
Ante Thyeſteis iterum conterrita menſis
Interciſa dies refugos vertetur in ortus.

Sen. Herc. Oet. 1580.

Ante naſcetur ſeges in profundo,
Vel fretum dulci reſonabit unda:
Ante deſcendet glacialis urſæ
Sidus, & ponto vetito fruetur.

OBLIVIO, vide MEMORIA.

Catull. carm. 60. v. 207.

Ipſe autem cæcâ mentem caligine Theſeus
Conſitus, oblito dimiſit pectore cuncta,
Quæ mandata priùs conſtanti mente tenebat.

Et v. 280:

Hæc mandata priùs conſtanti mente tenentem

The-

Thesea, ceu pulsæ ventorum flamine nubes
Aërium nivei montis liquêre cacumen.

Idem epigr. 61:

Ne tua dicta vagis ne quicquam credita ventis,
Effluxisse meo fortè putes animo.

Ovid. lib. I. Amor. el. 4. v. 11.

-- -- nec Euris
Da mea nec tepidis verba ferenda Notis.

OBSCURUS

Plaut. in Pœn. a. I. ſ. 3. Iſti quidem herclè orationi Oedipo opus conjectore eſt, qui Sphyngi interpres fuit. *Poſſis & ex Cic. ep. ad Att.* Legi hoc & illud: Quæris, quid cenſeam? milleſimam partem vix intelligo. *Eraſm. ad Bud. lib. I. ep. p. 21.* Illic datâ operâ λυκοφρωνείοντι miſcuiſti, Loxian quempiam nobis referens. *Lipſius:* Apollo fatidice, qui ſunt iſti? *Item:* Omnes Quindecimviri fatalium virorum nunquam hæc explicabunt. *Idem Cicero:* Ænigma Oppiorum non intellexi; eſt enim nu-

numero Platonis obſcurius. *Item:* Mihi tenebræ ſunt. *Druſius*: Horum verborum ſententiam decem Sibyllæ inveſtigabunt. *Virg*:

-- -- tenent media omnia ſilvæ.

Contra de re plana dices è Lipſio: Hac de re Apollo Delphicus non erit conſulendus. *Item:* Nihil certius unquam cortina Phœbi protulit. *Item:* Hac de re (quæ veriſſima eſt) qui ambigit, illi nihil cauſæ eſt, quin facem in meridie accendamus. *Item:* Clarior hæc res eſt, quàm ſolis eſſe radii, cùm ſudum eſt, ſolent. *Juvenalis:* Nôrunt etiam, qui nondum ære lavantur. *Nam pr infantibus non dabatur mercedula balneatori. Cicero:* Quod omnes non modò homines, verùm etiam pecudes factum eſſe ſciunt. *Perſius*: Nôrunt, qui nuces nondum reliquêre. *Nam puerorum nuces, ut virorum teſſera.*

ODOR, OLFACTUS.

Catull. ep. 13.

Nam unguentum dabo, quod meæ puellæ

Do-

Donârunt Veneres Cupidinesq;
Quod tu, cum olfacies, Deos rogabis,
Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

ORATOR BONUS.

Vide supra ELOQUENS, *& adde hoc Lipsianum:* Qui hunc virum non amat, eum profectò Musæ non amant: tanta ejus in dicendo suavitas, ut nil nisi mulsa loqui videatur; tanta eruditio, ut non nisi Phœbo dictante credamus verba ejus excepta. *Item:* Cui omnes lepores & Veneres ad imperata respondent.

ORATOR INEPTUS.

De hoc dices è Cic. ad Att: Molis potiùs quàm Moloni operam dedit. *Fuit enim Molo facultatis oratoriæ doctor. Ex eodem possis etiam admodùm facetè:* Equidem ego pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt: ranæ ῥητορεύουσι *Rutger. lib. 1. Var. c. 13.* Sermonis ratio talis, qualis è Monachorum claustris prorepere solet. Vide suprà LATINITAS.

ORDO INVERSUS.

Plut. in Sympos. laudat Plautonem autorem

rem proverbii ἀπ᾽ οὐρᾶς ἐπὶ στόμα, à cauda ad os. *Quo is rei alicujus præposterum, & quod ultimum erat, inverso ordine primum factum significavit. Explicat fusè Reines. l. 1. Var. c. 10.*

OTIUM, QUIES.

Lips. 1. de Mil. Rom. dial. 1: Feriæ sunt, & tam vacui nos nunc quàm ipsa Vacuna: *Marcellum quomodo ad otium hortetur Statius, vide lib. 4. Silv. carm. 4. v. 28. Juv. sat. 11. v. 183.*

Sed nunc dilatis averte negotia curis,
Et gratam requiem dona tibi.

PALLIDUS.

Mart. lib. 12. epig. 32: Et non recenti pallidus magis buxo. Ora buxo pallidiora dixit *Ovid. lib. IV. Met. v. 134. & lib. 11 v. 417:* Buxoque simillimus ora pallor obit. *Catull. ep. 77.*

-- -- inauratâ pallidior statuâ.

Tibull. lib. 4. el. 4. v. 5.

Effice ne macies pallentes occupet artus,
Neu notet informis pallida membra color.

PARASITUS

omnis

omnis fumi non imperitus *describitur. Apul. Apol. Vide Casaub. in Suet. Aug. c.39. Crispinus, Domitiani parasitus, Juvenali sat. 4. v.31. dicitur* purpureus magni scurra palati. Quando remissus est edendi exercitus. *Plaut. Capt. a. s. 2. v.50.* Vide sequentia, ubi enumerat milites parasiticos. *Pistorienses, Paniceos, Placentinos. Turdetanos, Ficedulenses, &c. Cur parasiti dicti* scorta? *Vide Taubm. ad Plauti Cap. a.1. s.1. v. 1.*

PATRIA.

Brun. lib. 9. pag. 679. Ea viro huic patria fuit & magistra virtutum, quæ illum Divis æquârunt. *Rutgers. lib. 1. Var. c. 9.* Hîc prima studiorum suorum alimenta, velut lac ex almæ parentis uberibus hausit. *Lips. lib. 2. E. Q. 34.* Hîc cunabula, hîc locus natalis meus est; hîc infantia mea vagiit: hanc terram tetigi: hunc aërem primùm hausi.

PATRICIUS.

Stat. lib. 1. carm. 2. v.71:

-- *quem patriciis majoribus ortum*
Nobilitas gavisa tulit.

Idem

Idem lib. V. Silv. carm. 2. v. 15.

-- Non te series inhonora parentum
Obscurum proavis & prisca lucis egentem
Plebeja de stirpe tulit.

PAUPER.

Juv. *-- Rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso*
Figantur virides scalarum, gloria, palma.

Explicavi jam *suprà in Petitoria XIV. Adde illud Prudentii libr. 1. contra Symm. v. 581.* Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus. *Et istud Sen. ep. 80.* Diurnum accipit, in cœnaculo dormit. *Ubi tamen Lipsius mavult* centunculo. *Juven. Sat. X. v. 18.* Rarus venit in cœnacula miles. *Vide Taubman. ad Plauti Amphitr. a. 2. s. 1. v. 3. Refer huc, quod observat Scip. Gentil. de secund. Nupt. cap. 11. pag. 62. Romæ nempe & Constantinopoli civibus pauperibus distributos olim certo tempore certisq; locis urbis panes, & quidem* in gradibus *ad hoc ipsum extructis; unde* & panis gradilis appellatur, *de quo ex-*

tit.

Nox & cœruleam terris infuderat umbram.

Ovid. lib. 4. Fast. v. 686:

Demserat emeritis jam juga Phœbus equis.

Claud. in Rufin. lib. 2. v. 324:

Cœperat humanos alto sopire labores
Nox gremio, pigrasq; sopor diffuderat alas.

Juven. sat. V. v. 22.

Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.

NUGÆ

Plaut. in Pœn. Act. 1. sc. 1. *Gerræ germanæ, atq; edepol liroe liræ.* Lips. lib. 1. de const. c. 19. *Tricari tibi videor, & quod ille ait,* χέγχρον τρυπᾶν (*milium terebrare*) Casaub. in Theophr. p. 217. *Logi, & quidem Siculi non Attici.*

NUMERUS INFINITUS.

Catullus ad Lesbiam. ep. 7:

Quàm magnus numerus Libyssæ arenæ
Laser piciferis jacet Cyrenis,

Ora

Oraculum Jovis inter æstuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulcrum:
Aut quàm sidera multa, cùm tacet nox,
Furtivos hominum vident amores.

Fr. Londenbrog. ad illud Amm. l. XIV. f. Arenarum numerum, *citat istud Zenobii:* Ἄμμον μετρεῖν, ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀνεφίκτων. *Casaub. ep. 199.* Nullus dubito, divinam mentem tui ingenii tam multum offensuram,

Quàm multa in silvis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia.

Dinnerus in Sadducæo: Quas qui recensere volet, faciliùs filiarum Sileni, hoc est, vitium genera ac nomina retulerit, quorum tamen numerum qui scire velit,

... Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nôsse, quot Jonii veniant ad littora fluctus:

Principe Poëtarum teste in Georgicis.

Catull. ep. 57:

Ille pulveris erithei
Siderumque micantium
Subducat numerum prius,
Qui vostri numerare volt
Multa millia ludi.

Hieron. ad Oceanum. *Quos si sigillatim voluero nominare, tantus numerus congregabitur, ut Ariminensis Synodi multitudo superetur.* Juv. sat. XIV. v. 25.

-- -- expectas, ut non sit adultera
Larga
Filia, qua nunquam maternos dicer
mœchos
Tam citò, nec tanto poterit contexer
cursu,
Ut non ter decies respiret.

Ψαμμακοσιογάργαρα dicuntur Aristophani ἀφάτως πολλά, καὶ ἀναρίθμητα

NUNQUAM.

Plautus in Pœn. a. 1. s. 2. *Quo die Or ab Acheronte mortuos remiserit.*

Horat. epod. 5.

Priusq; cœlum sidet inferius mar
Tellure porrectâ super.

Cl

Claud. de Prob. & Olybr. Conſ. v. 169.

Ante dabunt hyemes Nilum, per flumina damæ
Errabunt, glacieq; niger damnabitur Indus.
Ante Thyeſteis iterum conterrita menſis
Intercíſa dies refugos vertetur in ortus.

Sen. Herc. Oet. 1580.

Ante naſcetur ſeges in profundo,
Vel fretum dulci reſonabit unda:
Ante deſcendet glacialis urſæ
Sidus, & ponto vetito fruetur.

OBLIVIO, vide MEMORIA.

Catull. carm. 60. v. 207.

Ipſe autem cæcâ mentem caligine Theſeus
Conſitus, oblito dimiſit pectore cuncta,
Quæ mandata priùs conſtanti mente tenebat.

Et v. 280:

Hæc mandata priùs conſtanti mente tenentem

Thе-

Thesea, ceu pulsæ ventorum flamine nubes
Aërium nivei montis liquêre cacumen.

Idem epigr. 61:

Ne tua dicta vagis ne quicquam credita ventis,
Effluxisse meo fortè putes animo.

Ovid. lib. 1. Amor. el. 4. v. 11.

-- -- nec Euris
Da mea nec tepidis verba ferenda Notis.

OBSCURUS

Plaut. in Pœn. a. 1. s. 3. Isti quidem herclè orationi Oedipo opus conjector est, qui Sphyngi interpres fuit. *Possis* e*ex Cic. ep. ad Att.* Legi hoc & illuc Quæris, quid censeam? millesimam partem vix intelligo. *Erasm. ad Bud. lib. 1. ep. p. 21.* Illic datâ operâ λυκοφρ-νεἰοντι miscuisti, Loxian quempiam nobis referens. *Lipsius:* Apollo fatidic qui sunt isti? *Item:* Omnes Quindecimviri fatalium virorum nunquam h explicabunt. *Idem Cicero:* Ænigm Oppiorum non intellexi; est en

numero Platonis obscurius. *Item:* Mihi tenebræ sunt. *Drusius:* Horum verborum sententiam decem Sibyllæ investigabunt. *Virg:*

-- -- tenent media omnia silvæ.

Contra de re plana dices è Lipsio: Hac de re Apollo Delphicus non erit consulendus. *Item:* Nihil certius unquam cortina Phœbi protulit. *Item:* Hac de re (quæ verissima est) qui ambigit, illi nihil causæ est, quin facem in meridie accendamus. *Item:* Clarior hæc res est, quàm solis esse radii, cùm sudum est, solent. *Juvenalis:* Nôrunt etiam, qui nondum ære lavantur. *Nam pro infantibus non dabatur mercedula balneatori. Cicero:* Quod omnes non modò homines, verùm etiam pecudes factum esse sciunt. *Persius:* Nôrunt, qui nuces nondum reliquêre. *Nam puerorum nuces, ut virorum tessera.*

ODOR, OLFACTUS.

Catull. ep. 13.

Nam unguentum dabo, quod mea puellæ

Do-

Donârunt Veneres Cupidinesq;,
Quod tu, cum olfacies, Deos rogabis,
Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

ORATOR BONUS.

Vide supra ELOQUENS, & adde hoc Lipsianum: Qui hunc virum non amat, eum profectò Musæ non amant: tanta ejus in dicendo suavitas, ut nil nisi mulsa loqui videatur; tanta eruditio, ut non nisi Phœbo dictante credamus verba ejus excepta. *Item:* Cui omnes lepores & Veneres ad imperata respondent.

ORATOR INEPTUS.

De hoc dicesè Cic. ad Att: Molis potiùs quàm Moloni operam dedit. *Fuit enim Molo facultatis oratoriæ doctor. Ex eodem possis etiam admodùm facetie:* Equidem ego pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt: ranæ ῥητορεύουσι *Rutger. lib. I. Var. c. 13.* Sermonis ratio talis, qualis è Monachorum claustris prorepere solet. Vide suprà LATINITAS.

ORDO INVERSUS.

Plut. in Sympos. laudat Plautonem autorem

rem proverbii ἀπ' ὀυρᾶς ἐπὶ στόμα, à cauda ad os. *Quo is rei alicujus præposterum, & quod ultimum erat, inverso ordine primùm factum significavit. Explicat fusè Reines. l. 1. Var. c. 10.*

OTIUM, QUIES.

Lips. 1. de Mil. Rom. dial. 1: Feriæ sunt, & tam vacui nos nunc quàm ipsa Vacuna: *Marcellum quomodo ad otium hortetur Statius, vide lib. 4. Silv. carm. 4. v. 28. Juv. sat. 11. v. 183.*

Sed nunc dilatis averte negotia curis,
Et gratam requiem dona tibi.

PALLIDUS.

Mart. lib. 12. epig. 32: Et non recenti pallidus magis buxo. Ora buxo pallidiora dixit *Ovid. lib. IV. Met. v. 134. & lib.* II *v. 417:* Buxoq; simillimus ora pallor obit. *Catull. ep. 77.*

-- -- inauratâ pallidior statuâ.

Tibull. lib. 4. el. 4. v. 5.

Effice ne macies pallentes occupet artus,
Neu notet informis pallida membra color.

PARASITUS

omnis

Idem lib. V. Silv. carm. 2. v. 15.

-- Non te series inhonora parentum
Obscurum proavis & prisca lucis egentem
Plebeja de stirpe tulit.

PAUPER.

Juv. *-- Rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso*
Figantur virides scalarum, gloria, palmæ.

Explicavi jam *suprà in Petitoria XIV. Adde illud Prudentii libr. 1. contra Symm. v. 581.* Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus. *Et istud Sen. ep. 80.* Diurnum accipit, in cœnaculo dormit. *Ubi tamen Lipsius mavult* centunculo. *Juven. Sat. X. v. 18.* Rarus venit in cœnacula miles. *Vide Taubman. ad Plauti Amphitr. a. 2. s. 1. v. 3. Refer huc, quod observat Scip. Gentil. de secund. Nupt. cap. 11. pag. 62. Romæ nempe & Constantinopoli civibus pauperibus distributos olim certo tempore certisq; locis urbis panes, & quidem in* gradibus *ad hoc ipsum extructis; unde &* panis gradilis appellatur, *de quo est* *tit.*

tit. in C. Theod. Et ille versiculus Prudentii contra Symm. l. 1. v. 583: Et quos panis alit gradibus dispensus ab altis. *De hac re idem adeundos porrò censet Alciat. l. 8. Parerg. c. 5. Lips. l. 1. Elect. c. 8. Cujas. ad l. 6. C. de secun. Nupt. Salicet. ad l. 14. C. de SS. Eccles. & inprimis Pancir. Comment. ad Notit. Imper. Rom. c. 57. de præfecto annonæ. Addatur Grangæus ad Prudent. p. 133. Brun. l. 1. p. 20:* Divitiæ illi, quæ peregrinantem non ægrè sequuntur, nec in formidinem conjiciunt. *Camill. ad Fabullum epig. 13.*

-- -- nam tui Catulli
Plenus sacculus est aranearum.

Idem epig. 20.

Furi, quoi neq; servus est, neq; arca,
Nec cimex, neq; araneus, neq; ignis.

Plautus in Aul: *Hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus. Ita inanis sunt oppletæ atque araneis. Huc referam venusta illa diminutiva, quæ passim occurrunt apud Auctores; ut,* vindemiola, *apud Cic. lib. 1. ad Att. epist. 9:* Ego omnes meas vindemiolas eò reservo, ut illud subsidium senectuti parem, *Sic* facul-

cultatulas & paupertatulam suam *dixit B. Hieronym. Cicero in sincerioribus Cod. Ep. ad Att. dixit* pransusculum: *Sic* bonuscula *alicubi Just. & Sidon. l. 9. ep. 6.* possessiunculas *Salvianus*; resculas *Apul.* ruscula *Scaliger.* viriculas patrimonii *Apul. Miles. ult.* exiguum herediolum *Ausonius*:

Salve herediolum, *majorum regna meorum,*
Quod proavus, quod avus, quod pater excoluit.

PERFIDIAM

ita notabis è Cic. l. 7. ep. 1. ad Att. Ubi illæ sunt tensæ dexteræ? ubi toties data dextera & fides? an quod Spartanus ille de luscinia dixit, usurpabo de promissis tuis, *Vox erat, præterea nihil.* Vide suprà in AMICUS.

PERICULUM.

D. Hier. ep. ad Innoc. p. 244: Nunc mihi evanescentibus terris, cœlum undiq; & undiq; pontus: nunc unda tenebris inhorrescens, & cæcâ nocte nimborum spumei fluctus canescunt. Hortaris, ut tumido malo vela suspendam, rudentes explicem, clavum regam.

Claud. in Ruf. lib. 2. v. 15.

-- -- matura pericula surgunt
Undiq; & impositi radiant cervicibus enses.

Catull. carm. 60. v. 186.

Nulla fugæ ratio, nulla spes, omnia muta,
Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.

Accius Teleph. ap. Non. in Crepere:
Nunc in re crepera tua quid capias consilii, vide.

PRÆTEXTUS.

Virg. lib. VI.

Conjugium vocat, hoc prætexit nomina culpam.

Ovid. lib IX. v. 69.

Conjugium ne putas, speciosaq; nomina culpæ
Imponis Medea tua?

PRATUM

describit Achilles Tat. lib. 1. p. 4. Ovid. *lib. IV. Fast. v. 427.*

Tot fuerant illic, quot habet natura colores,
Pictaq; dissimili flore nitebat humus.

Vide

Vide Diodor. lib. v. p. 287.

PROCURATORES.

Vultures togati, fori tintinnabula, crumenimulgæ , tricerberi *describuntur passim. Amm. Marcell. lib. XXX. scribit* , ad expugnandam veritatem ora mercenaria procudere. *Horat. 3. Epod. 6. vocat* canes. *Assentitur Ovid. in Ibin , cum ait*: Jactat & in toto verba canina foro. *Morell. in Stat. pag. 129.* Togata vulturia ἀργυράγχῃ laborantia & nundinantia causas. *Scaliger lib. I. Epidorp. cap. ult.* Remoras luminis atq; veritatis, Justitiæ tormina. *Adde not. nostram ad Flori lib. 4. c. 12. §. 37.*

PRODIGIUM.

Juv. sat. 13. v. 64.

Egregium sanctumq; virum si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti jam sub aratro
Piscibus inventis & fœtæ comparo mulæ.
Sollicitus tanquam lapides effuderit imber,

Examenq; apium longâ consederit uvâ
Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgiticus miris, & lactis vortice torrens.

PRODIGUS.

Plaut. in Pœn a 1. *s*. 2. Sunt mihi nummi lymphatici, *id est, qui consistere nequeunt. Cic. Phil.* II. Incredibile ac simile portenti est, quo nam modo illa tam multa, quàm paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit. Maximus auri numerus fuit, per magnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa & lauta suppellex & magnifica multis locis; non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis, horum paucis diebus nihil erat. Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quæ si fuit, animal unum fuit. Oceanus medius fidius vix videtur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse.

PUDOR, VERECUNDIA, VERECUNDUS.

Plin.

Plin. in Paneg. c.73. Tantum sanguinis in ore, quantum in animo pudoris. *Petron.* Juvenis rubore perfusus. *Eugerius Lugdunensis:* In eo pudor, ætatum viridiorum magnum ornamentum. *Brun. lib. VI. pag. 81.* Cui nondum extinctus pudor, & mens à publici furoris contagio immunis. *Contra impudentes* pudorem *dicuntur* detrivisse, *Senecæ* occidisse, *Martiali* verecundiam omnem effudisse. *Vide supra in IMPUDENS.*

PUGNAS

passim descriptas habes apud Historicos, sed cumprimis furiosam apud Brunn. lib. I. *p* 100. Initium, sive primum congressum in pugna ita describit *Stat. lib. IIX. v. 395.*

Jamq; ruunt, primusq; virûm concurrere pulvis
Incipit, & spatiis utrinq; æqualibus acti
Adventant, mediumq; vident decrescere campum.
Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo.

Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis.

Lucan. lib. I.

-- -- *Obvia signis*
Signa, pares aquilas & pila minantia pilis.

Virg.

-- -- *hæret pede pes, mucro mucrone, viro vir.*

Sen. Theb. v. 414.

-- *Signa collatis micant vicina signis.*

Homer. Il. ν. v 130. & π. v. 215.

Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκει προθελύμνῳ
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ!

Munientes hastam hastâ, scutum scuto opposito,
Clypeus itaq; clypeum firmabat, galea galeam, virum vir.

Plautus Amph. pag. 82. v. 16. *Frater trudebat fratrem hastâ & galeâ.* Ovid. lib. IX. Met. v. 42. *Cum pede pes junctus, &c.* Liv. lib. XXIIX. c. 2. *Tum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta*

cœpta est. MEDIUM PUGNÆ ardorem & confusionem militum describit Stat. lib. IIX. v. 406. Silius lib. VI. v. 316.

Conserta campis acies, multumq; per arva
Fervebat Mavors, nec mens erat ulla sine ira.

Adde Freinsh. ad Curt. lib. III. c. 11. §. 6.

PUGNÆ NAVALIS descriptionem inter Corinthios & Corcyræos vide ap. Thucyd. lib. 1. p. 21. Lucan. lib. III. v. 528. Thuan. lib. L. p. 950. Polyb. lib. XVI. c. 2. & seqq. Gramond. lib. XIV. Hist. Gall. p. 614. Liv. lib. XXI. c. 50. lib. XXVI. c. 39. lib. XXXVI. c. 44. lib. XXXVII. c. 23. & 30. Diod. lib. XIII. p. 141. 145, 146. 171, 172. lib. XIV. p. 283. lib. XX. p. 787.

NOCTURNÆ apud Tac. lib. IV. Ann. 51. & lib. IV. Hist. c. 29. Diodor. lib. X. p. 9.

DIURNÆ apud Sall. in Catil. c. 60, 1. enucl. lib. V. Hist. Musul. p. 299.

QUERELA IRRITA.

Catull. carm. 60. v. 164.

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris,
Externata malo, quæ nullis sensibus auctæ,
Nec missus audire queunt, nec reddere voces.

REPETITIO ODIOSA.

Gronov. ad Liv. p. 24. Non ista libenter iteramus, quæ penè in Homericum τὸν δ' ἀπαμειβόμενος abierunt.

RIDICULA.

Lips. comm. ad Tac. Date laurum, quam mordeam; ita mihi ad risum præcordia saliunt. *Explicationem petes è Xiphilini Commodo.*

RISUS.

Petron. Non indecenti risu latera commovit. *Talem risum Bissel. in Icar. sic venustè describit p. 45.* Ridere leviter intortis labellis, ostensâq; dentium albedine videbatur. Intra strophium tamen se pressit; ne ingesta modò potio per nares immoderato gelasino refluerer. Id quod non semel in conviviis aliis notatum æternâ sibi lege caverat. Quid enim

enim illis effusè ridentium buccinis ineptius? Quid immoderatâ salivâ fluentium stillicidiis incivilius? unam eandemq; in fœditatem solidis liquidisq; concurrentibus, & infamibus in quadram usq; stiriis dependentibus. *Alius:* Cachinnum tollere Democrito dignum. *De risu nimio Petronius iterum:* Stabat inter hæc Gyton, & risu dissolvebat ilia sua. *Juven. sat. 3. v. 100.*

Natio comœda est: rides? majore cachinno
Concutitur.

Sarisber. lib. 2. Tandem impudenti & immodico solvebatur cachinno. *Euphorm. part. 2.* Solutissimo risu prosequi. *Puteanus in Como:* Magno splenis pruritu laborare cœpi, nec jam amplius impetum compescens in liberrimos cachinnos erupi.

RUPES.

Sen. Theb. v. *67.*

Hic alta rupes arduo surgit jugo,
Spectatq; longè spatia subjecti maris.

RUSTICITAS VERBORUM.

Lipſ. 1. Ant. Lect. c. 8. Nimis Latinè loquitur Petronius in re illa voluptatum. *Germani dicimus:* Er redt gut teutſch von der Sache. *Vide Mar. præf. in l. 1. epigr. & lib. 11. epigr. 21. Janus Guiliel. de Petronio:* Floralia ſacra celebrat ſine fuco atq; fallaciis.

SAPIENS.

Horat. 1. ſat. 9. O te, Bollane, cerebri felicem! Dicitur & μέλαινας φρένας ἔχειν, (nigra præcordia habere) ut contrà λευκὰς φρένας, qui leviter tantùm ſapit: *Torrent. ad Horat. lib. 1. carm. od. 1. Plaut. Bacchit. A. 1. ſc. 2.* Quem ego ſapere nimio cenſui plus quàm Thalem.

SATUR.

Plaut. capt. a. 1. ſ. 1. v. 31. Saturitate ebrius.

SECURUS.

Plaut. in Pſeud. a. 1. ſc. 1. De iſthac re in oculum utrumvis conquieſcito. *Actius apud Nonium in Tumulti:* Nihil neq; periculi neq; tumulti eſt, quod ſciam.

SEMEN.

Cic. in Catone maj. Terra cùm gremio mollito & ſubacto ſparſum ſemen excepit: primùm id occæcatum cohibet,

ex

ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est: deinde tepefactum vapore, & compressu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoq; erecta geniculato vaginis jam quasi pubescens includitur: è quibus cùm emersit, fundit frugẽ spicæ ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. *Gramond. lib. 3. hist. Gall.* Jactum in terram semen elanguisse visum & mori, ex putrefacto albescit, viret, & nascitur; sensim crescit, adolescit rore matutino, luxuriat infusâ largiùs desuper aquâ, in aristas armatur prohibendis per spicula avibus, in stipulam erigitur & frondescit; flavescit provectius demissoq; supercilio languet, donec moritur: postmodum trituratur, separatoq; à paleâ fructu, grano homines, paleâ vivunt animantes usui hominum debitæ.

SERMO INGRATUS ET ASPER.

Plaut. in Aulul. a. 2. sc. 1. v. 29. Mihi cerebrum excutiunt tua dicta, lapides loqueris. *Virg. lib. 8. Æn.* Gravior ne

nuncius aures vulneret. *Apul.lib.8.* Sed Charite vocem nefandam & horruit, & deteſtata eſt; & velut gravi tonitru, procellâq; ſideris, vel etiam ipſo Diali fulmine percuſſa, corruit corpus, & obnubilavit animam. *Contrà Ariſtoph.* Ῥόδα μ' εἴρηκας: roſas mihi locutus es.

SERENITAS COELI.

Val. Flacc. lib.1. v.655. Emicuit reſerata dies. *Adde Ovid. lib. V. v. 258. Liv. lib. XXXIX. c. 46.* Cùm undiq; conſerenaſſet; *vel, ut mavult Gronovius,* diſſerenaſſet.

SITIS.

Ovid. lib. VI. v. 254.

--- *Caret os humore loquentis,*
Et fauces arent, vixq; eſt via vocis in illis.

STULTUS, vide AMENS.

Barth. ad Nemeſ. Cyneg. v. 214. p. 278. Quod qui aſpernabitur, illum ad occiſam ſuem Plauti ſapientiâ ſuâ meritò aggregabimus. *Plaut. in Bacch. a. I. ſc. 2. v. 15.* Stultior es barbaro Potitio. Juv. ſat. XIV. v. 57.

-- -- *Vacuumq; cerebro*

Jam

Jam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærat.

Idem sat. XV. v. 23. Tam vacui capitis populum Phæaca putavit? *Catull. ep. 17.* Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar Bimuli, tremula patris dormientis in ulna. *Plaut. Amph. a.* III. *sc. 2. v. 26.* Stultior stultissimo. Stupidos παχυδέρμυς quasi crassipelles aut densicutes appellarunt veteres, teste Suidâ. *Ennius apud Cic. de Senect.* Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant antehac, dementi sese flexêre ruinâ? *Afran. hujusmodi stuporem vocat* aurito parente natum. *Non.* infantior quàm Varronis mulio. Alii talem helleboro indigere *dicunt cum Satyrico*; porcum Laribus immolare *jubent cum Plauto*; Hippocratis vinculis alligandum *ajunt cum Hieronymo*; mersisse in pocula mentem *cum Martiale*; ad agnatos & gentiles deducendum *cum Varrone & Columella. Hæc & plura collegit Philip. Carol. lib. 1. Variar. lect. cap. 4.*

SUDOR.

Apul. lib. I. Sudore frigido miſer perfluo. *Euphorm. part. 2.* Manantibus effuſiſſimo ſudore genis. *Propert.*

Frigida de totâ fronte cadebat aqua.

Euphorm. part. V. Defecerat omnis arteriarum pulſus, ſuccedensq; in ejus locum glacialis ſudor pertinaci glutino totum corpus irroraverat.

SUPERBOS

paratragœdiari *dicit Plaut. in Pſeud. a. II. ſc. 4.* Magnificè ſe inferre, *ibid. a. IV. ſc. 5.* Subnixis alis ſe inferre, *idem in Perſa a. 2. ſc. 5.* Magnificè conſcreari, *ibid.* Junonium incedere, μετὰ φαντασίας ſuperbire, oſtendere ſe tanquam clypeo Argis detracto, *in proverbiis Græcorum; de quibus Reineſ. lib. I. Var. c. 24. Brunn. lib. I. p. 53.* dicit, eos tumorem ſuum nullâ neq; menſura neq; modo coërcere. *Sen. Ep. CXI.* Exurgere in plantas, & ſummis ambulare digitis, ut mendacio ſtaturam adjuvent. *Grut. in diſcurſ.* Periclitaris de ruptura, adeò ventis gravidus.

SUSPIRIUM.

Stat. lib. 2. Silv. c. 3. v. 19.

-- ardenti jam jam suspiria librat
Pectore.

Plaut. Cistell. a. I. s. 1. v. 57.

-- Ut petivit suspirium altè.

Exempla suspirii plurima congessit Arnold. ad Diras. Caton. v. 105. p. 156. 157. & 158.

SYLVA.

Euphorm. part. V. Per anfractus deinde obscurissimos & deserta sylvarum egressi, in eum locum descendimus, quem Apollo si viveret, præferret Parnasso. Nemus præaltis densisque frondibus umbrosum nivatas fontium lymphas, & nunquam sitientes arenas, suâ opacitate veluti propagnaculis tegit, exclususq; dies dolet lumen suum ad interdictum venisse. Sparsi tamen flores, quà subtilissimis radiis Sol penetrat, viride gramen prætexunt, & Zephyris dulcè errantibus odores præbent, quibus nutriantur. Prætereà arborum radices musco circumlitæ suas vires adhærente humiditate temperant, & erumpentes certatim truncos lætioribus ornant brachiis. Tota sylva arguto

lusciniarum cantu perstrepebat, quem simul aura levis commotione foliorum & placidè manantium fluviorum loquacitas suavi murmure interrumpebat. *Virg. lib. 6. Æn. v. 7. vocat* densa ferarum tecta. *Sylvæ* descriptionem vide apud *Sen. Oed. v. 530. & Stat. lib. 4. v. 418. Ovid. Epist. 12. v. 69.*

Est nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrum,
Vix illuc radiis Solis adire licet.

TACITURNUS.

Plaut. in Pœn. a. 4. sc. 2. Fidei non meliùs creditur. *Lips.* Sigalioni dixeris. *Idem lib. 2. Epist. Q. 6.* Credo Angeronam matrem fuisse tibi, & Harpocratem Patrem. *Item:* Pythagoricum te esse, qui in quinquennali sua ἐχεμυθίᾳ jam est, opinor. *Apul. lib. X.* Arcana domus venerabilis silentii custodiæ tradidit. *Nota vox.* Lapidi dixeris. Plautus Trin. a. 1. sc. 2. v. 108.

Mihi quod credideris, sumes, ubi posueris.

TEMPESTAS.

Brun. lib. X. p. 839. adumbrans Livium lib.

lib. 21. c. 58. Repentè claro die serenum & innube cœlum strepere, & inter insolitos fragores, horrifici micare ignes, spargi totis castris crebra fulmina cum hominum jumentorumque pernicie; quam qui effugerunt, attoniti tamen afflatiq;, capti auribus & oculis parùm aberant à mortuis. *Adde Freinsh. ad Curt. lib. IIX. c. 4. §. 2. Weitz. ad Val. Flacc. p. 54. Farn. ad Ovid. lib. XI. Met. v. 499. Tempestatis genuinam & elegantem descriptionem vide apud Bissel. in Icaria n. 141. & seqq. Tempestatis MARITIMÆ descriptionem vide apud Achill. Tat. lib. 3. p. 154. & seqq. Eam jam desævientem ita describit Claud. in Rufiñ. lib. I. v. 70.*

-- -- Ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi, cùm flamine fracto
Durat adhuc, sævitq; tumor, dubiumq; per æstum
Lassa recedentis fluitant vestigia venti.

Vide Juven. sat. XII. v. 17. & sat. XIV. v. 292.

TEM-

TEMPLUM

Lauretinum describit Pigh. vide apud eum in Herc. Prodic. p. 270.

TEMPUS.

Anni quatuor tempora quomodo invicem sibi succedunt, vide varia Poëtarum loca apud Cl. Minoem ad Alciat. embl. 100. p. 365. Sen. Hippol. v. 963. Ovid. lib. 1. de Rem. 187.

Poma dat autumnus: formosa est messibus æstas:
Ver præbet flores: Igne levatur hyems.

HYEMEM Bidermannus ita describit: Cùm annus hyemat, tunc cœlo tam aspero atq; inclementi ingenio locus est, ut fœta furentibus Austris Æolia & natale Aquilonis domicilium possit videri: canæ perennibus pruinis sylvæ; obducti glacie colles, gelu obsessæ valles, aggesti nivium montes; ad postremum, quaquà respicias, facies rerum tetra & horrida.

Virg. lib. 3. Georg.

Cum jacet aggeribus niveis informis & alto

Terra gelu.

Idem lib. IV. Georg.

Et cùm tristis hyems etiam tunc frigere saxa
Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum.

Apulejus lib. IX. Sed ecce, siderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium remeans annus, post mustulentas autumni delicias, ad hibernas Capricorni pruinas deflexerat. *Stat. lib. 2. Silvar. c. 1. v 215.* Ora rigentia brumæ. *Sen. Med. v. 715.*

Aut rigida cùm jam bruma discussit decus
Nemorum, & nivali cuncta constrinxit gelu.

VER Bidermannus iterum describit hoc modo: Simul tempestas hiberna desæviit, mutato repentè ingenio cœlum incipit omne nitescere, emicant flores, pubescunt prata, frondent arbores, afflant Favonii, ventilantur auræ, saliunt undæ, & murmure grato sensibus animisque blandiuntur. *Confer. Hor. lib. 1. carm. 4. & lib. 4. carm. 7.*

Ovid.

Ovid. lib. 4. Fastor. v. 125. Catull. e 43. Tibull. lib. 3. el. 5. v. 4.

Quum se purpureo vere rem hyems.

ÆQUINOCTIUM VERNUM *describit Val. Flacc. lib. 4. v. 731.*

Vernis cum lux æquata tenebris.

AUTUMNUM rursus *Bidermann*: Sed neque his insula bonis content cùm primùm autumni se fertilitas mo vit, jam fructus toto sinu omnifariam effundit; aperit vitiferos tractus, & uvi das amnium ripas, racemis liventibus, prælumq; poscentibus prætextas. Pomiferum *dicit Hor. lib.* III. *Carm. od.* 23. *& lib. IV. Carm. od. VII. & od. 2. Epod. sic describit:*

Vel cùm decorum mitibus pomis caput

Apul. lib. II. *Met.* Cùm mustulentus autumnus maturum colorem pomis & uvis afflaverit. *Columella L X. de cultu hortorum:*

Cùm satur autumnus quassans sua tempora pomis.

Sor-

Sordibus & musto spumantes exprimit
uvas.

Ovid. lib. 2. metam. v. 29. Autumnus calcatis ſordidus uvis. *Stat. lib.* II. *Silv. carm. 1. v. 217.* Imbrifero pallens autumnus hiatu. *Minut. Felix in Octavio:* Nam id temporis poſt æſtivam diem, in temperiem ſemet autumnitas dirigebat. *Chryſol. ſerm. 51.* Poſt ſolitos æſtus aërem temperies mitigavit autumni.

DIEI

verò tempora *huc referre etiam potes.* AURORAM *deſcripſimus ſuprà.*

MERIDIEI

deſcriptionem vide apud Ovid. lib. X. Met. v. 174. lib. XI. v. 354. Luc. lib. IV. v. 154. Val. Flacc. lib. II. *v. 444. Mart. lib.* III. *epigr. 67. Ovid. lib.* I. *v. 592.* Dum calet & medio Sol eſt altiſſimus orbe. Idem lib. III. v. 50.

Fecerat exiguas jam Sol altiſſimus
umbras.

Et v. 151.

-- -- *Nunc Phœbus utraq;*
Diſtat idem terrâ, finditq; vaporibus
arva.

Idem

Idem lib. X. v. 126.

Æstus erat mediusq; dies, Solisq; vapore
Concava litorei fervebant brachia cancri.

Idem lib. XIV. v. 54.

-- Medio cùm plurimus orbe
Sol erat, & minimas à vertice fecerat umbras.

Sat. lib. IV.

Tempus erat, medii cùm Solem in culmina mundi
Tollit anhela dies ubi tardus biantibus arvis
Stat vapor, atq; omnes admittunt æthera luci.

Plaut. Men. a. I. s. 2. v. 45. Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus.

DE VESPERE.

Brunn. lib. 2. p. 166. *Sol in occasum pronus.* Calp. ecl. 2.

Sed fugit ecce dies, revocatq; crepuscula vesper.

Idem ecl. 5.

Sed jam sera dies cadit, & jam Sole fugato

Fre-

Frigidus æstivas impellit Noctifer horas

Sidonius dicit: *Hora crepusculascente.* Stat. lib. XII. Theb.

Jam pater Hesperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis.

Ovid. lib. 4. Met. v. 399.

Jamq; dies exactus erat, tempusq; subibat,
Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubia confinia noctis.

Silius lib. XVI.

-- -- *Obscuro jam vesper Olympo*
Fundere non æquam trepidanti cœperat umbram.

Apul. lib. XI. Sol curvatus intrabat vesperam. *Euph. part. V.* Commodùm Sol ad Oceanum cursus præcipitabat, & minori lumini inter diem & noctem vesper nitebat. Horat. lib. 3. carm. od. 6.

Sol

Apul. lib. I. Sudore frigido miser perfluo. *Euphorm. part. 2.* Manantibus effusissimo sudore genis. *Propert.*

Frigida de totâ fronte cadebat aqua.

Euphorm. part. V. Defecerat omnis arteriarum pulsus, succedensq; in ejus locum glacialis sudor pertinaci glutino totum corpus irroraverat.

SUPERBOS

paratragœdiari *dicit Plaut. in Pseud. a. II. sc. 4.* Magnificè se inferre, *ibid. a. IV. sc. 5.* Subnixis alis se inferre, *idem in Persa a. 2. sc. 5.* Magnificè conscreari, *ibid.* Junonium incedere, μετὰ φαντασίας superbire, ostendere se tanquam clypeo Argis detracto, *in proverbiis Græcorum; de quibus Reines. lib. I. Var. c. 24. Brunn. lib. I. p. 53.* dicit, eos tumorem suum nullâ neq; mensura neq; modo coërcere. *Sen. Ep. CXI.* Exurgere in plantas, & summis ambulare digitis, ut mendacio staturam adjuvent. *Grut. in discurs.* Periclitaris de ruptura, adeò ventis gravidus.

SUSPIRIUM.

Stat. lib. 2. Silv. c. 3. v. 19.

ardenti

-- ardenti jam jam suspiria librat
Pectore.

Plaut. Cistell. a. I. s. 1. v. 57.

-- Ut petivit suspirium altè.

Exempla suspirii plurima congessit Arnold. ad Diras. Caton. v. 105. p. 156. 157. & 158.

SYLVA.

Euphorm. part. V. Per anfractus deinde obscurissimos & deserta sylvarum egressi, in eum locum descendimus, quem Apollo si viveret, præferret Parnasso. Nemus præaltis densisque frondibus umbrosum nivatas fontium lymphas, & nunquam sitientes arenas, suâ opacitate veluti propagnaculis tegit, exclususq; dies dolet lumen suum ad interdictum venisse. Sparsi tamen flores, quà subtilissimis radiis Sol penetrat, viride gramen prætexunt, & Zephyris dulcè errantibus odores præbent, quibus nutriantur. Præterea arborum radices musco circumlitæ suas vires adhærente humiditate temperant, & erumpentes certatim truncos lætioribus ornant brachiis. Tota sylva arguto

lusciniarum cantu perstrepebat, quem simul aura levis commotione foliorum & placidè manantium fluviorum loquacitas suavi murmure interrumpebat. *Virg. lib. 6. Æn. v. 7. vocat* densa ferarum tecta. *Sylvæ* descriptionem vide apud *Sen. Oed. v. 530. & Stat. lib. 4. v. 418. Ovid. Epist. 12. v. 69.*

Est nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrum,
Vix illuc radiis Solis adire licet.

TACITURNUS.

Plaut. in Pœn. a. 4. sc. 2. Fidei non meliùs creditur. *Lips.* Sigalioni dixeris. *Idem lib. 2. Epist. Q. 6.* Credo Angeronam matrem fuisse tibi, & Harpocratem Patrem. *Item:* Pythagoricum te esse, qui in quinquennali sua ἐχεμυθίᾳ jam est, opinor. *Apul. lib. X.* Arcana domus venerabilis silentii custodiæ tradidit. *Nota vox.* Lapidi dixeris. Plautus Trin. a. 1. sc. 2. v. 108.

Mihi quod credideris, sumes, ubi posueris.

TEMPESTAS.

Brun. lib. X. p. 839. adumbrans Livium lib.

lib.21.c.58. Repentè claro die serenum & innube cœlum strepere, & inter insolitos fragores, horrifici micare ignes, spargi totis castris crebra fulmina cum hominum jumentorumque pernicie; quam qui effugerunt, attoniti tamen afflatiq;, capti auribus & oculis parùm aberant à mortuis. *Adde Freinsh. ad Curt. lib. IIX. c. 4. §. 2. Weitz. ad Val. Flacc. p. 54. Farn. ad Ovid. lib. XI. Met. v. 499. Tempestatis genuinam & elegantem descriptionem vide apud Bissel. in Icaria n. 141. & seqq. Tempestatis MARITIMÆ descriptionem vide apud Achill. Tat. lib. 3. p. 154. & seqq. Eam jam desævientem ita describit Claud. in Rufin. lib. I. v. 70.*

-- -- Ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi, cùm flamine fracto
Durat adhuc, sævitq; tumor, dubiumq; per æstum
Lassa recedentis fluitant vestigia venti.

Vide Juven. sat. XII. v. 17. & sat. XIV. v. 292.

TEM-

TEMPLUM

Lauretinum describit Pigh. vide apud eum in Herc. Prodic. p. 270.

TEMPUS.

Anni quatuor tempora quomodo invicem sibi succedunt, vide varia Poëtarum loca apud Cl. Minoem ad Alciat. embl. 100. p. 365. Sen. Hippol. v. 963. Ovid. lib. 1. de Rem. 187.

Poma dat autumnus: formosa est messibus æstas:
Ver præbet flores: Igne levatur hyems.

HYEMEM Bidermannus ita describit: Cùm annus hyemat, tunc cœlo tam aspero atq; inclementi ingenio locus est, ut fœta furentibus Austris Æolia & natale Aquilonis domicilium possit videri: canæ perennibus pruinis sylvæ; obducti glacie colles, gelu obsessæ valles, aggesti nivium montes; ad postremum, quaquà respicias, facies rerum tetra & horrida.

Virg. lib. 3. Georg.

Cùm jacet aggeribus niveis informis & alto

Ter-

Terra gelu.

Idem lib. IV. Georg.

Et cùm triſtis hyems etiam tunc frigore ſaxa
Rumperet, & glacie curſus frenaret aquarum.

Apulejus lib. IX. Sed ecce, ſiderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac menſium remeans annus, poſt muſtulentas autumni delicias, ad hibernas Capricorni pruinas deflexerat. *Stat. lib. 2. Silvar. c. 1. v. 215.* Ora rigentia brumæ. *Sen. Med. v. 715.*

Aut rigida cùm jam bruma diſcuſſit decus
Nemorum, & nivali cuncta conſtrinxit gelu.

VER Bidermannus iterum deſcribit hoc modo: Simul tempeſtas hiberna deſæviit, mutato repentè ingenio cœlum incipit omne niteſcere, emicant flores, pubeſcunt prata, frondent arbores, afflant Favonii, ventilantur auræ, ſaliunt undæ, & murmure grato ſenſibus animisque blandiuntur. *Confer. Hor. lib. 1. carm. 4. & lib. 4. carm. 7.*

Ovid.

Ovid. lib. 4. Fastor. v. 125. Catull. epigr. 43. Tibull. lib. 3. el. 5. v. 4.

Quum se purpureo vere remittit hyems.

ÆQUINOCTIUM VERNUM *describit Val. Flacc. lib. 4. v. 731.*

Vernis cum lux æquata tenebris.

AUTUMNUM rursus *Bidermannus:* Sed neque his insula bonis contenta, cùm primùm autumni se fertilitas movit, jam fructus toto sinu omnifariam effundit; aperit vitiferos tractus, & uvidas amnium ripas, racemis liventibus, prælumq; poscentibus prætextas. Pomiferum *dicit Hor. lib.* III. *Carm. od. 23. & lib. IV. Carm. od. VII. & od. 2. Epod. sic describit:*

Vel cùm decorum mitibus pomis caput

Apul. lib. II. *Met.* Cùm mustulentus autumnus maturum colorem pomis & uvis afflaverit. *Columella L X. de cultu hortorum:*

Cùm satur autumnus quassans sua tempora pomis.

Sor-

Sordibus & musto spumantes exprimit
uvas.

Ovid. lib. 2. metam. v. 29. Autumnus calcatis ſordidus uvis. *Stat. lib.* II. *Silv. carm. 1. v. 217.* Imbrifero pallens autumnus hiatu. *Minut. Felix in Octavio:* Nam id temporis poſt æſtivam diem, in temperiem ſemet autumnitas dirigebat. *Chryſol. ſerm. 51.* Poſt ſolitos æſtus aërem temperies mitigavit autumni.

DIEI

verò tempora *huc referre etiam potes.*

AURORAM *deſcripſimus ſuprà.*

MERIDIEI

deſcriptionem vide apud Ovid. lib. X. Met. v. 174. lib. XI. v. 354. Luc. lib. IV. v. 154. Val. Flacc. lib. II. *v. 444. Mart. lib.* III. *epigr. 67. Ovid. lib.* I. *v. 592.* Dum calet & medio Sol eſt altiſſimus orbe. Idem lib. III. v. 50.

Fecerat exiguas jam Sol altiſſimus
umbras.

Et v. 151.

-- -- Nunc Phœbus utraq;
Diſtat idem terrâ, finditq; vaporibus
arva.

Idem

Frigidus æstivas impellit Noctifer horas

Sidonius dicit: *Hora crepusculascente.*

Stat. lib. XII. Theb.

Jam pater Hesperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis.

Ovid. lib. 4. Met. v. 399.

Jamq; dies exactus erat, tempusq; subibat,
Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubia confinia noctis.

Silius lib. XVI.

-- -- Obscuro jam vesper Olympo
Fundere non æquam trepidanti cœperat umbram.

Apul. lib. XI. Sol curvatus intrabat vesperam. *Euph. part. V.* Commodùm Sol ad Oceanum cursus præcipitabat, & minori lumini inter diem & noctem vesper nitebat. Horat. lib. 3. carm. od. 6.

Sol

-- -- Sol ubi montium
Mutaret umbras, & juga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.

Ubi Lamb. notat idem tempus significari, quod idcirco à Græcis Βουλυτὸν *appellatur Hesychius :* Βουλυτὸν, δείλη ὥρα, ἢ τὸ ἄροτρον λύεται τῶν βοῶν. *Hoc est*, Bulyton, *tempus serotinum, quo aratro solvuntur boves. Hom. Il. π.* ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε. *Hoc est*, cùm autem Sol transibat ad id tempus, quo tempore disjunguntur boves, aut solvuntur, &c.

TRANQUILLUS.

Plaut. in Pœn. a. I. sc. 2. Tam tranquillus, quàm mare est olim, cùm ibi alcedo pullos educit suos.

TURRIS.

Euphorm. part. V. Turris erat tam conjuncta lapidum serie ad æternitatem durata, ut, etiam si Jupiter aurum esset, illum tamen incorrupta non timeret. Crebri ferreorum radiorum nexus, & quibus cum sua Venere Mars turbulentior inclusus, nec armis suis locum inve-

inveniret, nec fugæ. *Ovid. epist. 6. v. 69.*

In latus omne patens turris circumspicit undas.

VERBA MAGNIFICA.

Verba Herculis *dixit Juven. sat. 2.*

VERBA MELLITA.

Tibull. lib. 1. el. 10. v. 35.

Illis eriperes verbis mihi, sidera cœli
Lucere, & puras fluminis esse vias.

VERBA OBSCOENA

nupta *dicunt veteres. Lips. lib. 2. A. L. 9.* Verbum inter ea, quæ custos ille hortorum libentiùs, quàm virgines Vestæ usurparent. *Et lib.* 1. *A. L. 8.* Quod honestè inter res serias efferri non potest, quodque Dea bona à sacello suo exulare voluit. *Idem lib. 2. A. L. 4.* Verba devirginata. *Idem lib. 5. c. 11.* Dicenda sunt, quæ ab illarum (Musarum, quas ob id vereor ut propitias habeam) virginali verecundiâ immane quantum discrepent. Dabitur tamen hoc Plauto. Si quis Cato est, aut spectet Floralia, aut abeat. *Juv. sat. XI. v. 171.* Audiat ille Te-

starum

starum crepitus cum verbis ; nudum olido stans Fornice mancipium quibus abstinet. *Scalig. ad Catull. p. 126.* Verbum, quod sanctus Numa non nominaret.

VERBERA.

Plautus in Pœn. a. sc. 2. Victitare sorbilo, & ostreatum tergum ulceribus gestare. *Idem in Persa a. 2. sc. 4.* Desigi in terram colaphis. *Terent.* Plus quingentos colaphos infregit mihi. *Plautus in Capt.* Væ illis virgis miseris, quæ hodiè in tergo morientur meo.

VERSUS SIMPLICES.

Erasm. lib. 2. ep. pag. 90. Nos non Enniano more nunquam nisi poti ad carmina dicenda prosilimus, nec Musam aliquam lacessimus: sobrii scribimus versus adeò sanos, ut nullum omninò Apollinis vestigium habeant. *Versus extemporaneos possis dicere cum Stat. præf. ad lib. I. Silv.* Subito calore, & quadam festinandi voluptate fluentes.

VI.

VIRUM

bonum & ſincerum deſcribit Stat. lib. 2. Silv. carm. 3. v. 64.

Tu, cujus placido poſuére in pectore ſedem
Blandus honos, hilariſq; (tamen cum pondere) virtus:
Cui nec pigra quies, nec iniqua potentia, nec ſpes
Improba, ſed medius per honeſta & dulcia limes.
Incorrupte fidem, nulloſq; experte tumultus,
Et ſecrete palàm, qui digeris ordine vitam:
Idem auri facilis contemtor, & optimus idem
Condere divitias, opibuſq; immittere lucem.

Vir exempli recti domi militiæque *Liv. lib. 3. cap. 44.* Ἀνὴρ ἀγαθὸς κοινὸν ἀγαθόν. Vir bonus commune bonum. *Diogenes Cynicus Viros bonos* imagines Deorum *dixit. Laërt. lib. VI.* Nihil eſt enim Deo ſimilius & gratius, quàm vir animo perfectè bonus, qui tam homini-

minibus cæteris antecellit, quàm ipse à Diis immortalibus distat. *Apol. de Deo Socrat. De viro bono vide Senecam Epist. 42.*



APPENDICULA TESTIMONIORUM ET ELOGIORUM.

ERat mihi animus, adjicere testimonia & elogia *Auctorum veterum & recentiorum*, hoc est, *Bibliothecam* quandam. Causa instituti mei, ut in qua quis fama vel infamia fuerit, dissenere possis, & quis præ cæteris legendus esset, scire: denique ut simul haberes *laudationum formulas*. Sed cùm in mentem nunc mihi veniat, jam olim in hac Universitate laborem istum suscepisse ac perfecisse *Philippum Carolum*, &, quem ille sublegisse videtur, *Andr. Schottum in Quæstionibus Tullianis*; prætereà plus satis auditorium moratus videar, non invito hoc ipso vela contraham, imò jubente; quòd desci-

descifcentium multitudine jam famo-
fum porrò detrectet infamari. Colligam autem paucissima de paucis *Ætatis aureæ Scriptoribus*, ut exemplum habeatis id genus locorum communium, & dispositionem, secundùm quam excerpta collocata velim.

ÆTATIS AUREÆ SCRIPTORES.

Ita vocamus ætatem CICERONIS, cum *Vossio*. Nam non eo procedunt *ordine ætates Linguæ Latinæ*, quo hominem, *sed contrario*; &

Ferrea prima fuit, subiit mox ænea lingua,
Tertiaq; argento splendet, postrema sed auro.

In hac laudatus est

CICERO

Tito Livio: Vir magnus, acer, memorabilis, & in cujus sequendas laudes Cicerone laudatore opus fuerit. *Senecæ patri proœmio Controvers.* Quicquid Romana facundia habet, quod insolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit; omnia in-

 genia,

genia, quæ lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt.

Quintil. lib. X. c. 2. Cœlestis in dicendo vir, qui apud posteros id consecutus est, ut Cicero jam non hominis nomen, sed eloquentiæ habeatur. *Imitatus est Heins. in Orat. fun. habita Scaligero:* Amplissimi & Clarissimi Viri ubiq; terrarum nomen Scaligeri, non ut eruditi hominis, sed ut eruditionis, usurpare solent. *Deniq; Plin. lib. 7. Nat. Hist. cap. 30.* Primus in toga triumphum, linguæq; lauream meritus, & facundiæ Latiarumq; literarum parens.

VIRGILIUS

Vellejo dicitur carminum Princeps, *lib. 2. cap. 36. Scaligero is*, qui solus Poëtæ nomine dignus est, *lib. 3 Poët. cap. 2.* Rex Poëtarum *eidem c. 16.*

DE SALLUSTIO

testimonia collegit jam Christ. Colerus, quibus deesse video locum Dionys. lib. XLIII. Ubi tamen graviter eum perstringit, tanquam expilatorem provinciæ.

ciæ. *Item Furii Publii Fulgentii lib. I. Mythologi.*

DE LIVIO

Beroaldus: Cujus divinæ facundiæ nihil addi poteſt, cujus orationi ſi quid demas, ex elegantia detraxeris; *quemadmodum de Platonis Orat. Favorinus dicere ſolebat. Steph. Niger*: Ad ejus in dicendo multiplices virtutes pro meritis & dignitate laudandas, divinâ procul dubio opus eſſet oratione. *D. Hieron. ep. ad Paulinum dicit*, lacteo eloquentiæ fonte manare.

DE PETRONIO.

Jan. Guilielmius: Vernulæ & Latinæ urbanitatis puriſſimus fons. Nam Floralia ſacra quòd celebrat ſine fuco atque fallaciis, more Romano, non tam ſeveri eſſe debemus, ut quod in aliis ferimus, quia neceſſe eſt, in hoc uno damnemus, qui illis apertior fortaſſis eſt, at non inhoneſtior. *Lipſ. ad Pithœum*: Tua fide vidiſtin' quicquam venuſtius, argutius poſt natas Muſas? non ego. Abeſſet tantùm nuda illa nequitia, quâ tamen nihil offendor.

GAROLUS SIGONIUS,
de quo Paulus Melissus:

Quem sacer Aoniâ dignatur Apollo coronâ,
Aureus ille mihi est, una Camœna refert.
Eloquio reliquos Hermes cui vincere donat,
Gemmeus ille mihi est, altera Musa refert.
Ex auro & gemmis si totus es ipse SIGONI,
Quali exornaris splendidus elogio?
An quisquam dubitet, quin omnia sint tua planè
Aurea quæ scribis, gemmea quæ loqueris?

Lips. animad. in Vell. lib. 1. c. 14. Bonus vindex rerum Romanarum. *Et lib. 2. c. 96.* QVi Fastos nobis industriè & peritè collegit.

ONUPHRIUS PANVINIUS

Pater Historiæ Romanæ non semel dictus est *Casaubono ad Aug. Histor. Scriptores. Adde totum tractatum* Jac.

Jac. Philippi Tomasini, *inscriptum*: Virorum Illustrium Elogia Iconibus exornata.

IN GERMANIA

floruerunt MARCUS VELSERUS, de quo Casaub. epist. 74. Ubi primùm scripta illa tua videre mihi contigit, quibus patriæ gloriam auxisti, tibi autem æternum decus comparasti, simul mirari excellentissimum illud ingenium tuum cœpi, & amare. *Et mox*: Deus bone! quàm mihi placuit ille candor, illa φιλαλήθεια, quæ nusquam non apparet in eo scripto. Liceat mihi per te veram vocem mittere: Unus tu mihi repertus es, qui ad ornandam patriam simul & veritatem inveniendam defendendamq; accesseris. Cæteris enim, qui de antiquitatibus vestræ Germaniæ libros ediderunt, quis est judicio aliquo præditus, quin videat plerosq; omnes, dum cupiunt patriæ splendorem adjicere, ἀφηδεῖν τῆς ἀληθείας; sive is est cæcus quidam patriæ amor, sive judicii imbecillitas, aut potius utrumque: hoc puto verius.

-- -- Sol ubi montium
Mutaret umbras, & juga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.

Ubi Lamb. notat idem tempus significari, quod idcirco à Græcis Βουλυτὸν *appellatur Hesychius :* Βουλυτὸν, δείλη ὥρα, ἢ τὸ ἄροτρον λύεται τῶν βοῶν. *Hoc est,* Bulyton, *tempus serotinum, quo aratro solvuntur boves. Hom. Il. π.* ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσετο βουλυτόνδε. *Hoc est,* cùm autem Sol transibat ad id tempus, quo tempore disjunguntur boves, aut solvuntur, &c.

TRANQUILLUS.

Plaut. in Pœn. a. 1. sc. 2. Tam tranquillus, quàm mare est olim, cùm ibi alcedo pullos educit suos.

TURRIS.

Euphorm. part. V. Turris erat tam conjuncta lapidum serie ad æternitatem durata, ut, etiam si Jupiter aurum esset, illum tamen incorrupta non timeret. Crebri ferreorum radiorum nexus, & quibus cum sua Venere Mars turbulentior inclusus, nec armis suis locum

inve-

inveniret, nec fugæ. *Ovid. epist. 6. v. 69.*

In latus omne patens turris circumspicit undas.

VERBA MAGNIFICA.

Verba Herculis *dixit Juven. sat. 2.*

VERBA MELLITA.

Tibull. lib. 1. el. 10. v. 35.

Illis eriperes verbis mihi, sidera cœli
Lucere, & puras fluminis esse vias.

VERBA OBSCOENA

nupta *dicunt veteres. Lips. lib. 2. A. L. 9.* Verbum inter ea, quæ custos ille hortorum libentiùs, quàm virgines Vestæ usurparent. *Et lib. 1. A. L. 8.* Quod honestè inter res serias efferri non potest, quodque Dea bona à sacello suo exulare voluit. *Idem lib. 2. A. L. 4.* Verba devirginata. *Idem lib. 5. c. 11.* Dicenda sunt, quæ ab illarum (Musarum, quas ob id vereor ut propitias habeam) virginali verecundiâ immane quantum discrepent. Dabitur tamen hoc Plauto. Si quis Cato est, aut spectet Floralia, aut abeat. *Juv. sat. XI. v. 171.* Audiat ille Te-

starum

ſtarum crepitus cum verbis, nudum olido ſtans Fornice mancipium quibus abſtinet. *Scalig. ad Catull. p. 126.* Verbum, quod ſanctus Numa non nominaret.

VERBERA.

Plautus in Pœn. a. ſc. 2. Victitare ſorbilo, & oſtreatum tergum ulceribus geſtare. *Idem in Perſa a. 2. ſc. 4.* Defigi in terram colaphis. *Terent.* Plus quingentos colaphos infregit mihi. *Plautus in Capt.* Væ illis virgis miſeris, quæ hodiè in tergo morientur meo.

VERSUS SIMPLICES.

Eraſm. lib. 2. ep. pag. 90. Nos non Enniano more nunquam niſi poti ad carmina dicenda proſilimus, nec Muſam aliquam laceſſimus: ſobrii ſcribimus verſus adeò ſanos, ut nullum omninò Apollinis veſtigium habeant. *Verſus extemporaneos poſſis dicere cum Stat. præf. ad lib. I. Silv.* Subito calore, & quadam feſtinandi voluptate fluentes.

VI.

VIRUM

bonum & ſincerum deſcribit Stat. lib. 2. Silv. carm. 3. v. 64.

Tu, cujus placido poſuére in pectore ſedem
Blandus honos, hilariſq́ʒ (tamen cum pondere) virtus:
Cui nec pigra quies, nec iniqua potentia, nec ſpes
Improba, ſed medius per honeſta & dulcia limes.
Incorrupte fidem, nulloſqʒ experte tumultus,
Et ſecrete palàm, qui digeris ordine vitam:
Idem auri facilis contemtor, & optimus idem
Condere divitias, opibuſq́ʒ immittere lucem.

Vir exempli recti domi militiæque *Liv. lib. 3. cap. 44.* Ἀνὴρ ἀγαθὸς κοινὸν ἀγαθόν. Vir bonus commune bonum. *Diogenes Cynicus Viros bonos* imagines Deorum *dixit. Laërt. lib. VI.* Nihil eſt enim Deo ſimilius & gratius, quàm vir animo perfectè bonus, qui tam homini-

minibus cæteris antecellit, quàm ipse à Diis immortalibus distat. *Apol. de Deo Socrat. De viro bono vide Senecam Epist. 42.*



APPENDICULA TESTIMONIORUM ET ELOGIORUM.

ERat mihi animus, adjicere testimonia & elogia *Auctorum veterum & recentiorum*, hoc est, *Bibliothecam* quandam. Causa instituti mei, ut in qua quis fama vel infamia fuerit, discernere possis, & quis præ cæteris legendus esset, scire: denique ut simul haberes *laudationum formulas*. Sed cùm in mentem nunc mihi veniat, jam olim in hac Universitate laborem istum suscepisse ac perfecisse *Philippum Carolum*, &, quem ille sublegisse videtur, *Andr. Schottum in Quæstionibus Tullianis*; prætereà plus satis auditorium moratus videar, non invito hoc ipso vela contraham, imò jubente; quòd desci-

descíscentium multitudine jam famosum porrò detrectet infamari. Colligam autem paucissima de paucis *Ætatis aureæ Scriptoribus*, ut exemplum habeatis id genus locorum communium, & dispositionem, secundùm quam excerpta collocata velim.

ÆTATIS AUREÆ SCRIPTORES.

Ita vocamus ætatem Ciceronis, cum *Vossio*. Nam non eo procedunt *ordine ætates Linguæ Latinæ*, quo hominem, *sed contrario; &*

Ferrea prima fuit, subiit mox ænea lingua,
Tertiaq; argento splendet, postrema sed auro.

In hac laudatus est

CICERO

Tito Livio: Vir magnus, acer, memorabilis, & in cujus sequendas laudes Cicerone laudatore opus fuerit. *Senecæ patri proœmio Controvers.* Quicquid Romana facundia habet, quod insolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit; omnia in-

 genia

genia, quæ lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt.

Quintil. lib. X. c. 2. Cœlestis in dicendo vir, qui apud posteros id consecutus est, ut Cicero jam non hominis nomen, sed eloquentiæ habeatur. *Imitatus est Heins. in Orat. fun. habita Scaligero*: Amplissimi & Clarissimi Viri ubiq; terrarum nomen Scaligeri, non ut eruditi hominis, sed ut eruditionis, usurpare solent. *Deniq; Plin. lib. 7. Nat. Hist. cap. 30.* Primus in toga triumphum, linguæq; lauream meritus, & facundiæ Latiarumq; literarum parens.

VIRGILIUS

Vellejo dicitur carminum Princeps, *lib. 2. cap. 36. Scaligero is*, qui solus Poëtæ nomine dignus est, *lib. 3 Poët. cap. 2.* Rex Poëtarum *eidem c. 16.*

DE SALLUSTIO

testimonia collegit jam Christ. Colerus, quibus deesse video locum Dionys. lib. XLIII. Ubi tamen graviter eum perstringit, tanquam expilatorem provinciæ.

ciæ. *Item Furii Publii Fulgentii lib. I. Mytholog.*

DE LIVIO

Beroaldus: Cujus divinæ facundiæ nihil addi poteſt, cujus orationi ſi quid demas, ex elegantia detraxeris; *quemadmodum de Platonis Orat. Favorinus dicere ſolebat. Steph. Niger*: Ad ejus in dicendo multiplices virtutes pro meritis & dignitate laudandas, divinâ procul dubio opus eſſet oratione. *D. Hieron. ep. ad Paulinum dicit*, lacteo eloquentiæ fonte manare.

DE PETRONIO.

Jan. Guilielmius: Vernulæ & Latinæ urbanitatis puriſſimus fons. Nam Floralia ſacra quòd celebrat ſine fuco atque fallaciis, more Romano, non tam ſeveri eſſe debemus, ut quod in aliis ferimus, quia neceſſe eſt, in hoc uno damnemus, qui illis apertior fortaſſis eſt, at non inhoneſtior. *Lipſ. ad Pithœum*: Tua fide vidiſtin' quicquam venuſtius, argutius poſt natas Muſas? non ego. Abeſſet tantùm nuda illa nequitia, quâ tamen nihil offendor.

Joci me delectant, urbanitas capit: cætera nec in animo, nec in moribus meis magis labem relinquunt, quàm olim in flumine vestigium cymba.

His adde, quæ de Sen. Tac. Plinio utroque *Poëtis variis passim judicata legis.*

ARGENTEAM ÆTATEM quod attinet, in eam referunt Plautum & Terentium.

IN ÆNEAM Ennium, Accium, Pacuvium.

IN FERREAM inscriptionem columnæ rostratæ Duilianæ & L. Scipionis Barbati filii *apud Selden. Prolegg. in libb. de Diis Syris, nec non* Leges XII. Tabularum. *Sed hæ, ut dixi,* præcesserunt auream. *Post tempora Trajani, Adriani, Antonini,* res in deterius data est, (*ut utar verbis Senecæ*) sive luxu temporum: nihil est enim tam mortiferum ingeniis, quâm luxuria: sive cùm præmium pulcerrimæ rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia, multo honore quæstuq;

vi-

vigentia; sive fato quodam, cujus perpetua in omnibus rebus lex est, ut ad summum perducta, rursus ad infimum, velocius quidem quàm ascenderant, relabantur.

LITERÆ RENATÆ.

Caterùm, expugnatâ Anno 1453. Constantinopoli, & fugâ dilapsis in Italiam Græcorum doctissimis, rursus ITALIA facta mater artium atq; disciplinarum, inq; ea viguêre.

ANGELUS POLITIANUS.

Cujus elogium jam adduximus suprà in formularum proœmio.

HERMOLAUS BARBARUS,

de quo Ang. Polit. cent. 1. Misc. c, 90. Hermolaus Barbarus Barbariæ hostis acerbissimus. *Idem lib. 2. ep. ad Hieron. Donatum :* Homo unus ex reliquiis aurei seculi.

PICUS MIRANDULANUS,

cujus encomia adduxi suprà in LAUDANDI formulis.

CAROLUS SIGONIUS,

de quo Paulus Melissus:

Quem sacer Aoniâ dignatur Apollo coronâ,
Aureus ille mihi est, una Camœna refert.
Eloquio reliquos Hermes cui vincere donat,
Gemmeus ille mihi est, altera Musa refert.
Ex auro & gemmis si totus es ipse SIGONI,
Quali exornaris splendidus elogio!
An quisquam dubitet, quin omnia sint tua planè
Aurea quæ scribis, gemmea quæ loqueris?

Lips. animad. in Vell. lib. I. c. 14. Bonus vindex rerum Romanarum. *Et lib. 2. c. 96.* QVI Fastos nobis industriè & peritè collegit.

ONUPHRIUS PANVINIUS

Pater Historiæ Romanæ non semel dictus est *Casaubono ad Aug. Histor. Scriptores. Adde totum tractatum*

Jac. Philippi Tomasini, *inscriptum*: Virorum Illustrium Elogia Iconibus exornata.

IN GERMANIA

floruerunt MARCUS VELSERUS, de quo Casaub. epist. 74. Ubi primùm scripta illa tua videre mihi contigit, quibus patriæ gloriam auxisti, tibi autem æternum decus comparasti, simul mirari excellentissimum illud ingenium tuum cœpi, & amare. *Et mox*: Deus bone! quàm mihi placuit ille candor, illa φιλαλήθεια, quæ nusquam non apparet in eo scripto. Liceat mihi per te veram vocem mittere: Unus tu mihi repertus es, qui ad ornandam patriam simul & veritatem inveniendam defendendamq; accesseris. Cæteris enim, qui de antiquitatibus vestræ Germaniæ libros ediderunt, quis est judicio aliquo præditus, quin videat plerosq; omnes, dum cupiunt patriæ splendorem adjicere, ἀφηδεῖν τῆς ἀληθείας; sive is est cæcus quidam patriæ amor, sive judicii imbecillitas, aut potius utrumque: hoc puto verius.

De eodem Brunn. lib. VI. Ann. p. 117. Atq; hactenus Nobilissimus idemq; Doctissimus Vir MARCUS VELSERUS, Reipubl. Augustanæ Duum-Vir, Bojorum res narrando perduxit; quos ego eodem jure felices appellem necesse est, quo Achillem Alexander; quòd & ipsi talem laudum suarum nacti sunt præconem, dignissimum certè, qui Livio veterum Bojorum res Romanæ historiæ inserenti successor daretur: eòque minus molestè fero, eum *seculi nostri Tacitum* à quibusdam indigetari; etsi enim eo nomine non amplissimè laudatum intelligo, Bojis tamen gloriosum erit, suæ quoque genti *Livium & Tacitum* laudatores obtigisse.

MARQUARDUS FRE-
HERUS.

Casaub. ad Suet. Ner. c. 27. Germaniæ decus, MARQUARDUS FREHERUS, & juris, & omnis eruditionis peritissimus. *Idem præfat. in Opuscula posthuma Sc. 'igeri:* Vir antiquitatis peritissimus. *Et ad postrema*

V. ca-

V. capita Theophrasti; JCtus, altæ eruditionis vir, Germaniæ suæ ocellus. *Berneggerus de eodem*: Vir immortalitate, quam ejus scripta meruêre, dignissimus, certè vita productiore. *Item*: Malorum hominum & fungorum quivis annus ferax est: singulos FREHEROS vix singula secula, & fortè nulla deinceps secula ferent.

JOHANN. AVENTINUS.

Altham. Com. in lib, Taciti: Abusina nobis virum sempiternâ dignum memoriâ peperit, Dominum JOHAN. AVENTINUM. *Idem*: Diligentissimus vetustatis indagator.

IN GALLIA

JULII CÆSARIS, & ejus filii JOSEPHI SCALIGERI

elogia vide apud Heins. in Epiced. ac monumentis Scaligerorum. Casaub. Epist. Dedicatoriâ in Opuscula posthuma Scaligeri, & inprimis epist. 496. Voss. de patre Jul. Scalig. Deliciæ omnium, quorum interest vacare Musis.

ISAACUS CASAUBONUS,

De eo Gronov. Epist. dedicat. præmissâ Epistolis CASAUBONIANIS. Reines. lib. I. Var. 6. Isaaco Casaubono verè ἀνέρι σὺν Μούσαις, eoq; literatis omnibus amicissimo, nemo ferè est, qui summa quæque non tribuat. Adeò in omni humaniori literatura excelluit, & bonos Scriptores faciendi meliores voluntate sanè quàm prolixâ, ac pari facultate juxta atque felicitate fuit.

CLAUDIUS SALMASIUS.

Casaub ad Scal. epist... Est alius quidam juvenis, Salmasius, ad miraculum usque doctus. *Et ad ipsum epist. 542.* Unum scito, ita mihi placuisse γεῦμα tuarum lucubrationum, ut neminem totâ Europâ tuorum æqualium putem tibi comparandum; parùm dixi, sed nolo in os.

IN BELGIO

JUSTUS LIPSIUS.

De hoc viro notandum insigne judicium Casaub. epist. 444. ad Scalig. Gaudeo te mihi semel aperuisse judicium tuum

de

de illo viro. Nam qui à multis annis ſic judicabam, nunc cùm tibi quoque idem videri intelligo, mirificè in ſententia mea confirmor. Omnino magnam literæ jacturam in eo fecerunt; majorem tamen facturæ, ſi, quam verbis docuit conſtantiam, vita exhibuiſſet. Ego non dubito verum eſſe quod ais, pœnituiſſe illum levitatis ſuæ, quod à Batavis, qui ceu numen aliquod διοπετὲς cum coluerant, unquam diſceſſiſſet. Habeo literas ipſius, & quidem ἰδιογράφυς, quibus teſtatur, quàm alieno animo eſſet à Deliriis & id genus portentis, & certiſſimis veritatis hoſtibus. Idem tamen, cùm âd alios ſcribebat, aut in familiaribus colloquiis cum amicis, longè alium animi ſenſum præ ſe ferebat; & volitabat non ita pridem epiſtola illius poſt viſum elenchum tuum ſcripta, quam ſine indignatione neque tu potuiſti legere, neque alii, qui te, quâ par eſt reverentiâ colunt. Hæc pridem adduxerant me, ut miſeram ſervitutem illam ſervire non dubitarem. Quo quid

miſerius? quid cordato homine indignius? Illud verò gravius, quòd dum ſuperſtitioſum ſe ſimulabat, planè occulto Dei judicio videtur eſſe factus. Vidiſti, quæ ſcripta ſunt de illius obitu? Equidem obſtupui, cùm legerem, in ipſo agone mortis veſtem pelliceam B. Virgini dicâſſe, & ſtatim juſiſſe afferri. Deum immortalem, quæ hæc anilis ſuperſtitio? cùm intereà de Chriſto, qui ſolus & μονώτατος eſt σωτὴρ, ne γρὺ quidem. Fateor tibi, magne Scaliger, terrent me exempla eorum, qui veritatem ſemel agnitam poſtea oppugnatum iverunt. Quod partim ipſe fecerat, partim facturus ſine dubio erat.

Hoc modo de HISPANIS, BRITANNIS, & aliis, quæcunque legis notatu digna, huc conferas; apparebit aliquando utilitatis non parùm, quam adhuc vix agnoſcimus. Mihi, ut dixi, ſatis eſt, ad locos communes digitum intendiſſe; quos ſi meâ lectione complere velim, ecquis finis erit dictandi & ſcribendi? Prætereà in hac arena

arena vobis potissimùm relinquitur diligentiæ palma. Me ad alia jam occupationes privatæ vocant.



DISPOSITIONES.

HAbuimus ſuprà *Dedicatorias*, *Petitorias*, *Gratulatorias*, *Consolatorias*, *Exprobratorias* (quas easdem cum *Objurgatoriis* facimus) *Commendatitias*, *Conciliatorias*, (ſic enim vocantur, quæ amicitias ambiunt.) *Invitatorias*, *Adhortatorias*, *Narratorias*, *Valedictorias*. Non ſum neſcius, plures epiſtolarum formas exhibere alios, inprimis *Voſſium lib. 3. Inſt. Orat. cap. 7. ſect. 1.* & diſtinguere, quas nos easdem dicimus: ſed plures nec neceſſarias duximus, nec hujus loci ſecundùm ἀκρίβειαν Rhetorum omnia ſecare. Diſpoſitionem *Dedicatoriarum* jam dedimus ſuprà.

Aliarum partes ſunt vel *communes* vel *propriæ*. *Communes* voco *præloquium & clauſulam*; de quibus vide *Lipſ.*

Lipſ. in Epiſt. Inſt. c. 3. De propriis hîc magis ſermo.

In PETITORIA plerunq; ſunt hæ partes. I. *conciliamus* nobis *benevolentiam* ejus, à quo petimus. *Bifariam* id fieri ſolet. A perſona noſtra, vel ejus quem rogamus: *à noſtra*, teſtando adfectum & obſervantiam noſtram: *ab illius*, deprædicando virtutem ejus. II. ſubnectimus *petitionem*, quæ *pars* dici poteſt *propoſitionis*. III. pars perſuadet, argumentis deductis ab *Honeſto, Utili, Neceſſario, Facili, Opportuno*. IV. ſequitur *promiſſio* redhoſtimenti; ſive *teſtificatio* grati animi.

In GRATULATORIIS obſervamus hunc ordinem: Primum locum habet *teſtificatio lætitiæ*, in quam dati ſimus, *audito honore* illius, cui gratulamur. II. *deprædicatio honoris*, *& illius*, qui capit, tanquam *digniſſimi*. Si honor tantus eſt, *gradum* fore dicimus *ad majora*. III. *votum*, ut Deus felicem, fauſtum fortunatumq; eſſe velit.

CON-

CONSOLATORIÆ vel sunt rectæ, vel obliquæ: *Rectæ* ferè constant ex argumentis, quæ abstergunt dolorem. Sin *obliquæ*, ut *plerunque* sunt, constant ex cuniculis. I. *testamur* dolorem nostrum. II. *augemus* etiam *atrocitatem* rei. III. *extenuamus nos*, tanquam *minores* ad consolandum. IV. *extollimus* afflicti *fortitudinem* ac *pietatem*. V. adducimus *votum* pro incolumitate bonorum *superstitum*. Nonnunquam progredimur alio modo. I. *minuimus* calamitatem, *non tantam* scilicet eam *esse*, ut adeò doleamus. II. ob oculos ponimus *conditionem rerum humanarum*, & concludimus, *stultum esse in naturæ leges* arietare.

EXPROBRATORIÆ, vel OBJURGATORIÆ sunt variæ: interdum vel *mitiores*, vel *acerbiores*. In iis *monemus* potiùs, quàm sugillamus; *urgemus promissa*, rationem *amoris & muneris nostri* reddimus, ut omnia videamur ex commodo illius agere. In his totum *stomachum*

machum effundimus. I. proponimus *crimen.* II. *exaggeramus* partim à *rei* ipsius *indignitate*, partim à *persona*, quæ illud admisit: ut quæ rem fecerit, indignam *genere* ac *patriâ* vel *ætate*, vel *professione*, vel *benevolentia* fautorum. III. sequuntur *minæ*. IV. dehortatio severa, ut scilicet vitiis relictis ad meliora mentem applicet.

COMMENDATITIÆ primùm proponunt argumenta à *re ipsa*, quam dicemus tum *æquam*, tum *facilem* esse. II. *laudant* eum, à quo quid petimus, sed *citra adulationis* suspicionem. III. adducunt *commendationis causas*, modestè & *verecundè*. Inter eas est, quòd, quem commendamus, *dignus benevolentiâ* videatur. IV. admiscemus Formulas, quæ *adfectus* movent, dum rogamus per *humanitatem*, per omnia *sacra*, &c. V. *promittimus* redhostimentum.

CONCILIATORIÆ I. proponunt *causas*, ob quas ambiamus *amicitiam*. II. exponimus *vehementiam desi-*

desiderii nostri. III. commendamus *personam nostram* partim à *cupiditate discendi*, partim ab *observantia*, quâ illum prosequimur, cujus amicitiam desideramus.

INVITATORIÆ I. narrant *solemnia*. II. exponunt *desiderium videndi* amicissimum. III. *rogant* ut veniat. IV. *extenuant* quidem benefaciendi *facultatem*. V. *extollunt* contra *promtitudinem* animi. VI. *promittunt* redhostimentum, ut aliæ.

ADHORTATORIÆ I. *amorem* excitant *rei*, ad quam inflammant, esse *piam*, *utilem*, *gloriosam*. II. obtestantur per omnes *Deos*, per *decora majorum*, *&c*.

NARRATORIIS quid opus ut adjiciamus dispositionem? referunt ut res gestæ sunt, & observant saltem *cum omnibus circumstantiis rationem temporis*.

VALEDICTORIÆ I. *deprædicant beneficia* accepta. II. *docent* se porrò *præsentia benefactoris* sui frui non posse, III. *spondent* beneficiorum acce-

ptorum

ptorum *memoriam* immortalem fore. IV. *Vovent* quà animi, quà *corporis bona*. Qui plura desiderat, adeat ille omnes, qui libb. ediderunt de conscribendis Epistolis. Nos laboribus tandem extricati Deo Opt. Max. rerum humanarum ac studiorum nostrorum Protectori, quòd hucusque vires nobis dederit, ad faciendum opus suum candidè & constanter, gratias agimus immortales, &c.



IN-

INDEX I.
EPISTOLARUM.
EPISTOLÆ DEDICATORIÆ.

PETI-

PETITORIÆ.

Epi-

Epi-

GRATULATORIÆ.

Epi-

CONSOLATORIÆ.

COMMENDATITIÆ.

INVITATORIÆ.

ADHORTATORIÆ.

OBJURGATORIA.

RELATORIÆ.

VALE-

VALEDICTORIÆ:

RESPONSORIÆ,


ad argumenta superiora.



INDEX II. FORMULARUM.

Ad


Invi-



INDEX III. DESCRIPTIONUM.

Con-

Tran-



INDEX IV. ELOGIORUM.

Iulii



INDEX V. DISPOSITIONUM.

FINIS.



